# ACTA
# APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ANNUS XX. - VOLUMEN XX

ROMAE
TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M • DCCCC • XXVIII

Annus XX - Vol. XX 10 Ianuarii 1928 Num. 1


# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE


## ACTA PII PP. XI

### LITTERAE ENCYCLICAE

**AD RR. PP. DD. PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE VERA RELIGIONIS UNITATE FOVENDA.**

**PIUS PP. XI**

**VENERABILES FRATRES**

**SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM**

Mortalium animos nunquam fortasse alias tanta incessit cupiditas fraternae illius, qua - ob unam eandemque originem ac naturam - inter nos obstringimur copulamurque, necessitudinis eum confirmandae tum ad commune humanae societatis bonum transferendae, quantam per nostra haec tempora inoessisse videmus. Cum enim nationes pacis muneribus nondum plene fruantur, quin immo vetera alicubi et nova discidia in seditiones inque civiles conflictiones erumpant; controversias autem sane plurimas, quae ad tranquillitatem prosperitatemque populorum pertinent, dirimi nequaquam liceat, nisi concors eorum actio atque opera intercedat, qui Civitatibus praesunt earumque negotia gerunt ac provehunt; facile intellegitur - eo magis quod de generis humani unitate iam nulli dissentiunt - quare cupiant plerique, ut, universa eiusmodi germanitate instructae, cotidie arctius variae inter se gentes cohaereant.

Bern haud dissimilem in iis, quae invectam a Christo Domino Novae Legis ordinationem respiciunt, efficere quidam contendunt. Quod enim pro comperto habeant, homines quovis religionis sensu destitutus perraro inveniri, idcirco eam in spem ingressi videntur, haud difficulter eventurum, ut populi, etsi de rebus divinis alii aliud tenent, in nonnullarum tamen professione doctrinarum, quasi, in communi quodam spiritualis vitae fundamento, fraterne consentiant. Qua de causa ab iis ipsis conventus, coetus, contiones, haud mediocri cum auditorum frequentia, haberi solent, et advocari illuc ad disceptandum promiscue omnes, cum ethnici omne genus, tum christifideles, tum etiam qui ab Christo infeliciter descivere vel qui divinae eius naturae ac legationi praef racte pertinaciter que repugnant. Eiusmodi sane molimenta probari nullo pacto catholicis possunt, quandoquidem falsa eorum opinione nituntur, qui censent, religiones quaslibet plus minus bonas ac laudabiles esse, utpote quae etsi non uno modo, aeque tamen aperiant ac significent nativum illum ingenitumque nobis sensum, quo erga Deum ferimur eiusque imperium obsequenter agnoscimus. Quam quidem opinionem qui habent, non modo ii errant ac falluntur, sed etiam, cum veram religionem, eius notionem depravando, répudient, tum ad naturalismum et atheismum, ut aiunt, gradatim deflectunt: unde manifesto consequitur, ut ab revelata divinitus religione omnino recedat quisquis talia sentientibus molientibusque adstipulatur.

At fucata quadam recti specie nonnulli facilius decipiuntur cum de unitate agitur christianos inter omnes fovenda. Nonne - dictitari solet - aequum est, immo etiam cum officio consentaneum, quotquot Christi nomen invocant, eos et a mutuis criminationibus abstinere sese et mutua tandem aliquando caritate coniungi? Ecquis enim dicere audeat, ab se Christum amari, nisi pro viribus optata ipsius perficienda curet, Patrem rogantis ut discipuli sui « unum » essent?[1] Atque idem Christus discipulos suos nonne hac veluti nota insigniri ab ceterisque distingui voluit, ut scilicet inter se diligerent: « In hoc cognoscent omnes quia

[1] IOANN, XVII,. 21.

discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem »?[1] Christiani quidem universi - addunt - utinam « unum » essent: etenim ad propulsandam impietatis luem multo plus possent, quae, cum latius in dies serpat ac pervagetur, enervare Evangelium parat. Haec aliaque id genus iactant atque inflant qui *panchristiani* vocantur; iidemque tantum abest ut pauci admodum rarique sint, ut, contra, in integros veluti ordines creverint, et in societates coiverint late diffusas, quas plerumque, etsi alii alia imbuti de rebus fidei doctrina, acatholici homines moderantur. Inceptum interea istud tam actuose provehitur, ut multifariam sibi civium assensum conciliet, et ipsos complurium catholicorum animos spe capiat alliciatque talis efficiendae unionis quae cum Sanctae Matris Ecclesiae votis congruere videatur, cui profecto nihil antiquius quam ut devios ad gremium suum filios revocet ac reducat. Verum sub horum illecebris blandimentisque verborum error latet sane gravissimus, quo catholicae fidei fundamenta penitus disiiciuntur.

Conscientia igitur apostolici officii cum moneamur, ut dominicum gregem perniciosis ne sinamus circumveniri fallaeiis, vestram, Yenerabiles Fratres, in cavendum eiusmodi malum diligentiam advocamus; confidimus enim, per scripta et verba cuiusque vestrum posse facilius et ad populum pertingere et a populo intellegi quae mox principia et rationes propositури sumus, unde catholici accipiant quid sibi sentiendum agendumve cum res est de inceptis quae eo spectant, ut, quotquot christiani nuncupantur, ii omnes in unum corpus quoquo pacto coalescant.

**A** Deo, universarum rerum Conditore, idcirco creati sumus ut eum cognosceremus eique serviremus; plenum igitur Auctor noster ius habet, ut sibi a nobis serviatur. Potuit quidem Deus regundo homini unam tantummodo praestituere naturae legem, quam scilicet, creando, in eius animo insculpsit, eiusque ipsius legis ordinaria deinceps providentia temperare incrementa; at vero praecepta ferre maluit, quibus pareremus, et decursu aetatum, scilicet ab humani generis primordiis ad Christi Iesu adventum et prae-

[1] Ioann., XIII, 35.

dicationem, hominem ipsemet officia docuit, quae a natura rationis participe sibi Creatori deberentur: « Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, novissime diebus istis locutus est nobis in Filio w.[1] Liquet inde, veram religionem esse posse nullam praeter eam quae verbo Dei revelato nititur: quam quidem revelationem^ fieri ab initio coeptam et sub Veteri Lege continuatam, Christus ipse Iesus sub Nova perfecit. Iamvero, si locutus est Deus - quem reapse locutum, historiae fide comprobatur -, nemo non videt, hominis esse, Deo et revelanti absolute credere et omnino obedire imperanti: utrumque autem ut nos, ad Dei gloriam nostramque salutem, recte ageremus, Unigenitus Dei Filius suam in terris Ecclesiam constituit. Porro qui se christianos profitentur, putamus eos facere non posse quin credant, Ecclesiam quandam, eandemque unam, ab Christo conditam esse; verum si quaeritur praeterea, qualem, Auctoris sui voluntate, eam esse oporteat, iam non omnes consentiunt. Ex iis enim bene multi, exempli causa, negant, Ecclesiam Christi adspectabilem atque conspicuam esse oportere, eatenus saltem, quatenus unum apparere debeat fidelium corpus, in una eademque doctrina sub uno magisterio a® regimine concordium; at, contra, Ecclesiam adspectabilem seu visibilem intellegunt non aliud [esse, nisi Foedus ex variis christianorum communitatibus compositum, licet aliis aliae doctrinis,, vel inter se pugnantibus, adhaereant. — Ecclesiam vero suam instituit Christus Dominus societatem perfectam, natura quidem externam obiectamque sensibus, quae humani generis reparandi opus, unius capitis ductu,[2] per vivae vocis magisterium[3] perque sacramentorum, caelestis gratiae fontium, dispensationem,[4] in futurum tempus persequentur; quamobrem et regno[5] et domui[6] et ovili[7] et gregi[8] eam comparando similem affirmavit. Quae

[1] *Hebr.*, I, 1 seq.

[2] Matth., XVI, 18 seq.; Luc, XXII, 32; Ioann., XXI, 15-17.

[3] Marc, XVI, 15.

[4] Ioann., III, 5; VI, 48-59; XX, 22 seq.: cf. Matth., XVIII, 18; etc.

[5] Matth., XIII.

[6] Cf. Matth., XVI, 18.

[7] Ioann., X, 16.

[8] Ioann., XXI, 15-17.

quidem Ecclesia, tam mirabiliter constituta, Conditore suo itemque Apostolis eius propagandae principibus morte sublatis, desinere atque exstingui profecto non poterat, utpote cui mandatum esset, ut universos homines, nullo temporum locorumque discrimine, ad aeternam salutem perduceret: « euntes ergo docete omnes gentes ».[1] Cuius in perpetua perfunctione muneris num Ecclesiae aliquid virtutis efficaeiaeque defuturum est, quando ei praesens perpetuo adest Christus ipsemet, sollemniter pollicitus: « Ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi » ?[2] Itaque fieri non potest quin Ecclesia Christi non modo et hodie et in omne tempus, sed etiam eadem prorsus exsistat, quae in aevo apostolico fuit, nisi dicere velimus - quod absit - Christum Dominum aut non suffecisse proposito, aut tum errasse cum asseveravit, portas inferi adversus eam nunquam fore praevalituras.[3]

Atque hoc loco aperienda occurrit ac tollenda falsa quaedam opinio, unde tota eiusmodi causa pendere videtur, itemque acatholicorum actio et conspiratio proficisci illa multiplex, quae ad consociandas christianas ecclesias, ut diximus, pertinet. Scilicet huius auctores consilii Christum dicentem: « Ut omnes unum sint... Fiet unum ovile et unus pastor »[4] paene infinite afferre consueverunt, ita tamen, ut significari per ea verba velint Christi Iesu votum et precem, quae adhuc effectu suo careant. Opinantur enim, fidei ac regiminis unitatem - quae verae et unius Ecclesiae Christi insigne est-nec fere unquam exstitisse antehac nec hodie exsistere; eandemque optari quidem posse et fortasse per communem voluntatum inclinationem aliquando effici, sed commenticium quiddam interea habendam esse. Addunt, Ecclesiam per se, seu natura sua, in partes esse divisam, idest ex plurimis ecclesiis seu communitatibus peculiaribus constare, quae, distinctae adhuc, etsi nonnulla doctrinae capita habent communia, tamen in reliquis discrepant;,

[1] Matth., XXVIII, 19.
[2] Matth., XXVIII, 20.
[3] Matth., XVI, 18.
[4] Ioann., XVII, 21; X, 10.

iisdem sane iuribus frui singulas; Ecclesiam, ad summum, ab aetate apostolica ad priora usque Oecumenica Concilia unicam atque unam fuisse. Oportere igitur aiunt, controversiis vel vetustissimis sententiarumque varietatibus, quae christianum nomen ad hunc diem distinent, praetermissis ac sepositis, de ceteris doctrinis communem aliquam credendi legem effici ac proponi, cuius quidem in professione fidei omnes non tam norint quam sentiant se fratres esse; multiplices autem ecclesias seu communitates, si universo quodam foedere coniunctae sint, ea iam condicione fore, ut solide fructuoseque impietatis progressionibus obsistere queant. Ista quidem, Yenerabiles Fratres, communiter. Yerumtamen sunt qui ponant ac concedant, Protestantismum, quem vocant, quaedam fidei capita nonnullosque externi cultus ritus, sane gratos atque utiles, inconsulto nimis abiecisse, quos, contra, Ecclesia Eomana adhuc retinet. Mox tamen subiiciunt, hanc quoque ipsam perperam fecisse, quae priscam religionem corruperit, aliquibus doctrinis, Evangelio non tam alienis quam repugnantibus, additis ad credendumque propositis; quas inter praecipuam illam numerant de iurisdictionis Primatu, qui Petro eiusque in Sede Eomana successoribus adiudicatur. In quo quidem numero adsunt, quamquam non ita multi, qui EomanO Pontifici aut primatum honoris aut iurisdictionem seu potestatem quandam indulgeant, quam nihilominus non a iure divino sed a fidelium consensu quodammodo proficisci arbitrantur ; atque alii vel eo progrediuntur, ut conventibus illis suis, quos versicolores dixeris, ipsum Pontificem praesidere cupiant. Quodsi multos, ceteroqui, reperire acatholicos licet fraternam in Christo Iesu communionem pleno ore praedicantes, at nullos profecto Öivenias, quorum in cogitationem cadat, ut Iesu Christi Vicario vel docenti vel gubernanti se subiiciant ac pareant. Interea affirmant, sese cum Ecclesia Eomana, aequo tamen iure, idest pares cum pari libenter acturos: at agere si possent, non videtur dubitandum quin ea mente agerent, ut per pactum conventum forte ineundum ab iis opinionibus recedere ne cogerentur, quae causa adhuc sunt, cur extra unicum Christi ovile vagentur atque errent.

Quae cum ita se habeant, manifesto patet, nec eorum conventus Apostolicam Sedem ullo pacto participare posse, nec ullo pacto catholicis licere talibus inceptis vel suffragari vel operam dare suam; quod si facerent, falsae cuidam christianae religioni auctoritatem adiungerent, ab una Christi Ecclesia admodum alienae. îsTum Nos patiemur - quod prorsus iniquum foret - veritatem, eamque divinitus revelatam, in pactiones deduci? Etenim de veritate revelata tuenda in praesenti agitur. Siquidem ad omnes gentes evangelica fide imbuendas misit Christus Iesus in mundum universum Apostolos, quos, ne quid errarent, per Spiritum Sanctum doceri ante voluit omnem veritatem:[1] numne haec Apostolorum doctrina in Ecclesia, cui rector et custos Deus ipse adest, aut penitus defecit aut perturbata aliquando est? Quodsi Evangelium suum Eedemptor noster non ad apostolica tantum tempora, sed ad futuras quoque aetates pertinere, significanter edixit, potuitne obiectum fidei tam obscurum incertumve procedente tempore fieri, ut opiniones vel inter se contrarias hodie oporteat tolerari? Hoc si verum esset, dicendum quoque foret, et Spiritus Paracliti in Apostolos illapsum et eiusdem Spiritus in Ecclesia permansionem perpetuam et ipsam Iesu Christi praedicationem abhinc pluribus saeculis efficaciam utilitatemque omnem amisisse: quod sane affirmare, blasphemum est. Iamvero Unigenitus Dei Filius, cum legatis suis imperavit ut docerent omnes gentes, tum omnes homines hoc obstrinxit officio, ut iis rebus fidem adiungerent quae sibi a « testibus praeordinatis a Deo »[2] nuntiarentur, atque ita iussum sanxit : « Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condemnabitur » ;[3] sed utrumque Christi praeceptum, quod non impleri non potest, alterum scilicet docendi, alterum credendi ad aeternae adeptionem salutis, ne intellegi quidem potest, nisi Ecclesia evangelicam doctrinam proponat integram ac perspicuam sitque in ea proponenda a quovis errandi periculo

[1] IOANN., XVI, 13.
[2] *Act,* X, 41.
[3] MARC, XVI, 16.

immunis. In quo de via ii quoque déclinant, qui censent, depositum quidem veritatis in terris exsistere, sed tam operoso labore, tam diuturnis studiis disceptationibusque illud quaeri oportere, ut ad inveniendum ac potiundum vix hominis vita sufficiat; quasi benignissimus Deus per prophetas et Unigenitum suum sit idcirco locutus, ut quae per hos revelasset, pauci tantummodo, iidemque aetate iam graves, perdiscerent, minime vero ut fidei morumque doctrinam praeciperet, qua homo per totum mortalis vitae curriculum regeretur.

Videantur quidem *pandhristiani* isti, qui ad consociandas ecclesias intendunt animum, nobilissimum persequi consilium caritatis christianos inter omnes provehendae; at tamen qui fieri potest, ut in fidei detrimentum caritas vergat? Nemo sane ignorat, Ioannem ipsum, caritatis Apostolum, qui in evangelio suo Cordis Iesu Saeratissimi videtur secreta pandidisse perpetuoque memoriae suorum praeceptum novum « Diligite alterutrum » inculcare consueverat, omnino vetuisse ne quid cum iis haberetur commercii, qui Christi doctrinam non integram incorruptamque profiterentur: « Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis ».[1] Quamobrem cum caritas fide integra ac sincera, quasi fundamento, innitatur, tum unitate fidei, quasi praecipuo vinculo, discipulos Christi copulari opus est. Itaque fingere animo qui liceat christianum quoddam Foedus,,, quod qui inierint, vel tum, cum de fidei obiecto agitur, suam quisque cogitandi sentiendique rationem retineant, quamvis ea ceterorum opinionibus repugnet? Et quo pacto, rogamus, unum idemque fidelium Foedus participent homines qui contrarias in sententias abeunt ? ut, exempli causa, sacram Traditionem genuinum esse divinae Eevelationis fontem, qui affirmant et qui negant ? ut qui ecclesiasticam hierarchiam, ex episcopis, presbyteris atque ministris constantem, censent divinitus constitutam, et qui asserunt pro rerum temporumque condicione pedetemptim inductam? qui in Sanctissima Eucharistia per mirabilem illam panis et vini conversionem, quae transsubstantiatio appellatur,,

[1] *II Ioann.,* 10.

praesentem reapse Christum adorant, et qui ibi corpus Christi tantummodo per fidem vel per signum ac virtutem Sacramenti adesse affirmant ; qui in ea ipsa sacrificii item ac sacramenti naturam agnoscunt, et qui eam dicunt nihil esse aliud quam Dominicae Coenae memoriam seu commemorationem? qui bonum atque utile esse credunt, Sanctos una cum Christo regnantes, in primis Deiparam Mariam, suppliciter invocari eorumque imaginibus venerationem impertiri, et qui contendunt eiusmodi cultum adhiberi non posse, utpote qui honori « unius mediatoris Dei et hominum » Iesu Christi [1] adversetur ? Qua quidem tanta opinionum discrepantia nescimus quomodo ad unitatem Ecclesiae efficiendam muniatur via, quando ea nisi ex uno magisterio, ex una credendi lege unaque christianorum fide oriri non potest; at scimus profecto, facile inde gradum fieri ad religionis neglegentiam seu *indifferentismum* et ad modernismum, ut aiunt, quo qui misere infecti sunt, tenent iidem, veritatem dogmaticam non esse *absolutam* sed *relativam*, idest variis temporum locorumque necessitatibus variisque animorum inclinationibus congruentem, cum ea ipsa non immutabili revelatione contineatur, sed talis sit, quae hominum vitae accommodetur. Praeterea, quod ad res credendas attinet, discrimine illo uti nequaquam licet quod inter capita fidei *fundamentalia* et *non fundamentalia,* quae vocant, induci placuit, quasi altera recipi ab omnibus debeant, libera, contra, fidelium assensioni permitti altera queant; supernaturalis enim virtus fidei causam formalem habet, Dei revelantis auctoritatem, quae nullam distinctionem eiusmodi patitur. Quapropter quotquot vere sunt Christi, quam, exempli gratia, Augustae Trinitatis mysterio fidem praestant, eandem dogmati Deiparae sine labe originis Conceptae adhibent, pariterque Incarnationi Dominicae non aliam atque infallibili Eomani Pontificis magisterio, eo quidem sensu quo ab Oecumenica Vaticana Synodo definitum ©st. Neque enim quod eiusmodi veritates alias aliis aetatibus, vel proxime superioribus, sollemni Ecclesia decreto sanxit ac definivit, eaedem idcirco non aeque certae, non aeque credendae;

[1] Cf. *I Tim., il,* g.

nonne Deus illas omnes revelavit? Etenim Ecclesiae magisterium - quod divino consilio in terris constitutum est ut revelatae doctrinae cum incolumes ad perpetuitatem consistèrent, tum ad cognitionem hominum facile tutoque traducerentur - quamquam per Eomanum Pontificem et Episcopos cum eo communionem habentes cotidie exercetur, id tamen complectitur muneris, ut, si quando aut haereticorum erroribus atque oppugnationibus obsisti efficacius aut clarius subtiliusque explicata sacrae doctrinae capita in fidelium mentibus imprimi oporteat, ad aliquid tum sollemnibus ritibus decretisque definiendum opportune procedat. Quo quidem extraordinario magisterii usu nullum sane inventum inducitur nec quidquam additur novi ad earum summam veritatum, quae in deposito Eevelationis, Ecclesiae divinitus tradito, saltem implicite continentur, verum aut ea declarantur quae forte adhuc obscura compluribus videri possint aut ea tenenda de fide statuuntur quae a nonnullis ante in controversiam vocabantur.

Itaque, Venerabiles Fratres, planum est cur haec Apostolica Sedes numquam siverit suos acatholicorum interesse conventibus: christianorum enim coniunctionem haud aliter foveri licet, quam fovendo dissidentium ad unam veram Christi Ecclesiam reditu, quandoquidem olim ab ea infeliciter descivere. Ad unam veram! Christi Ecclesiam, inquimus, omnibus sane conspicuam et talem, Auctoris sui voluntate, perpetuo mansuram, qualem ipsemet ad communem salutem instituit. Neque enim mystica Christi Sponsa, saeculorum decursu, contaminata est unquam, nec contaminan aliquando potest, teste Cypriano: « Adulteran non potest Sponsa Christi: incorrupta est et pudica. Unam domum novit, unius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit ».[1] Et sanctus idem Martyr iure meritoque mirabatur vehementer, quod credere quispiam posset «hanc unitatem de divina firmitate venientem, sacramentis caelestibus cohaerentem, scindi in ecclesia posse et voluntatum collidentium divortio separari ».[2] Cum enim corpus

[1] *De cath. Ecclesiae unitate,* 6.

[2] Ibidem.

Christi mysticum, scilicet Ecclesia, unum sit,[1] compactum et connexum,[2] corporis eius physici instar, inepte stulteque dixeris mysticum corpus ex membris distinctis dissipatisque constare posse: quisquis igitur cum eo non copulatur, nec eius est membrum nec cum capite Christo cohaeret.[3]

Iamvero in hac una Christi Ecclesia nemo est, perseverat nemo, nisi Petri, legitimorumque eius successorum, auctoritatem potestatemque obediendo agnoscat atque accipiat. Episcopo quidem E ornano, summo animarum Pastori, nonne maiores paruerunt eorum, qui Photii novatorumque erroribus implicantur? Eecesserunt heu filii a paterna domo, quae non idcirco concidit ac periit, perpetuo ut erat Dei fulta praesidio; ad communem igitur Patrem revertantur, qui, iniurias Apostolicae Sedi ante inustas oblitus, eos amantissime accepturus est. Kam si, quemadmodum dictitant, consociari Nobiscum et cum nostris cupiunt, cur non ad Ecclesiam adire properent, « matrem universorum Christi fidelium et magistram? ».[4] Lactantium iidem audiant clamitantem: « Sola... catholica Ecclesia est quae verum cultum retinet. Hic est fons veritatis, hoc domicilium Fidei, hoc templum Dei: quo si quis non intraverit vel a quo si quis exierit, a spe vitae ac salutis alienus est. Neminem sibi oportet pertinaci concertatione blandiri. Agitur enim de vita et salute: cui nisi caute ac diligenter consulatur, amissa et extincta erit ».[5]

Ad Apostolicam igitur Sedem, hac in Urbe collocatam quam Petrus et Paulus Principes Apostolorum suo sanguine consecraran t, ad Sedem, inquimus, « Ecclesiae catholicae radicem et matricem »,[6] dissidentes accedant filii, non ea quidem mente ac spe, ut « Ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis »[7] fidei integritatem abiiciat suosque ipsorum toleret errores, sed, contra, ut

[1] *I Gor.*, XII, 12.
[2] *Eph.*, IV, 15.
[3] Cf. *Eph.*, V, 30; I, 22.
[4] Conc. Lateran. IV, c. 5.
[5] *Divin. Instit.*, IV, 30, 11-12.
[6] S. CYPR., *Bp. 48 ad Cornelium*, 3.
[7] *I Tim.*, III, 15.

se illius magisterio ac regimini permittant. Utinam, quod tam multis decessoribus Nostris nondum obtigit, id Nobis auspicato contingat, ut, quos funesto discidio seiunctos a Nobis filios dolemus, paterno animo amplectamur; utinam Salvator noster Deus « qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire »/ Nos audiat enixe exposcentes, ut errantes omnes ad unitatem Ecclesiae vocare dignetur. Quo quidem in negotio sane gravissimo deprecatricem Beatam Mariam Virginem, Matrem divinae gratiae, omnium victricem haeresum et Auxilium christianorum adhibemus adhiberique volumus, ut optatissimi illius diei Nobis quamprimum impetret adventum, quo die universi homines divini eius Filii vocem audient « servantes unitatem Spiritus in vinculo pacis » .[2]

Hoc, Venerabiles Fratres, intellegitis quam Nobis sit in votis, idque sciant cupimus filii Nostri, non modo quotquot sunt ex ©rbe catholico, sed etiam quotquot a Nobis dissident: qui si humili prece caelestia lumina imploraverint, sane non est dubium quin unam Iesu Christi veram Ecclesiam sint agnituri eamque tandem ingressuri, perfecta nobiscum caritate coniuncti. In huius exspectatione rei, auspicem divinorum munerum ac testem paternae benevolentiae Nostrae, vobis, Venerabiles Fratres, et clero populoque vestro apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum die vi mensis Ianuarii, in Festo Epiphaniae Iesu Christi D. N.', anno MDOCCCXXVIII, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. *M*

[1] *I Tnn.,* II, 4.
[2] *Eph.,* IV, 3.

# LITTEEAE APOSTOLICAE

## I

SANCTUARIUM B. M. V. IN CAELUM ASSUMPTAE, IN OPPIDO STARAVIEN, DIOECESIS PREMISLIEN. LAT., BASILICAE MINORIS PRIVILEGIIS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Exstat intra fines dioecesis Premisliensis Latinorum, in oppido *Stammen* vulgo nuncupato, celeberrimum sanctuarium Deo sacrum in honorem B. Mariae Virginis Deiparae sideribus receptae, structurae nobilitate et molis amplitudine conspicuum, ac duabus turribus longe lateque prospicientibus munitum. Hac in sede, miraculis inclyta antiqua veneratione colitur imago Virginis diademate aureo ab Apostolicae Sedis Legato Ludovico Iacobinio anno mdccclxxvii redimita; et alia quidem prodigiosa Imago Indiarum apostoli divi Francisci Xaverii ibidem asservatur. Templum tribus constat navibus et marmoreis aris ac tabulis affabre depictis renidet, simulque pretiosa supellectile ornatum, insignibus relliquiis martyrum gaudet. Marianae quidem societates fidelium numero et susceptorum operum utilitate praeclarae, hoc in templo canonice institutae consederunt; nec plura desiderantur itemque conspicua privilegia atque indulgentiae, quae Decessores Nostri Eomani Pontifices largiti sunt. Caelestem Virginis opem implorantes, quotannis huc pia peregrinatione confluunt fideles tam ex finitimis oppidis ac pagis quam ex Polonia universa, et viri etiam insignes nobilitate, Sacrorum Antistites et Eomana quidem Purpura ornati Principes ipsum sanctuarium persaepe celebrarunt. Societatis Iesu alumni hoc in sanctuario divino cultui alacrem assiduamque navant operam et continens .templo conlegium Societatis ipsius reperitur in quo in spem Ecclesiae vocati iuvenes ad pietatis officia non minus quam ad humanas litteras et philosophicas disciplinas incumbunt. Haec animo repetentes, cum dilectus filius hodiernus Praepositus provinciae Poloniae minoris Societatis Iesu Nos enixis precibus flagitaverit ut auspicata occasione quinquagesimi exeuntis feliciter anni, ex quo supradicta Imago Virginis sollemni ritu corona praecincta fuit, templum sive sanctuarium Staraviense, quod memoravimus, ad Basilicae minoris dignitatem evehere dignemur, hasque preces cumulet Premisliensis Latinorum archiepiscopi suffragium amplissimum, Nos votis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, audito venerabili fratre

Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, omnibusque rei momentis sedulo studio perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, perpetuumque in modum, templum sive sanctuarium Deo dicatum in honorem B. Mariae Virginis in caelum Assumptae loci vulgo ***Star avien,*** dioecesis Premisliensis Latinorum in Polonia, titulo et honore Basilicae minoris condecoramus cum omnibus privilegiis atque honorificentiis, quae minoribus Basilicis de iure competunt.

Haec largimur, decernentes praesentes Litteras, firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc* et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si secus quidquam super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Augusti, anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, ***a Secretis Status.***

# II

SANCTUARIUM N. D. A ROSARIO, O. P., OPPIDI CHTNQUINQUIRAj INTRA FINES DIOECESIS TUNQUENSIS, AD HONORES BASILICAE MINORIS EXTOLLITUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Exstat in Columbia, in loco cui vulgo nomen de ***Chinquinquira,*** dioecesis Tunquensis intra fines, Nostrae Dominae a Rosario celeberrimum sanctuarium Fratrum Ordinis Praedicatorum curis commissum. Hoc in sanctuario, molis amplitudine et artis operum splendore perinsigni, miraculis inclyta Virginis-asservatur a Rosario imago, quae iam inde ab anno MDLXXXVI in veteri sacello latuit, nunc funditus diruto. Cultus Virginis de Chinquinquira longe lateque in universam Oolumbianam ditionem percrebuit, Marialis haec aedes, quasi nationale sanctuarium habetur, et Virgo de Chinquinquira vulgo Virginis Columbiae Reginae titulo gaudet. Huc turmatim confluunt frequentes pia peregrinatione fideles; ex hoc devotionis centro innumerae spirituales gratiae promanant; nuperque anno MDCCCCXIX per Capituli Vaticani decretum ipsa imago

Virginis sollemni pompa aureo diademate redimita affulsit. Iamvero cum dilectus filins Salvator Ruiz, hodiernus prior Ordinis Praedicatorum conventus et rector enunciati sanctuarii, de licentia et adprobatione tum consilii conventualis tum provincialis, Nos enixis precibus rogaverit ut sanctuarium Virginis de Chinquinquira ad Basilicae minoris gradum evehere dignemur, hasque preces cumulet atque omet amplissimum suffragium tam generalis Procuratoris Ordinis Praedicatorum, quam Legati Nostri in Columbia: Nos, probe noscentes ecclesiam hanc, sacrum non minus quam civile monumentum, omnibus requisitis pollere pro hoc Basilicae titulo impetrando, potissimum cum accedat consensus omnium Columbiae antistitum, et Purpuratorum etiam Patrum S. R. E. Cardinalium Francisci Bagonesi et Henrici Gasparri, qui iam Legationem Apostolicam in Columbia gesserunt, optatis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. B. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationis Praefecto, omnibusque rei momentis religiose perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore perpetuumque in modum, ecclesiam sive sanctuarium B. Mariae Virginis de Chinquinquira, dioecesis Tunquensis in Columbia, adnexum conventui Fratrum Ordinis Praedicatorum, titulo atque honore Basilicae minoris condecoramus, cum privilegiis atque honprificentiis iuxta decreta et morem huic dignitati adiectis.

Haec concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super-his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xviii mensis Augusti anno mdccccxxvii, Pontificatus Nostri sexto.

P. **Card. Gaspauei,** *a Secretis Status.*

# III

## BASILICAE MINORIS HONORIBUS AUGETUR TEMPLUM CORTONENSE S. MARGARITAE POEN.j O. E. M.

### PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Sanctuarium perinsigne Deo Optimo Maximo consecratum in honorem sanctae Margaritae Cortonensis, in quo inclytae poenitentis corpus incorruptum asservatur, tam vetustate (continuo enim post obitum Sanctae erectum est) quam amplitudine molis et artis operum splendore ceteris antecellit, commissum curis Fratrum Ordinis Minorum, quorum frequens tyrocinii domus adiacet templo, ecclesiasticarum functionum commendatur pompa et decore, sacra et pretiosa supellectile refertum, conspicuis Sanctorum lypsanis excultum, non solum ex universa dioecesi Cortonensi, sed e finitimis etiam regionibus turmatim confluentium fidelium piis peregrinationibus quotannis celebratur. In eo quidem sanctuario venerabilis exstat, canonice erecta, archiconfraternitas contritionis ac poenitentiae pluribus a Romanis Pontificibus, Decessoribus Nostris, privilegiis atque indulgentiis aucta atque in universum terrarum orbem diffusa; quae ipsius sanctae Margaritae titulo gaudet. Iamvero cum venerabilis frater Richardus Carlesi, Episcopus Cortonensium, vota exprimens tam Praepositi provincialis Minorum Fratrum, quam cleri populique sui, Nos enixis precibus flagitaverit ut auspicata occasione sexti labentis centenarii anni a divae ipsius sollemni canonizatione, idem insigne sanctuarium ad Basilicae dignitatem evehere dignemur: Nos, animo repetentes aedem sacram praefatam omnibus nominibus tanto honore dignam esse, optatis his concedendum ultro libenterque existimavimus. Collatis itaque consiliis cum venerabili fratre Nostro Antonio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Vico, Episcopo Portuensi ac Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, omnibusque rei momentis religiose perpensis, templum sive sanctuarium in honorem sanctae Margaritae Cortonensis, intra fines dioecesis ipsius in Tuscia situm, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi perpetuumque in modum, ad Basilicae minoris titulum evehimus, omnibus privilegiis adiectis, quae, iuxta decreta atque indulta consueta, minoribus Basilicis competunt.

Haec edicimus, volumus, largimur, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos

atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Augusti anno MDCCCCXxvn, Pontificatus Nostri sexto.

P. Card. Gasparri, *a Secretis Status.*

# ACTA SS. CONGREGATIONUM

## ACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

### DESIGNATIO ORDINARIORUM PRO APPELLATIONE IN SECUNDO GRADU

Iuxta can. 1594 § 2, R. P. **D.** Donaldus Mackintosh, Archiepiscopus Glasguensis, designavit pro appellatione in secunda instantia tribunal Ordinarii Ergadiensis et Insularum. Quam designationem Ssmus Dominus Noster rescripto S. Congregationis Consistorialis diei 12 Decembris 1927 benigne adprobavit.

Emus ac Rmus P. D. loachim S. R. E. Card. Arcoverde De Albuquerque Cavalcanti, Archiepiscopus Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii, designavit Ordinarium Spiritus Sancti;

R. P. D. loachim Silverius De Sousa, Archiepiscopus Adamantinensis, designavit Ordinarium Montisclarensem;

R. P. **D.** Ioannes Irenaeus Joffily, Archiepiscopus Belemensis de Para, designavit Ordinarium Parahybensem;

R. P. D. Antonius Dos Santos Cabrai, Archiepiscopus Bellohorizontinus, designavit Ordinarium Adaman tinensem;

R. P. D. Franciscus De Aquino Correa, Archiepiscopus Oujabensis, designavit Ordinarium Sancti Sebastiani Fluminis Ianuarii;

R. P. **D.** Michael De Lima Valverde, Archiepiscopus Olindensis et Recifensis, designavit Ordinarium Pesqueirensem;

R. P. D. Adauctus Aurelius De Miranda Henriques, Archiepiscopus Parahybensis, designavit Ordinarium Natalensem;

R. P. D. Ioannes Becker, Archiepiscopus Portalegrensis in Brasilia, designavit Ordinarium Pelotensem;

R. P. D. Octavianus Pereira De Albuquerque, Archiepiscopus Sancti Ludovici de Maragnano, designavit Ordinarium Fortalexiensem.

Quas designatione SSmus Dominus Noster rescripto Sacrae Congregationis Consistorialis diei 4 Januarii 1928 approbare dignatus est.

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## SINABUM

SEU

## VICABIATUS APOSTOLICI SHENSI MERIDIONALIS

, **beatificationis seu declarationis martyrii servi dei alberici crescitelli missionarii apostolici.**

**Super dubio**

***An sit signanda Commissio introductionis causae, in casu et ad effectum, de quo agitur?***

In regione sinensi, intra fines vicariatus apostolici Shensi meridionalis, mense Iulio anno 1900, per decretum imperiale adversus christianam religionem evulgatum, terribilis persecutio exarsit contra nonnullos episcopos et missionarios europaeos et innumeros indígenas, qui, pro fide catholica profitenda, praedicanda et defendenda, seorsim et turmatim necati feruntur. Adnumerantur enim quinque episcopi, triginta missionarii, septem religiosae franciscanae a Maria, viginti et mille christifideles. Inter illas impietatis victimas et hostias Deo placentes, gloriosa et sancta memoria recensetur Alberi cus Gres citelli, missionarius apostolicus, de cuius causa beatificationis seu declarationis martyrii introducenda per signaturam Commissionis apud Sacram Bituum Congregationem actum est. - Altaevillae Hirpinae, in Beneventana dioecesi, die 30 Iunii an. 1863, ab agricolis piisque coniugibus ortus et sancto baptismate regeneratus est infans, imposito nomine Alberico. Eorundem parentum custodia et ductu, coadiuvante presbytero Ioanne Fisehetti praeceptore, filiolus pueritiam ita transegit, ut religionis ac pietatis indicia veluti primitias ostendens, futurae sanctitatis et zeli apostolici opera portendere^. Nam sacrosancto Missae sacrificio quotidie adstabat, Sacramentis confessionis et communionis frequens erat, christiana doctrina instructus, eam pueris tradebat etiam in templo, quorum animos placide excitäbat suaviterque alliciebat ad actus fidei, pietatis et reverentiae in sacra mysteria, in Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, in Deiparam Virginem Mariam, in Angelum custodem et sanctos caelites. Anno aetatis decimoquinto, ad statum ecclesia-

stieum et ad sacras missiones se inclinatimi et vocatum sensit, quam vocationem pius iuvenis precibus bonisque operibus assidue fovit. Deinceps quod ipse conceperat et studiose quaerebat, perficere potuit, opitulante divina gratia, praehabito consilio suae conscientiae moderatoris, et accedente Superiorum voluntate, anno 1880 mense Octobri, per ingressum in Seminarium Ss. Apostolorum Petri et Pauli de Urbe, alumnis instituendis ad missiones destinatum. Inter hos alumnos cooptatus, litteris scientiisque addictus, ingenio et pietate valde profecit, et vitae ratione exemplari, non minus sodalibus quam praepositis semper acceptissimus. Studiorum curriculis multa cum laude absolutis, Albericus per singulos gradus inferiorum ordinum, ad superiorem presbyteratus ordinem die 4 Iunii an. 1887 rite evectus est. Sacerdotio insignitus et auctus, statim ad nutum et beneplacitum Superiorum, sacri ministerii officia congruenter exercere coepit. Adveniente tamen tristissimo nuncio de asiatica lue in loco natali Altavilla Hirpina grassante, neosacerdos, petita et obtenta Superiorum temporaria licentia, in patriam advolavit, ut operam suam laboris et ministerii impenderet contagioso morbo laborantibus et morientibus. Quo munere^ sponte assumpto, ita perfunctus est, ut non solum unanimi concivium gratulatone et laude honestatus sit,, sed etiam ab auctoritate civili amplissimo elogio et diplomate donatus exstiterit. Insuper Albericum, opere pietatis expleto, et in. Seminarium revertentem, clarissimus rector D. Iosephus Pennacchi, paterno affectu amplexus est, eumque heroem caritatis et alterum Aloisium Gonzaga appellare non dubitavit. - Vertente anno 1888 ad missionum loca destinatus propensa et iucunda voluntate paruit, et die secunda Aprilis profectus est. Ad vicariatum apostolicum Shensi meridionalis die 18 Augusti perventus, in pago *ßciao-tsaeiz* constitit, ibique idiomatis et morum studio diligenter operam navavit, ut ministerium suum, Deo iuvante uberius efficeret. Pevera per duodecim annos apostolicis expeditionibus regionem illam peragravit in gloriam Dei et in salutem animarum; multasque conversiones ad veram fidem catholicam inter infideles consequutus est. Missionarius in suae vitae ratione ordinem, secessum et temperantiam observabat, assiduus orationi tum mentali, adhibito prae ceteris libro seu opere *Manna animae,* auctore Segneri, tum vocali Ssmo üoario Beatae Mariae Virginis; praeter quotidianam divini Officii recitationem et incruenti Missae sacrificii celebrationem. Eius zelus apostolicus enituit in missionibus, huc illucque discurrens iussu sui Vicarii Apostolici Passerini, etiam ad montes, praedicatione et sacramentorum administratione, tum in ecclesia ab eo erecta in loco *Han-ianpin,* tum in regione *Gnineian* ubi, tempore annonae carae, famelieis et afflictis patrem et eonsolatorem beneficum se exhibuit. Exinde über-

rimi fructus et plures centenae conversiones ad fidem et series catechumenorum et christianorum. Caritas Christi ita urgebat eum, ut maxime adlaboraret colligendis et educandis pueris et puellis natis ex paganis genitoribus, hisce plus minusve annuentibus vel consentientibus. Ad hoc opus, peeuhum quod sibi supererai e subsidiis et eleemosynis largitis, ante mortem tradidit Vicario Apostolico Passerini cui paratum se dixit pro Christo, postquam patriam reliquisset et laborasset pro conversione infidelium eorumque perpetua salute, etiam mori animamque suam pro ovibus suis ponere. Conscius sibi et suis imminentis periculi, cruciatus, et caedis durante persecutione adversus Christum eiusque Ecclesiam exorta a decreto imperiali per ephemerides sinenses evulgato, et ab impiis efferatisque viris, vulgo *Boxers* aliisque facinorosis exsecutioni demandato, ab ipso Vicario Apostolico licentiam obtinuit manendi in suo loco, uti custos et pater neophytorum et catechumenorum, ne in tanto discrimine ipsi animo debilitati, a fide catholica deficerent; sed gratia Dei et exemplo Superioris confirmari et constantes, mortem pro Christo subire non timerent. Paulo post ferox turba, sanguinem christianum sitiens, locum illum invadunt et missionarium patrem Albericum prae ceteris capiunt et novis dirisque cruciatibus torquent et crudelissime vulneratum ac morientem relinquunt. Sene quodam accurrente et teste pius sacerdos patiens vulnerum et prope moriturus animam suam Deo commendat et occisoribus suis parcens de poena ab eis pro scelere sufferendam sollicitum se exhibet. Ita heros iste, aetate fiorente, post duodecim annos apostolatus, sanctitate vitae, virtutibus et meritis dives, Christi minister fidelis occubuit, die 21 Iulii anno sacro 1900. Hisce praeiactis, ut plurimum, excerptis ex Processu Informativo auctoritate Ordinaria constructo in vicariatu apostolico Shensi meridionalis et Sacrorum Rituum Congregationi pro Causa Servi Dei introducenda tradito, quum fama martyrii eiusdem Servi Dei Alberici Crescitelli, opinioni sanctitatis vitae adiuncta, magis in dies ita invalesceret, ut fieret locus Actis Processualibus super ea condendis, et examinandis ac discutiendis, in Sacrorum Rituum Congregatione, nihil obstare videtur quominus ad ulteriora procedi possit. Quare instante Rmo Dno Antonio Maria Capettini, Episcopo tit. Evarien. et Causae postulatore legitime constituto, vota quoque communia totius vicariatus apostolici Shensi meridionalis, Instituti Mediolanensis Missionum et omnium alumnorum Pontificii Collegii Ss. Apostolorum Petri et Pauli depromente, attentis Litteris postulatoriis Emi Card. Guilelmi M. Van Possum, Sacrae Congregationi de Propaganda Fide Praefecti, aliorumque Emorum S. R. E. Patrum Cardinahum, plurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum nec non Rmorum Praepositorum Ordinum et Congregationum religio-

sarum, Emus ac Emus Dnus Cardinalis Camillus Laureiiti, eiusdem Causae Relator seu Ponens in Ordinariis Sacrorum Eituum Congregationis comitiis, subsignata die, ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: « *An sit signanda Commissio introductionis Causae in asu et ad effectum de quo agitur?* » Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Carolo Salotti, Pidei promotore generali, omnibus discussis et perpensis rescribere censuerunt: «Affirmative, seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit. Die 20 Decembris 1927 ».

Facta postmodum de his omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per ipsum Fidei Promotorem generalem relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis seu declarationis martyrii Servi Dei Alberici Crescitelli, missionarii Apostolici, die 21 Decembris 1927.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
*S. E. C. Praefectus.*

**U © s.**

Angelus Mariani, */Secretarius.*

# SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

DE MONASTERIO O.S.B. IN LOCO VULGO « AM AY-SUR-MEUSE »

## DECRETUM

Sacrae huic Congregationi quaedam dubia fuerunt proposita, quae benedictinum coenobium in loco vulgo *Amay-sur-Meuse* apud Belgas, respiciunt. Quibus perpensis, Sacra Congregatio, probante Ssmo **Dno** Nostro Pio div. Providentia Papa XI, quae sequuntur statuit atque decrevit:

I. Religiosi viri qui in monasterio, quod memoravimus, commorantur, sive ii qui ritus latini sunt, sive qui ritus byzantino-slavici, ad Ordinem S. Benedicti omnino pertinent, quin novum quoddam religiosum vel monasticum Institutum efforment.

II. Religiosa vota monachi nuncupabant ad normam Regulae a legifero Patre Benedicto propositae, iuxta Congregationis Belgicae Constitutiones, quibus etiam monasterii disciplina est moderanda.

Integrum tamen erit mutationes opportunas, a 8. Sede approbandas, proponere.

III. Monachorum opera ad Russorum gentem dumtaxat spectat, non vero ad ceteros sive ex Orientalibus, sive ex Occidentalibus, dissidentes.

IV. Prior monasterii horum tantum monachorum curam geret, qui huic monasterio de *Amay* inscripti fuerint.

V. Prior et monachi eorumque opera pendent ab Abbate Lovaniensi itemque ab Abbate, qui Congregationi Belgicae pro tempore praeerit, ad normam Constitutionum.

VI. Quod vero huius monasterii eiusque Prioris relationem ad Abbatem Primatem Ordinis spectat, standum erit tum Constitutionibus Congregationis Belgicae tum etiam epistolae die 21 mensis Martii anno 1924, a SSmo Domino Nostro ad eundem Abbatem datae.

VII. In posterum, monasterium loci *Amay* eiusque Prior et monachi eorumque cuiusvis generis opera et instituta Pontifican Commissioni, quam vocant, pro Russia subiecti erunt et manebunt.

Datum Romae, die 4 mensis Iulii anno 1927.

ALOISIUS. CARD. SINCERO, *Secretarius,*

L. © S.

f Isaias Papadopoulos, Ep. tit. G-ratianopolitan., *Adsessor.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

Martedì, 27 Dicembre 1927, Sua Santità riceveva in Udienza solenne S. E. il Sig. GERMANO ALB AT, Inviato straordinario e Ministro plenipotenziario della Lettonia, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

## SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 13 Dicembre 1927, con l'intervento dei Revmi Signori Prelati e Consultori Teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti si è tenuta presso l'Emo e Revmo Signor Cardinale Vincenzo Vannutelli, Presidente e Ponente, la Congregazione *Antipreparatoria* per discutere il dubbio sopra un miracolo, che dicesi da Dio operato per intercessione del Beato Teófilo da Corte, Sacerdote professo dell'Ordine dei Frati Minori, e proposto per sua Canonizzazione.

Quindi, presieduta dall'Emo Cardinale Vico, Ponente, si è discusso il dubbio sopra un miracolo che dicesi da Dio operato per intercessione della Venerabile Serva di Dio Teresa Margherita Redi del S. Cuore di Gesù, religiosa professa dell'Ordine dei Carmelitani Scalzi, e proposto per sua Beatificazione.

Martedì, 20 Dicembre 1927, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Ordinaria,* nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1. Introduzione della Causa di Beatificazione o Dichiarazione di martirio del Servo di Dio Alberico Crescitelli, Missionario Apostolico.

2. Conferma di culto prestato da tempo immemorabile alla Serva di Dio Osanna da Cattaro, Vergine, del Terzo Ordine di S. Domenico, detta Beata o Santa.

3. Intorno alla concessione ed approvazione dell'Officio e Messa, nonché dell'elogio da inserire nel martirologio particolare, in onore della Beata Giovanna Antida Thouret, Fondatrice dell'Istituto delle Suore della Carità.

### NOTA DELLE CONGREGAZIONI DEI SACRI RITI DA TENERSI NELL'ANNO 1928

*1.-17 Gennaio.* Congregazione Preparatoria sulle virtù della Serva di Dio Maria Crocifissa di Rosa.

*2.-24* » Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli del *Yen.*- Servo di Dio Giovanni Bosco.

3. - *31 Gennaio.* **Congregazione generale** sulle virtù della Yen. Serva di Dio Elisabetta Canori Mora.
4. - *1 4 Febbraio.* Congregazione Preparatoria sulle virtù della Serva di Pio Paola Frassinetti.
•S. - *28* » Congregazione Ordinaria.
6.- *6 Marzo.* Congregazione Antipreparatoria sopra il martirio del Servo di Dio Cosma di Carboniano.
*1.-13* » **Congregazione Generale** sulle virtù della Ven. Serva di Dio Elisabetta Bichier des Ages.
*5. - 27* » Congregazione Preparatoria sulle virtù del Servo di Dio Corrado da Parzham.
9. - *17 Aprile.* Congregazione Ordinaria particolare.
10. -*24* » Congregazione Preparatoria sulle virtù della Serva di Dio Gemma Galgani.
11. - *1 Maggio.* Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli del Ven. Servo di Dio Claudio de la Colombière.
12. - *1 5* » Congregazione Ordinaria.
*13.-22* » **Congregazione Generale.**
14. - *5 Giugno.* Congregazione Preparatoria sulle virtù della Serva di Dio Caterina Labouré.
15. - *19* » Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli del Ven. Servo di Dio Fr. Francesco da Camporosso.
*16.-26* ») **Congregazione Generale.**
17. - *3 Luglio.* Congregazione nuova Preparatoria sulle virtù della Ven. Serva di Dio Alice Le Clerc.
18. -*17* » Congregazione Ordinaria.
*19.-24* » **Congregazione Generale.**
20. - *7 Agosto.* Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli della Beata Giovanna de Lestonnac.
21. - *30 Ottobre.* Congregazione Antipreparatoria sopra i miracoli del Beato Roberto Bellarmino.
22. - *13 Novembre.* Congregazione Ordinaria particolare.
*23.-20* • » Congregazione Preparatoria sulle virtù del Servo di Dio Contardo Ferrini.
24. - *4 Dicembre.* **Congregazione Generale.**
25.-22 » Congregazione Antipreparatoria.
.26. - *18* » Congregazione Ordinaria.

# SEGRETERIA DI STATO

## NOMINE

Con Biglietto della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*7 Dicembre 1927.* Il Rmo P. M. Alfonso Gasperini, O.-P., *Primo Compagno del Rmo P. Commissario e Consultore della Suprema Saera Congregazione del S. Offizio.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*3 Febbraio 1927.* L'Emo Sig. Cardinale Luigi Sincero, *Segretario della Saera Congregazione per la Chiesa Orientale.*

*26 Novembre* » L'Emo Sig. Cardinale Camillo Laurenti, *Protettore dell'Ordine dei Servi di Maria.*

*30 Dicembre* » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore del-VOrdine dei Frati Minori.*

*2 Gennaio 1928.* L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore della Congregazione « Hijos de Maria Immaculada de Guadalupe»* (Messico).

*Assistente al Soglio Pontificio:*

*14 Dicembre 1927.* Monsig. Giovanni Battista Hierl, Vescovo tit. di Teuchira.

*Protonotari Apostolici* ad instar participantium :

*12 Gennaio 1926.* Monsig. Giovanni Doyle, della diocesi di Detroit.

*22 Novembre 1927.* Monsig. Celestino Giuseppe G. B. Barbier, della diocesi di Nancy.

» » » Monsig. Leone M. Ottavio Jerome, della medesima diocesi.

*30* » » Monsig. Carlo Giovanni Cronin, dell'arehid. di Birmingham.

» » » Monsig. Francesco Giuseppe Leonard, della diocesi di Davenport.

*Prelati Domestici di S. S.:*

*4 Maggio 1927.* Monsig. Giuseppe F. Delaney, della diocesi di Fort Wayne.

*8 Agosto* Monsig. Giovanni Vidal (Francia).

*9 Novembre* Monsig. Fedele Caroli, dell'archidiocesi di Taranto.

*22* Monsig. Luciano Emilio Thouvenin, della diocesi di Nancy.

*30* Monsig. Giuseppe^Schulte, della diocesi di Davenport.

» Monsig. Guglielmo Patrizio Shanahan, della medesima diocesi.

Monsig. Tommaso Gummis, della diocesi di Elphin.

Monsig Michele Harte, della medesima diocesi.

Monsig. Francesco Hanny, della diocesi di Cinque Chiese.

, Monsig. Ludovico Beck, della medesima diocesi.

Monsig. Giovanni Jozgits, della medesima diocesi.

*14 Dicembre* » Monsig. Carlo Koci, della diocesi di Secovia.

*15 Dicembre 1927.* Monsig. Antonio Considine, della diocesi di Galway.
*17* » » Monsig. Germano E. Wernke, della diocesi di Little Rock.
» » » Monsig. Giovanni P. Fisher, della medesima diocesi.
*20* » » Monsig. Carlo Wheatley, dell'archidiocesi di Birmingham.

## ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

*La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:*

*29 Ottobre 1927.* Al sig. marchese Franchino Rusconi, delParchid. di Bologna.
*.17 Novembre* » Al sig. prof. Oscar Halecki, dell'archidiocesi di Varsavia.
*7 Dicèmbre* » Al sig. cav. Giacomo Negro, dell'archidiocesi di Torino.

*Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:*

*3 Giugno 1927.* Al sig. Giuseppe M. Giovanni Ellis, del vicariato apostolico di Curaçao.
*16 Novembre* » Al sig. Andrea Cateaux, della diocesi di Lilla.
*23* » » Al sig. not. Giuseppe Oollot, della diocesi di Verdun.
*30* » » Al sig; dott. Antonio Sánchez Reyes, della diocesi di Madrid.
*4 Dicembre* » Al sig. Giacomo A. Walsh, della diocesi di Helena.
*6* » » Al sig. Giovanni Honnerlage Grete, della diocesi di Harlem.

*Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Silvestro Papa:*

*15 Novembre 1927.* Al sig. Francesco Domenico Delfino, dell' archidiocesi di Reggio Calabria.
*7 Dicembre* » Al sig. Enrico Lingens, dell'archidiocesi di Colonia.

**NOTA: Il sig. Visconte Carlo Giuseppe de la Lande de Calan, dell'archidiocesi di Rennes, è stato radiato dall'albo dei Cavalieri di San Gregorio Magno.**

# MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

## NOMINE

Con Biglietti di S. E. Ema Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*Camerieri Segreti Soprannumerari di S.S.:*

*5 Ottobre 1927.* Monsig. Leone Salvatore, della diocesi di Lecce.
*26 Novembre* » Monsig. Francesco Kéri, della diocesi di Alba Reale.
*28* » » Monsig. Vincenzo Hau, del vicariato apostolico di Tsinchow
» » » Monsig. Francesco Ocásek, dell'archidiocesi di Olmütz.
» » » Monsig. Giuseppe Dvorak, della diocesi di Budweis.
» » » Monsig. Leone Schmidt, della diocesi di Nitra.

*•5 Dicembre 1927.* Monsig. Antonio Trümmer, della diocesi di Seccovia.
*6 » »* Monsig. Gustavo Maria Münster, della diocesi di Osnabrück;
» » » Monsig. Domenico Enrico Hartong, della medesima diocesi.
*10 » »* Monsig. Angelo Grazioli, della diocesi di Verona.
*13 » »* Monsig. Emilio Berizzi, della diocesi di Bergamo.
*15 » »* Monsig. Giuseppe Gollings, delParchidiocesi di Westminster.
*20 » »* Monsig. Filippo Keller, della diocesi di Lafayette.

*Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:*

*16 Novembre 1927.* Il sig. conte Giuseppe Maria Daniele de Porquier de Lagarrigue, dell'archidiocesi di Parigi.

*Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S.S.:*

*21 Novembre 1927.* Monsig. Michele Benger, dell'archidiocesi di Colonia.
*23 » »* Monsig. Annunziato Leone, dell'archid. di Eeggio Calabria.
*28 » «* Monsig. Luigi Lang, dell'archidiocesi di Olmütz.
» » » Monsig. Agostino Stand, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Francesco Dittrich, della diocesi di Hradec-Králové.
*9 Dicembre »* Monsig. Giuseppe Lenz, della diocesi di Cassovia.
» » » Monsig. Giulio Petsár, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Luigi Otto, della medesima diocesi.
!» » » Monsig. Stefano Demeter, della medesima diocesi.
*15 » »* Monsig. Giordano Timkó, della medesima diocesi.

*Cameriere d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:*

*12 Dicembre 1927. I* sig. Giovanni Hlond, della diocesi di Katowice.

*Cameriere d'Onore* extra Urbem *di S. S.:*

*28 Novembre 1927.* Monsig. Luigi Záeek, dell'archidiocesi di Olmütz,

" *Cappellani d'Onore* extra Urbem *di S. S.:*

*17 Dicembre 1927.* Monsig. Domenico Morgigno, della diocesi di Andria.
*20 » »* Monsig. Pietro Paolo Baez Gonzalez, dell' archidiocesi di S. Domingo.

## NECROLOGIO

*4 Dicembre 1927.* Monsig. Silvestro Velasco Perez, Vescovo tit. di Ticelia.
*10 » »* Monsig. Donato Velluti-Zati, Arcivescovo tit. di Patrasso.
*29 » »* Monsig. Tommaso Lemonnier, Vescovo di Bayeux e Lisieux.
*1 Gennaio 1928.* Monsig. Angelo Marquina y Corrales, Vescovo di Guadix.

Annus XX - Vol. XX 1 Februarii 1928 Num. 2

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. XI

## LITTERAE APOSTOLICAE

DE CONSTITUTIONIBUS INSTITUTI MONIALIUM A PERPETUA ADORATIONE SS.MI SACRAMENTI.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Expositum Nobis est, rec. mem. Decessorem Nostrum Benedictum Pp. XV Litteris Apostolicis, sub Piscatoris anulo die xii m. Martii, an. MDCCCCXV obsignatis, benevolentiae quidem suae testimonio, ad quasdam difficultates dirimendas, quae Sororum animos exagitabant, Constitutiones Instituti monialium a perpetua Adoratione Sanctissimi Sacramenti Apostolicae auctoritatis suae sanctione roborasse. At non obstantibus eisdem Litteris Apostolicis, quae incipiunt « Sancta Mater Ecclesia », moniales Instituti ipsius a perpetua Adoratione, quod, initio praeteriti saeculi, opera b. m. Dei Famulae Mariae Magdalenae ab Incarnatione ortum habuit in hac Alma Urbe Nostra, nonnullis adhuc difficultatibus agitantur circa Constitutionum Instituti originem atque initia. Quibus omnibus mature perpensis, Nos, volentes dictum Institutum prospere feliciterque vivere atque in perfecta tranquillitate florescere, illiusque utilitati et commodis, quantum in Domino possumus, prospicere atque omnes dilectas in Christo filias Nostras, eiusdem Instituti moniales, •specialibus favoribus gratiisque prosequi cupientes, Nostrorum quoque Decessorum Pii Pp. VII et Leonis Pp. XII vestigia sequentes, Institutum monialium a perpetua Adoratione Sanctissimi Sacramenti iuxta Regulam Sancti Augustini sub Dolentis Virginis Mariae patrocinio a bon. mem. Famula Dei Maria Magdalena ab Incarnatione fundatum, apostolica auctoritate Nostra denuo adprobamus. Quod ad Constitutiones insuper, eadem apostolica auctoritate Nostra mandamus ac praecipimus ut monia-

les eiusdem Instituti in Urbe degentes illas observent, quae a Iacobo Philippo 8. R. E. Cardinali Fransoni, anno MDCCCXXXXVIII, et praesertim a rec. mem. Leone Pp. XIII, die VII m. Decembris anno MDCCCLXXXXVIII confirmatae sunt, easque ad normam recentiorum decretorum Apostolicae Sedis redactas denuo etiam adprobamus et confirmamus. Ita pariter Constitutiones monasterii Viglebanensis, quae per Breve Apostolicum a Gregorio Pp. XVI, die xxin m. Ianuarii, anno MDCCCXXXVIII datum, approbatae fuerunt, ad normam item recentiorum decretorum Apostolicae Sedis redactas denuo adprobamus et confirmamus. Ne autem in futurum controversiae et difficultates iterum exoriantur, omnibus monialibus cuiusvis monasterii utriusque observantiae, virtute sanctae obedientiae, silentium imponimus circa genuinitatem, auctoritatem aut originem Constitutionum de quibus est sermo, atque insuper Apostolica auctoritate decernimus ac praecipimus ut in futurum in novis Constitutionibus edendis nonnisi praesentes Litterae apponantur. Deinde Monasteriis utriusque observantiae indulgentias omnes et singula privilegia atque indulta iam tributa, quae hisce praesentibus Litteris non adversantur, eadem auctoritate apostolica Nostra confirmamus, concedentes insuper indulgentias et privilegia atque indulta, quae supra memoravimus, pro omnibus Instituti ipsius domibus.

Haec volumus, statuimus ac mandamus, decernentes has praesentes Litteras resque omnes in iisdem expressas semper ac perpetuo firmas, validas atque efficaces exsistere et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectare poterit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Novembris anno MDOCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

# ACTA SS. CONGREGATIONUM

## SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

### DECRETUM

DAMNANTUR TRES LIBRI

In Generali Congregatione Sancti Officii, habita Feria IV, die 11 Ianuarii 1928, Emi ac Emi Domini Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, cum compertum habuerint libros novissimos, quibus tituli:

*La Politique du Vatican - Sous la Terreur... 20 Septembre-15 Novembre 1927* - Avec une Préface de LÉON DAUDET et un Epilogue de CHARLES MAURRAS. Bibliothèque des œuvres politiques, Versailles;

MERMEIX, *Le Ralliement et VAction Française,* Paris, Arthème Fayard et G Editeurs;

M.[is] DE Roux, *Charles Maurras et le nationalisme de VAction Française,* Paris, Bernard Grasset, Editeur:

pergere in propugnaríais ideis ac rebus iam proscriptis et in detorquenda actione et mente Summi Pontificis a religiosa - uti semper et exclusive fuit - in politicam, quod fuit semper et est ab eius intentione et opera omnino alienum - decreverunt ad libros eosdem extendi iam latam condemnationem, eosque in Indicem librorum prohibitorum esse inserendos.

Et insequenti Feria V, die 12 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius divina Prov. Pp. XI, in audientia R. P. D. Assessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 13 Ianuarii 1928.

Aloisius Castellano, *Supr. S. C. Sancti Officii Notarius.*

# SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

## MONACEN, ET FRISINGEN--PASSAVIEN.

DECRETUM

Sigismundus Felix, Episcopus Passaviensis, plene assentiente Ordinario Monacensi et Frisingensi, in quorumdam fidelium bonum, a S. Sede expostulavit, ut locus *Loding,* modo pertinens ad paroeciam *Kay* archidioecesis Monacensis et Frisingensis, ab eadem paroecia dismembraretur atque viciniori paroeciae *TyrlacMng,* dioecesis Passaviensis, adiungeretur. Iamvero Ssmus Dnus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, rei utilitate perspecta, statuit praesenti Consistoriali decreto ut memoratus locus *Loding,* cum suis incolis, a paroecia *Kay* separetur et paroeciae *TyrlacMng* tam in spiritualibus quam in temporalibus perpetuo aggregetur, mutatis hac ratione finibus inter archidioecesim Monacensem et Frisingensem et dioecesim Passaviensem.

Ad haec exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est R. P. D. Albertum Vassallo de Torregrossa, Archiepiscopum titularem Hemesensem ac Nuntium Apostolicum in Bavaria, ipsi tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum: facto onere mittendi intra sex menses ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 31 Decembris 1927.

Pro Emo D. Card. Secretario,

f fr. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

U & S. ^

V. Santoro, *Officialis.*

## II -

## PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, has quae sequuntur Ecclesias de proprio singulas Pastore providit, nimirum:

*23 Decembris 1927.* — Cathedrali Ecclesiae Squillacen, cum archiepiscopali Ecclesia Cathacen. *in personam* unitae praefecit R. P. D. Ioannem Fiorentini, qui propterea Archiepiscopus Cathacen. et Episcopus Squillacen, appellabitur.

*7 Ianuarii 1928.* — Titulari episcopali Ecclesiae Bermopolitanae Maiori, R. D. Edoardum Iosephum Herberhold, O. F. M., quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Armandi Augustini Bahlmann, Praelati *nullius* de Santarem.

*20 Ianuarii.* — Cathedrali Ecclesiae Laquedonien., cum episcopali Ecclesia S. Angeli de Lombardis *in personam* unitae, R. P. D. Iulium Tommasi, qui propterea Archiepiscopus Compsan. et Episcopus S. Angelí de Lombardis ac Bisaeien. et Laquedonien. appellabitur.

— Titulari episcopali Ecclesiae Athribitanae, R. D. Constantinum Dominik, canonicum ecclesiae cathedralis Culmensis. quam deputavit Auxiliarem R. P. D. Stanislai Okoniewski, Episcopi Culmen.

*27 Ianuarii.* — Cathedrali Ecclesiae Nictheroyensi, R. P. D. Iosephum Pereira Alves, hactenus Episcopum Natalensem.

## III

## DESIGNATIO ORDINARII APPELLATIONIS

R. P. D. Arcturus Drossaerts, Archiepiscopus S. Antonii Americae Septentrionalis, Ordinarium appellationis designavit R. P. D. Episcopum Galvestoniensem. Quam designationem Ssmus Dnus Noster, rescripto S. O. Consistorialis diei 18 Ianuarii 1928, benigne adprobavit.

# SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

## I

## NOMINATIONES

Successivis decretis ut infra Sacrum Consilium christiano nomini propagando, ad suum beneplacitum renunciavit:

*17 Octobris 1927.* — E. P. Brunonem Wolnik, e S. I., *Praefectum Apostolicum de Brolcen-Hill.* >

*9 Novembris.* — E. P. Patricium Iacobum Byrne, e Societate de Maryknoll pro missionibus ad exteros, *Praefectum Apostolicum de Peng-yang,* nuper erecta praefectura.

*23 Novembris.* — E. P. Aegidium Eoy, O. F. M., *Praefectum Apostolicum de Kagoshima.*

*11 Ianuarii 1928.* — E. P. Ioannem Hippolytum Esquerre, e Societate Lugdunensi Missionum ad Afros, *Praefectum Apostolicum de Bobo Djoulasso,* nuper erecta praefectura.

Praeterea decreto eiusdem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide diei 20 Ianuarii c a., E. D. Raphael Lovera, Canonicus Magistralis ecclesiae metropolitanae Caracensis, renuntiatus est Praeses Consilii Pontificii Operis a Propagatione Fidei pro Venezuela.

## II

## PROVISIO ECCLESIAE

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia Pp. XI, decreto Sacrae Congregationis de Propaganda Fide, diei 14 Ianuarii 1928, cathedrali Ecclesiae Mangalorensi praefecit R. D. Valerianum Iosephum De Souza.

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## CATHAREK

CONFIRMATIONIS CULTUS PUBLICI ET ECCLESIASTICI PRAESTITI SERVAE DEI HOSANNAE DE CATHARO, VIRGINI TERTII ORDINIS S. DOMINICI BEATAE VEL SANCTAE NUNCUPATAE.

SUPER DUBIO

*An constet de cultu publico et ecclesiastico praestito Servae Dei Hosannae de Catharo, Virgini Tertii Ordinis S. Dominici?*

In Kumano oppido Montis Nigri, Catharensis dioecesis, die 25 Novembris anno 1493, e pauperibus parentibus schismaticis nomine Kosic, veluti flos e sentibus, orta est infantula, cui in sancti baptismi lavacro impositum nomen Catharina. Conditio familiae atque ipsa pauperies eidem aperuit tutum iter ad vitam humilem, simplicem et religiosam ducendam. Nam arti pastoritiae addicta, in apertis campis, inter oves et agnos, sub immenso firmamento caeli, ipsa aperta, simplex et pura succrescebat. Mirabilia opera Dei Creatoris eiusque innumera beneficia sibi et humano generi collata contemplabatur, summamque potentiam, sapientiam et bonitatem Factoris caeli et terrae, mente, corde et animo grato diligebat et collaudabat cum angelicis choris. Desiderio flagrans maioris cognitionis de divinis mysteriis et praeceptis et beneficiis, voti compos effecta est, parentum cura et sacerdotum interventu. Gratia Dei praeventa et caelesti lumine illustrata, meruisse perhibetur videre puerum Iesum qui cum simplicibus conversari diligit; et sub directione sui confessarii in vias Domini planas de virtute in virtutem progressum fecit. Enixis autem iteratisque precibus rogata genitrix filiam suam in civitatem Gatharen. deduxit, et probatissimae matronae catholicae ipsam commendavit pro custodia, victu et vita christiana, tanquam rei familiari et domesticae inservientem. Dei famula bene accepta, in commisso officio ita se gessit, per septem circiter annos, ut, potius matris quam dominae sibi conciliaret benevolentiam et amorem. Deinceps in eadem civitate et in templo evangelica de Christi cruciatibus concione permota, de consilio suae conscientiae moderatoris, annuente et approbante Episcopo Catharensi, Catharina, meliora charismata aemulata, vigesimum aetatis annum agens, vitam reclusionis prope ecclesiam S. Bartholomaei et postea prope ecclesiam S. Pauli amplexata est. Assumpto habitu Tertii Ordinis S. Dominici, nomen

Catharinae mutavit in Hosannae nomen pro memoria, honore et cultu Beatae Hosannae Virginis eiusdem Ordinis. Adolescentiae et mulieres ibi congregatae Hosannam tanquam praesidem et matrem amabilem, obsequio, obedientia et amore prosequebantur, eiusque directioni se plene subiecerunt. Unde, ita Deo disponente, illius asceterii S. Pauli Hosanna veluti prima moderatrix et fundatrix habita est. Oratione et contemplatione, corporis maceratione atque operibus misericordiae praestantem, religione ac pietate in Deum, in Dominum nostrum Iesum Christum eiusque Virginem Matrem Mariam, aliosque caelites tutelares, ceterisque Adrtutibus enitentem, omnis civium ordo videntes et admirantes ad eam confluebant, consilii vel auxilii petendi causa, eo magis quod illius preces a Deo exauditae erant. Ipsa civitas si a pluribus adversitatibus et periculis salva et incolumis evaserit uti ab oppugnatione Turcarum, ab irruptione pestilentiae et vastitatis et ab aliis imminentibus calamitatibus, Catharenses hoc totum precibus Hosannae apud Deum omnipotentem et commiserantem intercedentis acceptum ferebant. Non defuit tamen Dei ancillae invidia et incursus nostis humani generis, per vexationes, morbos, fraudes ac terrores a diabolo excitatos, ut ipsa a suo sancto proposito et virtutum fervore atque constantia descisceret, quae tamen per promptum contemptus actum, vel per sanctum crucis signum, vel per devotam Ss. Nominis Iesu invocationem, daemonem aliosque spiritus malignos, divina virtute potens, fugabat. Quibus tentationibus et conflictationibus superatis, ciernentissimus Deus per angelos suos et per caelestes apparitiones famulam suam suaviter recreasse atque sancta laetitia perfudisse fertur. Narratur etiam quod idem Dominus noster Iesus Christus saepius humana specie vel infantis, vel crucem baiulantis, vel gloriose resurgentis, vel in caelum mirabiliter ascendentis, Hosannae apparuisset, atque ipsa singulis apparizioni bus congruos sensus et affectus doloris, compassiónis, gratulationis et gaudii, semper autem ferventissimae caritatis, experta fuisset. Multiplici etiam prophetiae dono clarescens, plures-praedixit eventus prosperos vel tristes, publicos vel privatos adamussim verificatos, prouti apud omnes compertum est, atque historici scriptores et testes fide digni expresse asserunt. Tandem haec virgo sapiens et prudens per duos fere menses mortifero correpta morbo, eoque in dies ingravescente, patientia et sanctitate in extremo agone illustrior, sacramentis Ecclesiae refecta et roborata, elevatis in caelum oculis et invocato identidem sanctissimo nomine Iesu, animam exhalavit die 27 Aprilis anno 1565, aetatis suae septuagesimo secundo: Insignis fama sanctitatis, quam Hosanna in vita sibi adepta fuerat, post obitum magis magisque invaluit, ob devotionem et concursum populi tum ad eius exsuvias, odore fragrantés et •angelicam speciem referentes, visitandas, tum ad solemnes exsequias cele-

brandas, tum denique ad gloriosum sepulcrum continuo illustrandum oratione, fiducia et gratitudine pro gratiis et beneficiis expetitis et acceptis. Quod hucusque narratum est, copiosius hauriri potest ex auctoribus fide dignis qui vitam et sanctitatem Virginis Hosannae et cultum eidem adhibitum fusiore calamo descripserunt, inter quos merito recensentur P. Bazzi ad annum 1.589, P. Cerva ad annum 1736, P. Ioannes de Rechac in libro cui titulus: « Annus Dominicanus - necnon Ephemerides Sacro-Dominicae », et plures Vitae de eadem Virgine editae in Gallia et in Germania. Praecipuus autem et uberrimus fons exstat Processus Ordinaria auctoritate confectus ab Episcopo Catharensi, et absolutus cum subsequenti ipsius Ordinarii sententia, non solum circa vitam et sanctitatem Famulae Dei sed potissimum circa cultum publicum et ecclesiasticum eidem praestitum a tempore immemorabili seu longissimo, ad normam casus excepti a decretis sa. me. Urbani Papae VIII. Processus iste sacrorum Rituum Congregationi exhibitus est ad effectum impetrandi et obtinendi ab Apostolica Sede huiusmodi cultus Virginis Hosannae et Episcopi Catharensis sententiae faventis definitivam confirmationem. Imprimis animadvertendum est in huius Causae Processu conficiendo ab Apostolica Sede die 9 Ianuarii anno 1924 dispensatum fuisse a iuris ordine noviter inducto per decreta S. R. Congregationis 11 Novembris 1912 et 31 Ianuarii 1913 et canones 2125-2135 Cod. iur. can., observato tamen ordine antiquo usque ad novum vigente. Actores autem Causae, actis processualibus suffulti, valida censuerunt argumenta adducta non solum circa famam sanctitatis Hosannae comprobandam, sed, quod in casu praecipuum est, circa cultum publicum, ecclesiasticum inde ab initio seu obitu, anno 1565, ad haec usque tempora perseverantem. Ex praedictis enim actis huiusmodi cultus comprobatur ex elevatione, translatione exsuviarum, ex veneratione reliquiarum ac imaginum, ex titulis Beatae vel Sanctae attributis, ex martyrologiis, menologiis et calendariis, ex publicis supplicationibus, ex festis quotannis etiam liturgice celebratis cum Missarum celebratione in honorem B. Hosannae, ex nomine ipsius Beatae infantibus imposito in sacro fonte baptismali, ex electione a clero et populo alicuius civitatis et oppidi in peculiarem apud Deum patronam, ex votivis tabellis et donis a christifidelibus pro gratiarum actione oblatis, ex piis demum peregrinationibus quae a fidelibus, et etiam a schismaticis, Montis Nigri, instituuntur ad sepulcrum et ad exsuvias et reliquias venerandas, atque ad ipsam Hosannam apud Deum tanquam advocatam caelestem cum fiducia invocandam. Quod attinet vero ad cultus immemorialis, seu casus excepti a decretis Urbanianis, Apostolicam confirmationem, actores Causae, licet praescriptionem immemorabilis seu centenarii temporis ab anno 1534 ad annum 1634 in hac Causa sustinere manifeste non possent ob defectum

unius et triginta annorum, alterum tamen casum ab illo distinctum et a sa. me. Urbano VIII exceptum, longissimi nempe temporis cum scientia et tolerantia Sedis Apostolicae et Ordinariorum Catharensium pro tempore, tanquam titulum in praesenti Causa legitimum se probasse dixerunt. Quod si haud parvi momenti probationes productae non videantur sufficere ad proferendam ex iure sententiam favorabilem, iidem actores firma spe recreati sunt quod integra acta processualia, celeberrima fama sanctitatis- et claritas cultus longissimi temporis et scientia et tolerantia ecclesiasticae auctoritatis, ex sapienti iudicio Emorum Patrum Sacrae Rituum Congregationis, rato et probato a Summo" Pontifice, hac nobili Causa cognita et splendidis circumstantiis communita, diu optatam antiquissimi et perseverantis B. Hosannae adhibiti cultus apostolicam confirmationem ad prosperum felicemque exitum perducent. Itaque instante R. P. Francisco Maria Guerrini, Ordinis Praedicatorum et huius Causae Postulatore, Rmi P. Magistri generalis et universi Ordinis Fratrum et Sororum S. Patris fundatoris Dominici Gusmani, fervida vota depromente, attentisque Litteris postulatoriis plurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum necnon Capitulorum ecclesiarum cathedralium et collegiatarum, ac Superiorum maiorum tum Ordinum et Congregationum Religiosarum, utriusque sexus e Catharensi aliisque finitimis dioecesibus, una cum praesidibus, optimatibus ac civibus, praesertim regionis Dalmatiae, Emus et Rmus Dnus Andreas Cardinalis Frühwirth, Sanctae Romanae Ecclesiae Cancellarius, eiusdem Causae Relator, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis coetu, subsignata die, ad Vaticanum coacto, sequens dubium discutiendum proposuit: « An constet de cultu publico et ecclesiastico praestito Servae Dei Hosannae de Catharo, Virgini Tertii Ordinis S. Dominici? » Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Carolo Salotti, Fidei promotore generali, omnibus accurate perpensis rescribere censuerunt: « Affirmative seu inspectis peculiaribus huius Causae adiunctis, cultum esse confirmandum si Sanctissimo placuerit ». Die 20 Decembris 1927.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI, per eundem Fidei promotorem generalem relatis, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacri Consilii ratum habuit et cultum Beatae Hosannae Virginis, Tertii Ordinis S. Dominici, confirmavit, die 21 Decembris 1927.

£g A. CAED. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
*S. R. C. Praefectus.*

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

# ACTA TRIBUNALIUM

## SACRA ROMANA ROTA

### i

Causae in Tribunali Sacrae E. Rotae actae anno 1927, quarum definitiva sententia editur tantum in parte dispositiva:

I. BITURICEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*
*Turnus Rotalis:* A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, A. Wynen.
*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.
*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* V. Sacconi.
*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii in casu ».
*Sententia* diei 15 Ianuarii: « Affirmative ».

II. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite affinitatis ex copula illicita.*
*Turnus Rotalis:* M. Massimi, *Decanus, Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.
*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.
*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* I. Stella.
*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii in casu ».
*Sententia* diei 19 Ianuarii: « Affirmative ».

III. CASERTANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*
*Turnus Rotalis:* M. Massimi, *Decanus, Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.
*Vinculi Defensor deputatus:* I Brocco.
*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* A. Carabini.
*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu ».
*Sententia* diei 21 Ianuarii: « Negative ».

IV. MECHLINIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*
*Turnus Rotalis:* M. Massimi, *Decanus, Ponens,* F. Guglielmi, A. Wynen.
*Vinculi Defensor: I.* Trezzi.
*Advocatus:* A. D'Alessandri.

*Dubium:* « Ari sententia Rotalis diei 19 Aprilis 1926 sit confirmanda, vel infirmanda in casu ».

*Sententia* diei 5 Februarii: « Affirmative ad primam partem, negative ad alteram, seu: Constare de nullitate matrimonii».

V. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII ET DISPENSATIONIS SUPER RATO.

*Turnus Rotalis:* A. Jullien, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocatus:* V. Sacconi.

*Dubium:* « An sententia Rotalis diei 17 aprilis 1926 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».

*Sententia* diei 7 Februarii: « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, seu: Non constare de nullitate matrimonii, nec consilium praestandum esse SSmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

VI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus atque intentionis contra bonum prolis.*

*Turnus Rotalis:* I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, P. Solieri.

*Vinculi Defensor Substitutus:* O. Conte.

*Advocatus:* V. Sacconi.

*Dubium:* «An constet de matrimonii nullitate in casu».

*Sententia* diei 9 Februarii: « Negative ».

VII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae contra indissolubilitatem.*

*Turnus Rotalis:* F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocati:* N. Ferrata, V. Sacconi.

*Dubium:* « An constet de nullitate.matrimonii in casu ».

*Sententia* diei 22 Februarii: « Affirmative ».

VIII. ADMIxiSTR. APÓSTOL. OENIPONTANAE. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Morano.

*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus:* I. P. Certo.

*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

*Sententia* diei 23 Februarii: « Affirmative ».

IX. BiTUBiCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Botalis:* I. Florczak, *Ponens,* TJ. Mannucci, A. Jullien.

*Vinculi Defensor deputatus:* I. Broceo.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* I. P. Certo.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

*Sententia* diei 5 Martii: « Affirmative ».

X. MONTISPESSULANI. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite invalidae dispensationis ab impedimento consanguinitatis.*

*Turnus Rotalis:* F. Parrillo, *Ponens,* I. Florczak, IT. Mannucci.

*Vinculi Defensor deputatus:* I. Stella.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* F. Fournier.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

*Sententia* diei 14 Martii: « Affirmative ».

XI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae mulieris.*

*Turnus Rotalis:* H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocatus:* I. P. Certo.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

*Sententia* diei 17 Maii: « Negative ».

XII. N. N. - RESTITUTIONIS IN INTEGRUM.

*Turnus Rotalis:* IT. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Morano.

*Promotor Iustitiae:* F. Bracci,

*Advocati:* H. Ben vignati, N. Patrizi.

*Dubium:* «An locus sit restitutioni in integrum in casu »

*Sententia* diei 20 Martii: « Negative ».

XIII. KIELCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* I. Florczak, *Ponens,* U. Mannucci, A. Jullien.

*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.

. *Advocatus:* I. P. Certo.

*Dubium: « An* constet de nullitate matrimonii in casu».

*Sententia* diei 30 Martii: « Affirmative ».

XIV. WESTMONASTERIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae contra bonum sacramenti.*

*Turnus Rotalis:* I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, F. Solieri.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocatus:* N. Ferrata.

*Dubium:* «*An.* constet de nullitate matrimonii in casu».

*Sententia* diei 11 Aprilis: « Affirmative » (Cfr. *A. A. S.*, XIX, 217).

XV. KLELCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* I. Florczak, *-Ponens,* TJ. Mannucci, A. Jullien.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* D. Lazzarato.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate, in casu ».

*Sententia* diei 12 Aprilis: « Affirmative ».

XVI. VARSAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* U. Mannucci, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocatus:* A. D'Alessandri.

*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii in casu».

*Sententia* diei 13 Aprilis: « Affirmative ».

XVII. NAMURCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, I. Florczak.

*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus:* N. Patrizi.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

*Sententia* diei 22 Aprilis: « Negative ».

XVIII. SANDOMIRIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotali^:* TJ. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi.

*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* I. Stella.

*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

*Sententia* diei 25 Aprilis: « Affirmative ».

XIX. VIENNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis.*

*Turnus Rotalis:* TJ. Mannucci, • *Ponens, A.* Jullien, A. Wynen.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* I. Stella.

*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

*Sententia* diei 2 Maii: « Negative ».

XX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae contra bonum prolis.*

*Turnus Rotalis:* I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, F. Solieri.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocatus ex mandato gratuiti-patrocinii:* H. Benvignati.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

*/Sententia* diei 4 Maii: « Affirmative ».

XXI. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite simulationis consensus ac dispensationis.*

*Turnus Rotalis:* I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, F. Solieri.

*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* Th. Ragusa.

*Dubia:* I. « An constet de matrimonii nullitate in casu »; et quatenus negative, II: «An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

*Sententia* diei 10 Maii: «Ad I.: Negative; ad alterum: Affirmative ».

XXII. VESTMONASTERIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* M. Massimi, *Decanus, Ponens,* I. Grazioli, F. Guglielmi.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocati:* V. Sacconi, I. P. Certo.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

*Sententia* diei 14 Maii: « Negative ».

XXIII. MONTISPESSULANI. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capitibus vis et metus ac simulationis consensus.*

*Turnus Rotalis:* F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano,

*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus:* H. Benvignati.

*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

*Sententia* diei 28 Maii: -« Negative ».

XXIV. TORNACEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite simulati consensus.*

*Turnus Rotalis:* IT. Mannucci, A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocatus:* D. Lazzarato.

*Dubium:* « An sententia Rotalis diei 27 Iulii 1925 sit confirmanda aut infirmanda in casu ».

*Sententia* diei 1 Iunii: « Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, seu: Non constare de nullitate matrimonii in casu ».

XXV. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Botalis:* I. Grazioli, *Ponens, F.* Parrillo, F. Solieri.

*Vinculi Defensor deputatus:* I. Stella.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* V. Pozzani.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu».

*Sententia* diei 16 Iulii: « Affirmative ».

XXVI. N. X ? - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae nec purvficatae.*

*Turnus Rotalis:* I. Florczak, *Ponens,* U. Mannucci, A. Jullien.

*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* B. Pellegrini.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

*Sententia* diei 7 Iunii: « Negative ».

XXVII. MECHLINIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* M. Massimi, *Decanus, Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocati:* V. Sacconi, I. P. Certo.

*Dubium:* «An sententia Rotalis diei 26 Iulii .1926 confirmanda sit vel reformanda in casu ».

*Sententia* diei 8 Iunii: « Affirmative ad primam partem, negative ad alteram, seu constare de nullitate matrimonii ».

XXVIII. GURCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus formae substantialis.*

*Turnus Rotalis:* IL Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, A. Wynen.

*Vinculi Defensor deputatus:* I. Brocco.

*Advocatus:* D. Lazzarato.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

*Sententia* diei 11 Iunii: « Negative ».

XXIX. SALISBURGEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* F. Guglielmi, *Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano.

*Vinculi Defensor deputatus:* I. Stella.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* P. Mottis.

*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

*Sententia* diei 28 Iunii: «negative ».

XXX. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

*Turnus Rotalis:* I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, F. Solieri.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocatus:* V. Sacconi.

*Dubia:* I. « An constet de nulllitate matrimonii in .casu», et quatenus negative, II: « An consilium praestandum sit Ssmo pro dispensatione super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

*Sententia* diei 28 Iunii: «Ad I negative. Ad II Consilium esse praestandum Ssmo super matrimonio rato et non consummato, in casu ».

XXXI. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* IT. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Guglielmi.

*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus:* X. Ferrata.

*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

*Sententia* diei 1 Iulii: « Affirmative ».

XXXII. PARISIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* M. Massimi, *Decanus, Ponens,* I. Grazioli, F. Morano.

*Vinculi Defensor Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus:* V. Sacconi. ...

*Dubium:* « An sententia Rotalis diei 20 Iunii 1924 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».

*Sententia* diei 2 Iulii: « Affirmative, ad primam partem; negative ad alteram, seu non constare de matrimonii nullitate in casu ».

XXXIII. TOLOSANA. - CREDITI.

*Turnus Rotalis:* A, Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, A. Wynen.

*Advocati ex mandato gratuiti patrocinii:* B. Pellegrini, F. Fournier.

*Dubium:* « An et quaenam summa a R. D. Dessane solvi debeat Dominae Aliciae Figadere in casu ».

*Sententia* diei 5 Iulii: «-Nullam ex summis, de quibus agitur, esse a R. D. Dessane solvendam Dominae Aliciae Figadère in casu ».

XXXIV. S. IACOBI DE CHILE. - RESTITUTIONIS IN INTEGRUM ET COMPROMISSI.

*Turnus Rotalis:* F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, I. Florczak.

*Promotor Iustitiae:* F. Bracci.

*Dubia:* I. « An sit locus restitutioni in integrum contra sententiam appellationis ». Et quatenus affirmative: II. « An Seminarium obligatione teneatur standi compromisso de quo agitur ». III. « An Seminarium vel Dominus Labbè vel uterque simul teneantur reficere Domino Zavala damna, si quae eidem inlata fuerint in casu ».

*Sententia* diei 25 Iulii: «Ad I Affirmative; ad II Negative et *ad mentem. Mens est quod,* nisi damnum Seminarii iuribus obveniat ab Archiepiscopo cum coetu deputatorum iudicandum, expedit promissionem actori factam adimpleri, servatis de iure servandis. Ad III Negative».

XXXV. MECHLINIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

*Turnus Rotalis:* M. Massimi, *Becanus, Ponens,* I. Grazioli, A. Wynen.

*Defensor Vinculi:* I. Trezzi.

*Advocatus:* N. Ferrata.

*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

*Sententia* diei 9 Iulii: « Affirmative ».

XXXVI. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

*Turnus Rotalis:* F. Solieri, *Ponens,* I. Florczak, U. Mannucci.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocatus:* V. Sacconi.

*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

*Sententia* diei .16 Iulii: « Negative ».

XXXVII. VICAR. APÓSTOL. OCEANIAE CENTRALIS. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

*Turnus Rotalis: A.* Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

*Vinculi Defensor deputatus:* I. Brocco.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* T. Ragusa.

*Dubium:* « An eonstet de matrimonii nullitate in casu ».

*Sententia* diei 23 Iulii: «Affirmative».

XXXVIII. BONONIEN. - FINIUM PAROCHIALIUM.

*Turnus Rotalis:* F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, I. Florczak.

*Advocati:* V. Sacconi, D. Lazzarato pro convento ex mandato gratuiti patrocinii.

*Dubia:* I. « An controversum territorium spectet paroeciae SS. Vitalis et Agricolae, vel potius paroeciae S. Sigismundi, in casu. II. Quaenam et cui debeatur restitutio pro iuribus parochialibus interim exercitis supra controversum territorium, ad normam decreti Ordinarii Bononien., diei 31 Martii 1925, in casu ».

*Sententia* diei 25 Iulii: «Ad I Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam; seu controversum territorium spectare paroeciae S. Sigismundi. Ad II Provisum in I ».

XXXIX. X. X. - DIFFAMATIONIS.

*Videntibus omnibus:* M. Massimi, *Becanus, Ponens.*

*Promotor Iustitiae:* F. Bracci.

*Advocati ex mandato gratuiti patrocinii:* V. Sacconi, A. Pericoli.

*Dubia:* I. « An constet de diffamatione ex parte Sac. X et i contra Sac. *N.* ita ut sit locus retractationi in casu. II. A quonam expensae primi iudicii sint solvendae in casu ».

*Sententia* diei 28 Iulii: « Ad I negative. Ad II, expensas esse compensandas ».

XL. TREVIREN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite defectus consensus.*

*Turnus Rotalis:* U. Mannucci, *Ponens,* A. Jullien, F. Morano.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* B. Pellegrini.

*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

*Sententia* diei 30 Iulii: « Negative ».

XLI. N. N. - RECUPERANDAE POSSESSIONIS.

*Turnus Rotalis:* F. Guglielmi, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

*Promotor Iustitiae:* F. Bracci.

*Advocati:* V. Sacconi, H. Benvignati.

*Dubium:* « An sententia Rotalis diei 23 Ianuarii 1926 sit confirmanda vel infirmanda, pro parte qua edixit pretium emptionis aedium solvi debere in numerata pecunia currentis valoris, in casu ».

*Sententia* diei 30 Iulii: « Confirmandam esse sententiam Rotalem in casu ».

XLII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite impotentiae viri.*

*Turnus Rotalis:* M. Massimi, *Decanus, Ponens,* H. Quattrocolo, F. Morano.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocatus:* N. Ferrata.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

*Sententia* diei 4 Augusti: « Affirmative ».

XLIII. LUBLINEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* I. Florczak, *Ponens,* TJ. Mannucci, A. Jullien.

*Vinculi Defensor:* C. Conte.

*Advocatus:* I. P. Certo.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

*Sententia* diei 8 Augusti: « Affirmative ».

XLIV. IS". X. - APPROPRIATIONS INDEBITAE ET POENARUM.

*Turnus Botalis:* F. Parrillo, *Ponens,* P. Solieri, I. Florczak.

*Promotor Iustitiae:* F. Bracci.' -

*Advocati:* A. Carabina; I. B. Ferrata, pro convento *ex mandato gratuiti patrocinii.*

*Dubia:* I. « An et quamnam summam Sac. *N.* V. adhuc debeat Ecclesiae in casu ». II. « An et quaenam poenae sint irrogandae Sac. *X* ».

*Sententia* diei 9 Augusti: « Negative ad utrumque ».

XLV. BiTURicEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Botalis:* F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, I. Florczak.

*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus:* N. Ferrata.

*Dubium:* « An sententia Botalis diei 27 Iulii 1926 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».

*Sententia* diei 9 Augusti: « Sententiam esse confirmandam, seu constare de nullitate matrimonii in casu ».

XLVI. VICARIATUS APOSTOLICUS DE NINGPO. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Botalis:* H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

*Vinculi Defensor deputatus:* I. Stella.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii: B.* Pellegrini.

*Dubium.:* « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

*Sententia* diei 10 Augusti: « Affirmative ».

XLVTI. DREPANEN. - IURISPATRONATUS.

*Turnus Botalis:* A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

*Promotor Iustitiae:* F. Bracci.

*Advocati:* O. Giusino, H. Benvignati.

*Dubia:* « I. An Municipium Montis S. Iuliani gaudeat iure patronatus in Ecclesia S. M. Virginis loci *di Custonaci* vi Bullae Gregorii XIII a. 1574 aut alio canonico titulo, in casu ». Et quatenus affirmative: IL « An irrita declaranda sit episcopalis clausula in decreto die 11 Aprilis 1909 de libera collatione novae paroeciae eiusque libera provisione in casu ».

*Sententia* diei 10 Augusti: « Affirmative ad primum: Negative ad alterum dubium ».

XL VIII. BRIXIEN. - NULLITATIS .MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Botalis:* I. Florczak, *Ponens,* TJ. Mannucci, A. Jullien.

*Vinculi Defensor Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* I. Stella.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

*Sententia* diei 11 Augusti: « Affirmative ».

XLIX. AGENNEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, H. Quattrocolo.

*Vinculi Defensor deputatus:* I. Brocco.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* I. Stella.

*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

*Sententia* diei 19 Octobris: « Negative ».

L. SIGNINA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* T. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, F. Solieri.

*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* V. Sacconi.

*Dubium:* « An sententia Rotalis diei 17 Iunii 1924 sit confirmanda, vel infirmanda in casu ».

*Sententia* diei 10 Novembris: « Confirmandam esse sententiam Rotalem, seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

LI. OLOMUCEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite clandestinitatis.*

*Turnus Rotalis:* A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, A. Wynen.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* T. Ragusa.

*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii in casu».

*Sententia* diei 22 Novembris: « Negative ».

LH. VARSAVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* M. Massimi, *Decanus, Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.

*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* S. Rzewnicki.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu».'

*Sententia* diei 24 Novembris: « Affirmative ».

LIII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

*Turnus Rotalis:* F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, F. Florczak.

*Vinculi Defensor deputatus:* I. Brocco.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* S. Rzewnicki.

*Dubium:* « An constet de matrimonili nullitate in casu ».

*Sententia* diei 2 Decembris: « Negative ».

LIV. CRACOVIEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capitibus vis et metus et condicionis appositae contra substantiam.*

*Turnus Botalis:* A. Jullien, F. Guglielmi, *Ponens,* F. Morano.

*Vineuli Defensor Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus ex mandato gratuiti patrocinii:* D. Lazzarato.

*Dubia:* I. « An sententia Eotalis diei 4 Iunii 1924 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ». II. « An constet de nullitate matrimonii ex capite condicionis appositae contra substantiam, in casu ».

*Sententia* diei 3 Decembris: Ad I. « Sententiam Rotalem esse confirmandam ». Ad II. « Negative seu non constare de matrimonii nullitate, in casu ».

LV. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

*Turnus Botalis:* F. Parrillo, *Ponens,* F. Solieri, I. Florczak.

*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus: Y.* Sacconi.

*Dubium:* « An sententia Rotalis diei 6 Iulii 1926 sit confirmanda vel infirmanda in casu ».

*Sententia* diei 5 Decembris: « Confirmandam esse sententiam Rotalem, seu: Constare de matrimonii nullitate in casu ».

LVI. TORNACEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Botalis:* A. Jullien, *Ponens,* F. Guglielmi, A. Wynen.

*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.

*Advocati:* V. Sacconi, N. Ferrata.

*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii in casu ».

*Sententia* diei 7 Decembris: « Negative ».

LVII. N. N. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

*Turnus Botalis:* I. Grazioli, *Ponens,* F. Parrillo, F. Solieri.

*Vinculi Defensoris Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus:* I. P. Certo.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate in casu ».

*Sententia* diei 10 Decembris: « Affirmative ».

LVIII. ALLADEN. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite vis et metus.*

*Turnus Botalis:* I. Florczak, *Ponens,* IL Mannucci, A. Jullien.

*Vinculi Defensor deputatus:* I. Brocco.

*Advocatus:* I. P. Certo.

*Dubium:* « An constet de matrimonii nullitate, in casu».

*Sententia* diei 17 Decembris: « Negative ».

LIX. X. X. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

*Turnus Rotalis:* M. Massimi, *Decanus, Ponens,* I. Grazioli, F. Guglielmi.

*Vinculi defensor deputatus:* I. Stella.

*Advocatus:* V. Sacconi.

*Dubium:* « An sententia Rotalis diei 27 Iulii 1917 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».

*Sententia* diei 21 Decembris: « Sententiam Rotalem esse confirmandam, seu non constare de nullitate matrimonii, in casu».

LX. NANNETEN. - NULLITATIS MATRIMONII *eoe capite vis et metus.*

*Turnus Rotalis:* H. Quattrocolo, *Ponens,* F. Morano, A. Wynen.

*Vinculi Defensor Substitutus:* C. Conte.

*Advocatus:* H. Benvignati.

*Dubium:* « An constet de nullitate matrimonii, in casu ».

*Sententia* diei 30 Decembris: « Negative ».

LXI. ROMANA. - NULLITATIS MATRIMONII *ex capite conditionis appositae.*

*Turnus Rotalis:* M. Massimi, *Decanus, Ponens,* I. Grazioli, F. Parrillo.

*Vinculi Defensor:* I. Trezzi.

*Advocati:* V. Sacconi, V. Pozzani.

*Dubium:* « An sententia Rotalis diei 16 Iulii 1927 sit confirmanda vel infirmanda, in casu ».

*Sententia* diei 30 Decembris: « Sententiam Rotalem esse confirmandam, seu non constare de matrimonii nullitate in casu ». (Cfr. n. XXXVI).

## II

Causae quae eodem anno 1927 transactae fuerunt, vel peremptae, vel quae absque definitiva sententia, ex peculiaribus circumstantiis, finem habuerunt: quibus adduntur decreta quoad recursus contra libellorum reiectionem.

I. N. N. - *Nullitatis matrimonii* ex capite impotentiae viri, coram R. P. D. Guglielmi.

Decreto diei 11 Ianuarii, attenta actricis morte, acta reponi in Archivo Ponens decrevit.

. II. MOGUNTINA. - *Nullitatis matrimonii* ex capite vis et metus, coram E». P. D. Solieri.

Cum actrix nullum actum processualem posuerit ad appellationem prosequendam, decreto diei la- Ianuarii, instantiam fuisse desertam, R. P. D. Ponens declaravit.

III. N. N. - *Nullitatis matrimonii* ex capite impotentiae, coram R. P. D. Florczak.

Attenta renunciatione procuratoris Advocati, audito voto R. Vinculi Defensoris, R. P. D. Ponens, die 31 Ianuarii, renunciationis ipsius admissionem decrevit.

IV. IACTEN. - *Reiectionis libelli,* coram R. P. D. Florczak.

Ad normam Can. 1709 n. 3, S. R. Rotam esse incompetentem in casu Turnus decrevit die 14 Februarii.

V. IST. .N. - *Nullitatis matrimonii* ex capite defectus consensus, coram R. P. D. Massimi, Decano.

Ad normam can. 1736, cum per biennium nullus actus processualis positus fuerit, instantiam declaravit peremptam R. P. D. Ponens diei 3 Martii.

VI. UTINBN. - *Proprietatis* coram R. P. D. Solieri.

Decreto diei 16 Martii, acta causae ad S. Congregationem Concilii R. P. D. Ponens mitti iussit.

VII. S. IACOBI DE CHILE. - *Iurispatronatus* seu *institutionis,* coram R. P. D. Solieri.

Cum constet de-morte actoris, cumque agatur de iuribus quae non transeunt ad heredes, acta poni in Archivo, die 1 Aprilis., R. P. D. Ponens decrevit.

VIII. ZAGRABIEN. - *Nullitatis matrimonii* ex capite defectus consensus, coram R. P. D. Mannucci.

Attenta declaratione actoris «nec ipsum nec uxorem ad ulteriora procedere velle» acta poni in Archivo (c. 1740 n. 2, 1741) die 8 Aprilis, R. P. D. Ponens decrevit.

TX. KATOVICEN. - *Competentiae* coram R. P. D. Grazioli.

Audito Promotore iustitiae, visis cann. 1554 et 2341 actorem iure agendi apud Ecclesiasticum Tribunal de eadem causa quam cum Katowicensi Vicario Generali habet, decreto diei 7 Maii, Ponens privatum declaravit.

X. X. X. - *Diffamationis* coram R. P. D. Parrillo.

Attenta renuntiatione instantiae ab actore facta eiusque acceptatione ab altera parte, R. P.D. Ponens, ad normam Can. 1740 n. 2, eam admisit et actorum fasciculum in Tribunalis archivo reponi mandavit die 27 Maii.

XI. X. X. - *Nullitatis matrimonii* ex capite conditionis appositae,, coram R. P. D. Jullien.

Die 1 Iunii, acta in Archivo reponi R. P. D. Ponens mandavit ob defectum prosecutionis appellationis.

XII. VELITERNEN. - *Crediti* coram R. P. I). Solieri.

Causam per compositionem inter partes finem habuisse R. P. D. Ponens die 10 Iunii declaravit.

XIII. - ROMANA. - *Nullitatis matrimonii* ex capite vis et metus, coram R. P. D. Solieri.

Audito Vinculi Defensore, viso can. 1903, ulteriorem causae propositionem non esse admittendam, die 17 Iunii Turnus decrevit.

XIV. ZAGRABIEN. - *Separationis* coram R. P. D. Grazioli.

Cum actor nullum omnino intra annum posuerit actum iudicialem,. Ponens, decreto diei 18 Iunii appellationem peremptam declaravit.

XV. DE AREQUIPA. - *Praecedentiae* coram R. P. D. Parrillo.

Cum annus effluxerit ab interposita appellatione quin ullus actus processualis positus fuerit, ad normam Can. 1736 appellationem ipsam, decreto- diei 6 Iulii, Ponens declaravit esse peremptam.

XVI. DESMOINEN. - *Nullitatis matrimonii* ex capite disparitatis cultus et condicionis, coram R. P. D. Mannucci.

Auditis tum Vinculi Defensore tum Patrono appellantis, die 16 Iulii, Ponens iussit acta trasmitti ad Supr. S. C. S. Officii, ad normam can. 274 § 3, servatis servandis.

XVII. X. X. - *Competentiae* coram R. P. D. Grazioli.

Attento Episcopi decreto diei 9 decembris 1925, quo controversias omnes contra suum Vicarium Generalem, introductas vel introducendas sive criminales sive contentiosas sibi reservat, easque subtrahit iudiciali Officialis iudicumque prosynodalium potestati, die 8 Augusti Turnus

decrevit acta causae esse eidem Episcopo remittenda ut ad normam Can. 1572 procedat, idemque utatur iure suo iuxta can. 1625 § 1.

XVIII. PORTUS HISPANIAE. - *Hereditatis* coram R. P. D. Massimi, *Decano.*

Cum a die concordationis dubiorum qui fuit decimus mensis novembris, anni 1926, integer elapsus fuerit annus, per quem nullus actus processualis positus fuerit, appellatio decreto diei 11 Novembris declaratur deserta, ita ut sententia Rotalis, per appellationem oppugnata, in rem iudicatam transierit, ad normam can. 1736. Quod decretum, a patrono Archiepiscopi Portus Hispaniae per appellationem oppugnatum, confirmavit Turnus, die 5 Decembris.

XIX. MEDIOLANEN.-PAPIEN. - *Appellationis* coram R. P. D. Parrillo.

Audito Promotore Iustitiae h. S. Tribunalis, et attento I° quod S. R. Rota cognoscit in secunda et ultima instantia causas quae per legitimam appellationem ei deferuntur (Can. 1599 § 1, n. 1); 2° quod Promotori Iustitiae Tribunalis primi gradus ius non est appellandi a sententia in gradu appellationis lata, sed hoc ius privative spectat Promotori qui huic alteri iudicio interfuit (Can. 1879, 1897 n. 1): die 19 Decembris Ponens decrevit appellationem interpositam a Promotore Iustitiae Trib. Mediolanensis adversus sententiam Trib. Papiensis, utpote illegitimam, recipi non posse.

XX. NOVARIEN. - *Restitutionis in integrum* coram R. P. D. Parrillo.

Cum nullus actus processionalis per biennium positus fuerit, Ponens ad normam Can. 1736, die 30 Decembris, declaravit instantiam esse peremptam.

Ex Cancellaria S. R. Rotae, 26 Ianuarii 1928.

L. © S.

Sac. Tancredes Tani, *Notarius.*

# III

## *Citationes edictales*

I

### VLADISLAVIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (SWIECINSKI-GRUDZINSKA)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Mariae Grudzinska in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum in sede Tribunalis S. E. Rotae (Roma, Via della Dataria, 94) die 28 Februarii 1928, hora xi, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis per causae definitione:

*An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictae Mariae Grudzinska curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

I. Grazioli, *Ponens.*

**L. © S.**

Ex Cancellaria S. R. Rotae, die 18 Ianuarii 1928.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Marie Grudzinska défenderesse en cette cause, Nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), 28 Février Ì928, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

*Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce cas'**

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Marie Grudzinska devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

# II

## KAÜNEN.

### NULLITATIS MATRIMONII (VAITCJSKAITÉ-VELT)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Iacobi Richard Veit, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 10 Martii 1928, hora 12, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

*An constet de nullitate matrimonii in easu.*

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Iacobi Rieh ardi Veit curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. £g S. • < F. Guglielmi, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 20 Ianuarii 1928.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Jacques Richard. Veit, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), 10 Mars 1928 à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

*Con$te-t~il de la nullité du mariage dans ee cas* ***f***

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Jacques Richard Veit devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

# ACTA OFFICIORUM
ACTA OFFICIORUM

## PONTIFICIA COMMISSIO
## AD CODTCTS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

### RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, respondendum mandarunt ut infra ad singula:

#### I. - DE CONFESSIONE RELIGIOSARUM

D. I. Utrum confessio religiosarum peracta extra loca, de quibus in canone 522 et in responso diei 4 Novembris 1920, sit tantum illicita, an etiam invalida.

II. An verbum *adeat* canonis 522 sit ita intelligendum ut confessarius advocari nequeat per ipsam religiosam ad loca confessionibus mulierum vel religiosarum legitime destinata.

R. Ad I. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

Ad II. *Negative.*

#### II. - DE ABSOLUTIONE IN PERICULO MORTIS

D. An absolutio in periculo mortis secundum canonem 882 limitetur ad forum internum, an extendatur etiam ad forum externum.

R. *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad secundam.

#### III. - DE DISPENSATIONIBUS MATRIMONIALIBUS

D. An verba *pro casibus occultis* canonis 1045 § 3 intelligenda sint tantum de impedimentis matrimonialibus natura sua et facto occultis, an etiam natura sua publicis et facto occultis.

R. *Negative* ad primam partem, *affirmative* ad secundam.

#### IV. - DE SUBDELEGATIONE ASSISTENDI MATRIMONIIS

D. I. An vicarius cooperator, qui ad normam canonis 1096 § 1 a parocho vel loci Ordinario generalem obtinuit delegationem assistendi matrimoniis, alium determinatum sacerdotem subdelegare possit ad assistendum matrimonio determinato.

II. An parochus vel loci Ordinarius, qui ad normam canonis 1096 § 1 sacerdotem determinatum delegaverit ad assistendum matrimonio determinato, possit ei etiam licentiam dare subdelegandi alium sacerdotem determinatum ad assistendum eidem matrimonio.

E. *Affirmative* ad utrumque.

Eomae, die 28 mensis Decembris 1927.

P. Card. GASPAKRI, *Praeses.*

**L. j$j S.**

Ioseph Bruno, *Secretarius.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì, 12 Gennaio 1928, la Santità di Nostro Signore ricevette in Udienza solenne Sua Maestà A**mantjllah**, Re dell'Afghanistan.

## SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 17 Gennaio 1928, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Emi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Ven. Serva di Dio Maria Crocifissa di Rosa, Fondatrice delle Ancelle della Carità, in diocesi di Brescia.

Martedì, 24 Gennaio 1928, presso l'Emo e Emo Signor Cardinale Antonio Vico, Ponente della causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Giovanni Bosco, Sacerdote, Fondatore della Pia Società Salesiana e dell'Istituto delle Figlie di Maria Ausiliatrice, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria,* per discutere il dubbio sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del medesimo Venerabile, i quali vengono proposti per la sua beatificazione.

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*13 Gennaio 1928.* L'Emo Signor Cardinale Enrico Lépicier, *Membro della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi.*

» » » Il Revmo Sig. Carlo Fontaine, della Congregazione della Missione, *Consultore del medesimo sacro Dicastero.*

*20* » » Il Revmo Monsig. Francesco Morano, *Consultore della Sacra Congregazione del Concilio.*

# MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

## NOMINE

Con Biglietti di S. E. Bma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:*

*23 Novembre 1927.* Monsig. Andrea Kuczka, dell'archidiocesi di Bucarest.
*5 Dicembre* » Monsig. Domenico R. Garcia, dell'archidiocesi di Santa Fe.
*4 Gennaio 1928.* Monsig. Giovanni Babbi (Geziret).
*16* » » Monsig. Luigi Traglia (Roma).
*18* » » Monsig. Andrea Wagner, dell'archidiocesi di Praga.
» v» » Monsig. Antonio Polz, della medesima archidiocesi.

*Camerieri d'onore in abito paonazzo di 8. S.:*

*16 Dicembre 1927.* Monsig. Amedeo Ponz y Martínez, dell'archid, di Varsavia.
*14 Gennaio 1928.* Monsig. Giovanni Zender, dell'archidiocesi di Colonia.
*18* » » Monsig. Bonaventura Vidalli, della diocesi di Concordia.
*24* » » Monsig. Paolo Mazzeo, della diocesi di Bovino.

*Cameriere d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerario di 8, S.:*

*19 Gennaio 1928.* Il sig, Taddeo Stark, della diocesi di Katowice.

*Cappellano d'Onore* extra urbem *di S. S.:*

*15 Gennaio 1928.* Monsig. Carlo Colucci, dell'archidiocesi di Sorrento.

# NECROLOGIO

*7 Luglio 1927.* Monsig. Lorenzo Stefano M. Monnier, Vescovo di Troyes.
*70* » » Monsig. Giovanni Plaza y Garcia, Vescovo di Santander.
*10 Settembre 1927.* Monsig. Agostino Marre, Arciv. tit. di Melitene.
*21* » » Monsig Giacomo Klunder, Vesc. tit. di Selimbria.
*8 Ottobre* » Monsig. Pietro Giacomo Muldoon, Vescovo di Rockford.
*30* » » Monsig. Giuseppe Freri, Arciv. tit. di Costanza.
*24 Dicembre* » Monsig. Becharah Chemali, Arciv. maronita di Damasco.
*SI* » » Monsig. Antonio Alvaro Ballano, Vescovo di Zamora.
*2 Gennaio 1928.* Monsig. Giorgio Koletsi, Vescovo tit. di Sappa
*13* » » Monsig. "Carlo Falcini, Vescovo di S. Miniato
*15* » » Monsig. Giuseppe Medardo Kohl, Vescovo tit. di Samosata.

Annus XX - Vol. XX 1 Martii 1928 Num. 3

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

## COMMENTARIUM OFFICIALE

### MODUS VIVENDI

INTER

### SANCTAM SEDEM ET REMPUBLICAM CECOSLOVACHUM

I. - Le Saint-Siège et le Gouvernement Tchécoslovaque sont d'accord sur le principe qu'aucune partie de la République Tchécoslovaque ne dépende d'un Ordinaire dont le siège se trouverait hors des frontières de l'Etat tchécoslovaque, de même qu'aucun diocèse de Tchécoslovaquie ne s'étende au delà des frontières du pays. Le Saint-Siège et le Gouvernement Tchécoslovaque se mettront d'accord au sujet de la nouvelle délimitation et de la dotation des diocèses. Pour préparer cet accord deux Commissions, indépendantes l'une de l'autre, seront organisées dans le délai de deux mois: la première formée par le Saint-Siège et composée de délégués de tous les diocèses intéressés, sous la présidence du représentant du Saint-Siège à Prague; la seconde formée par le Gouvernement Tchécoslovaque et composée de représentants des diocèses intéressés et d'experts.

II. - L'administration des immeubles et des biens mobiliers ecclésiastiques en Tchécoslovaquie, qui sont actuellement conservés sous sequestre, est provisoire, jusqu'à l'accord mentionné dans l'article précédent et est confiée à une commission sous la présidence de l'Episcopat de la région intéressée.

III. - Les Ordres et les Congrégations religieuses, dont les maisons se trouvent en Tchécoslovaquie, ne dépendront pas des supérieurs des maisons provinciales des mêmes Ordres et Congrégations à l'étranger. Si la création d'une province en Tchécoslovaquie est impossible, les dites maisons religieuses tchécoslovaques seront directement soumises à la maison generalice.

Les supérieurs provinciaux et les chefs des maisons religieuses dépendantes directement de la maison generalice, seront sujets tchécoslovaques.

IV. - Le Saint-Siège avant de procéder à la nomination des Archevêques et des Evêques diocésains[1], des Coadjuteurs *cum iure successionis* ainsi que de l'Ordinaire de l'armée, communiquera au Gouvernement Tchécoslovaque le nom du candidat pour s'assurer que le Gouvernement n'a pas des raisons de caractère politique à soulever contre ce choix. Les Prélats susmentionnés seront sujets tchécoslovaques.

On entend par objections de caractère politique toutes les objections que le Gouvernement serait à même de motiver par des raisons qui ont trait à la sécurité de l'Etat, par exemple que le candidat choisi se soit rendu coupable d'une activité politique irrédentiste, séparatiste ou bien dirigée contre la Constitution ou contre l'ordre publique du pays.

Le nom du candidat, indiqué par le Saint-Siège au Gouvernement ainsi que les pourparlers relatifs, resteront secrets.

Les dispositions au sujet de l'Ordinaire de l'armée n'entrent en vigueur, qu'au cas où le système du soin religieux exempt des soldats soit maintenu. Dans ce cas on tiendra compte, en outre, des objections de caractère politique, aussi de celles ayant trait à la position du candidat dans l'armée.

•V. - Les dignitaires mentionnés dans l'article précédent, après la nomination du Saint-Siège, avant d'assumer leurs fonctions, prêteront le serment de fidélité à l'Etat Tchécoslovaque par la formule suivante: «Iuro et promitto sicuti decet Episcopum, fidelitatem Eeipublicae Cecoslovachae necnon nihil me facturum quod sit contra salutem, securitatem, integritatem Eeipublicae ».

VI. -^Le Gouvernement aura soin de conformer — dans le plus bref délai — les dispositions légales en vigueur au présent *modus vivendi.*[1]

[1] *Huiusmodi* Modus vivendi *die 2 Februarii proxime elapsi vigere incepit, quo die Emus Cardinalis a Secretis Status respondens Administro ab Exteris Negotiis Eeipublicae Cecoslovachae, communicanti cum Sancta Sede adprobationem Gubernii, certiorem hunc-faciebat etiam ab Augusto Pontifice eundem* Modum vivendi *adprobatum fuisse.*

# ACTA PII PP. XI

## LITTERAE APOSTOLICAE

### I

DISTRACTO TERRITORIO E VICARIATIBUS DE OUAGADOUGOU ET DE BAMAKO ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE BOBO-DIOULASSO IN AFRICA SEPTENTRIONALI.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Expedit, et Romanorum Pontificum Decessorum Nostrorum usu institutoque receptum est, ut in illis christiani orbis regionibus, in quibus christiana res feliciter adolevit, aucto pastorum numero, christiani gregis bono satius provideatur. Iamvero cum dilectus filius Paulus Voillard, moderator generalis Societatis Missionariorum Africae, a Nobis nuperrime postulaverit, ut, inspecta magna amplitudine vicariatuum apostolicorum de Ouagadougou et de Bamako in Africa Septentrionali, curis commissorum Patrum Societatis ipsius, tam ab uno quam ab altero vicariatu pars territorii distraheretur, ex qua independens Missio constitueretur: Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attente perpensis, quo catholicae Fidei incrementum apud illos ethnicos, in quibus magna spes conversionem affulget, validius obtineatur, supernominati moderatoris generalis precibus ultro libenterque concedendum existimavimus. Quae cum ita sint, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium tenore, ex vicariatibus apostolicis sive de Ouagadougou, sive de Bamako, partem territorii subtrahimus, ex qua parte a dictis vicariatibus sic per Nos separata sive dismembrata, novam effingimus apostolicam praefecturam, cuius limites sequentes esse volumus: Ad occidentem, flumen *Bagoe* incipiendo a limite coloniae gallicae Litteris Eburnei ad confluentem usque huius flunxinis cum flumine *Bani.* Ad septentrionem flumen *Bani* usque ad limitem provinciarum *San* et *Tougan* infra civitatem dictam *Bienne,* quae ad vicariatum apostolicum de Bamako perget pertinere: deinde limes septentrionalis provinciae *San* et limes inter colonias gallicas Sudan et Voltae superioris. Ad orientem, limites orientales vice-provinciae *Tougan,* deinde flumen Volta Nigra. Ad meridiem, limes septentrionalis coloniae gallicae Litteris Eburnei. Huic

novae praefecturae apostolicae, supradictis limitibus definitae, nomen facimus de *Bobo-Dioulasso,* eandemque pariter apostolica Nostra auctoritate Patrum Societatis Missionariorum Africae curis committimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super bis, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Decembris, anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPAREM, *a Secretis Status.*

## II

ABOLITO MAGNO MAGISTERIO ORDINIS EQUESTRIS S. SEPULCHRI, OPUS A PRAESERVATIONE FIDEI IN LOCIS SANCTIS ATQUE ORDO EQUESTRIS S. SEPULCHRI UNIUNTUR SUB UNICO REGIMINE PATRIARCHAE HIEROSOLYMITANI PRO TEMPORE RECTORIS ATQUE ADMINISTRATORIS PERPETUI EIUSDEM ORDINIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Decessores Nostri Eomani Pontifices, pro eo quo tenetur Apostolica Sedes sanctissimo officio regnum Iesu Christi amplificandi, magnopere fovere debitisque laudibus honestare numquam destiterunt quaecumque ad tuendam propagandamque catholicam Fidem pertinerent. In hoc genere Nobis compertum est iam plures annos institutum esse Opus, cui praeest venerabilis frater Hierosolymitanus Patriarcha, a Praeservatione Catholicae Fidei in Locis Sanctis nuncupatum, quod quidem multis modis catholicae religionis incremento ac tuitioni studet, et provehendis scholis, et utilibus scriptis in vulgus edendis, et coetibus circulisque habendis vel opportunae eruditionis vel honestae recreationis caussa; de quo Nos Opere augendo multorum postulationibus et votis, quae non semel Nobis adhibita sunt, concedere tempus esse ducimus. Equidem novimus in ipsius Operis a Praeservatione Fidei in Palaestina progressus sollerter incumbere Equités^ Ordinis Equestris Sancti Sepulchri, quem Decessor Noster rec. mem. Pius Papa IX, anno MDCCCLXVHI, Litteris Apostolicis sub anulo Piscatoris die xxrv Ianuarii datis, ad temporum mores accommodatum, sub regimine atque administratione Hierosolymitani Patriarchae

constituit, cum iam Litterarum Apostolicarum tenore *Nulla celebrior* sub die xxm Iulii anno MDCCCXLVII, atque Instructionis vi a S. Congregatione de Propaganda Fide die x Decembris, eodem anno, datae, Patriarcha memoratus pro tempore Equités Sancti Sepulchri instituendi iure polieret, quo iure Custodes Terrae Sanctae e Familia Minorum Observantium Sancti Francisci Asisiatis ante Patriarchalem Sedem Hierosolymitanam restitutam fruebantur. Eo quidem tempore Equités Sancti Sepulchri, iam antiquitate commendati, unius gradus erant; at, Litteris praefatis anni MDCCCLXVIII, eosdem Pius Papa IX in tres classes divisit more ceterorum Equestrium Ordinum, ita ut in posterum Ordo etiam Equester S. Sepulchri tribus omnino constaret « distinctis Equitum gradibus, nempe Equitum primae « classis seu a Magna Cruce, Equitum secundae classis seu Commendatorum, « et Equitum tertiae classis, qui omnes insigne quod proprium est Ordinis, « distincta ratione pro suo quisque gradu praeferre » deberent. Postea autem Pius Papa X, anno MDCCCCVII, die III Maii, Litteris suis sub anulo concessit ut Equitibus secundae Classis seu Commendatoribus, secundum peculiaria promerita, alii nomismate honestati adderentur; Equités vero omnes novo. Sodalitatis militari trophaeo, iuxta schema approbatum, simulque Cruce, quae quidem, ex vetere more delineata, a Pio Pp. IX statuta erat uti Ordinis insigne, decorari possent. Haec graduum distinctio Equitum Ordinis Eques tris memorati atque haec insignia hisce etiam temporibus retinenda sunt, cum admodum apta videantur ad illos, iuxta rationem eorundem meritorum, remunerandus, qui operam suam conferant ad promovendum sanctum frugiferumque Opus a Praeservatione Fidei in Locis Sanctis, quod supra dilaudavimus. Quod sane propositum, tantopere commendandum, ut facilius liceat assequi, volumus ut deinceps Ordo Equester Sancti Sepulchri et praedictum Opus Praesentationis Fidei in Locis Sanctis inter se coalescant, et quasi unum corpus seu institutum efficiant, ab uno eodemque Patriarcha Hierosolymitano gubernandum. Quare, Magno Ordinis Magisterio, quod Decessor Noster Pius Pp. X Litteris *Quam multa* constituit atque « uni Pontificis Summi personae » reservavit, exstincto seu penitus abolito, decernimus ac statuimus ut iam nunc, in posterum, non obstantibus Litteris Apostolicis supra memoratis, quas pro hac parte nullius roboris declaramus, Equester Ordo Sancti Sepulchri, sub benigna protectione Apostolicae Sedis, ab auctoritate tantum pendeat Patriarchae Hierosolymitani Latini pro tempore, qui proinde, qua ipsius Equestris Ordinis S. Sepulchri Rector atque Administrator perpetuus, tum plenum ac proprium regiminis ius habebit, tum instituendi novos Equités facultate in posterum gaudebit. Dum autem praecipimus ut in reliquis adamussim serventur quae tum Litteris Apostolicis *Cum multa*

Pii Pp. IX, quae tamquam verum hodierni Equestris Ordinis S. Sepulchri fundamentum haberi debent, tuni Litteris *Quam multa,* Pii Pp. X, statuta sunt - dummodo praesentium Litterarum tenori non contradicant - et ceteris quibuslibet Litteris Apostolicis, quae praeteritis temporibus Equestris praefati Ordinis favore datae sint, vi omni destitutis; vehementer optamus ut posthac dilaudata duo Instituta, Opus scilicet a Praeservatione Fidei in Palaestina et Ordo Equester S. Sepulchri, sic ad unum corpus redacta et sub directa administratione ac regimine Patriarchae Hierosolymitani posita, sollerter ac naviter in Dominico agro excolendo élaborent, uberrimosque salutis fructus assequantur. Interea, hanc benignitatis Nostrae significationem tum Operis a Praeservatione Fidei in Locis Sanctis tum Equestris S. Sepulchri Ordinis, quem sub benevola protectione Apostolica continenter esse volumus, utilitati atque emolumento fore sperantes, coetuum memoratorum sociis omnibus atque ipsi in primis moderatori, caelestium munerum auspicem, benedictionem apostolicam in Domino peramanter impertimus.

Contrariis non obstantibus quibuslibet, haec mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere illisque ad quos spectant seu spectare poterint nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Ianuarii anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

»

# EPISTOLAE

## I

AD EGREGIUM VIRUM GUILELMUM KAISER, DOCTOREM, CETEROSQUE DE CONSILIO VIRIS CONVENTUI CATHOLICORUM EX GERMANIA UNIVERSA TREMONIAE APPARANDO.

O PIUS PP. XI

Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum experiundo iam compertum sit quantum conferant fidelium coetus ad Ecclesiae Sanctae utilitatem, idcirco non sine magna delectatione animi a vobis acce-

pimus Conventum catholicorum LXVI ex Germania universa, favente quidem sollerti Paderbornensi Episcopo, Tremoniae propediem actum iri; in ista scilicet industria Westfaliae urbe quae postremis hisce annis, sive civium numero sive multiplici operum fervore valde sane succrevit. Profecto istic etiam — ut ceterum ubique gentium — misera omnino dudum fuit condicio rerum; iamvero tam alacriter actuoseque elaborarunt Tremonienses catholici ut, pontificiis normis obsequentes, documento illi praesertim sapientissimo *Berum novarum* inscripto, tenuioris populi necessitatibus omne genus opportune subvenirent. Cuius rei testes, praeter valetudinaria et hospitales domus senibus recipiundis puerisque orbatis parentibus alendis, paroeciae sane multae sunt recens conditae; quae omnia cum ad dolorem egestatemque levandam tum ad fovendam pietatem non parum contulerunt hucusque et conferunt. Huc accedit quod sacerdotes isti, exemplum imitati pientissimi illius Moguntini Episcopi Gulielmi de Ketteler, varias easque egregias consociationes iam pridem constituere, eo consilio ut una cum fidelibus omnis ordinis et avitam religionem strenue tuerentur et varia caritatis opera sedulo proveherent. Itaque futurum spes est ut novus iste Conventus insignis admodum evadat non modo ob catholicorum frequentiam sed etiam ob magni momenti negotia quibus erit communiter consulendum. Siquidem nemo ignorat qua morum pravitate errorumque colluvie laboret humana societas: quamobrem id potissimum urgendum, ut boni omnes, foederatis viribus, ut ipsi iam diu instituistis, et mentes veritatis lumine collustrent et animos, praesertim adulescentium, christiana sapientia imbuant ac virtute corroborent. Aggrediamoli igitur rem tam frugiferam una cum sodalibus qui istuc e Germania tota conventuri sunt, ac pergite sacra Ecclesiae huiusque Apostolicae Sedis iura eo studio coniunctim tueri, quo utramque semper prosecuti estis. Nos vero cum vos tum vestros in apparando congressu adiutores debita laude honestantes, opportuna Dei auxilia omnibus imploramus ut res in magnam cedat istius populi utilitatem. Quorum caelestium munerum auspex itemque paternae benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam vobis, dilecti filii, iisque omnibus qui conventui intererunt effuso animo impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xxvm mensis Augusti anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. XI

## II

AD EMUM P. D. GUSTAVUM, TIT. S. MARCI, S. R. E. PRESB. CARD. PIFFL, ARCHIEPISCOPUM VINDOBONENSEM, ET RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPUM SALISBURGENSEM CETEROSQUE AUSTRIAE EPISCOPOS: LITTERIS RESPONDET DE COMMUNI CONVENTU DATIS.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Paterno sane animo libenterque oculos ad vos vertimus qui Yindobonae iam coituri estis quo utilius dioecesium vestrarum necessitatibus, communiter deliberando, consulatis. Imprimisque magnam vobis meritamque laudem tribuimus quod in calamitatibus gravibusque in angustiis omne genus praeclaro quidem pastoralis sollicitudinis et caritatis studio gregi vestro opitulati estis, eiusque fidem contra instituti cuiusvis religiosi civilis eversores strenue tueri contendistis. Itemque piis illis ex utroque clero hominibus valde Nos gratulamur qui, boni pastoris partes obeuntes, sedulam vobis actuosamque operam navarunt. Verum quantopere est insuper elaborandum ut non modo christiana pietas bonique mores ubique vigeant ac floreant, sed etiam ut mala atque damna sanentur quae a quibusdam odii doctrinarumque f aliaeni in satoribus patrata sunt! Nimium autem quantum alicubi, in urbe praesertim Eeipublicae capite, factiones nonnullae dominantur, a quibus iniuste sane impeditur quominus Dei Ecclesia iis fruatur beneficiis quae ipsimet Eeipublicae moderatores, quos inter Urbanus Antistes eminet virtute usuque rerum praecellens, pro religiosa iuvenum institutione, pro patriae prosperitate et pace sapienter deerevere. Instandum est igitur ut iuvenes in scholis publicis christiana doctrina imbuantur atque ad christianos mores rite informentur; siquidem dum iuvenilis aetas tanta errorum colluvie vitiorumque coeno circumvenitur, plurimum sane cum Ecclesiae tum Eeipublicae interest ut ipsa in spem melioris aevi succrescat. - Atque opportune, dilecte fili Noster et venerabiles fratres, in conventu vestro, collatis consiliis, proponetis qua ratione et via agendum sit lit fideles omnes, accuratius per consociationes varias foederati, quasi sacrum confertumque agmen, ductu quidem Episcoporum, ad optabilia ccöpta in qualibet catholicae actionis parte assequenda procedant. Iamvero ne vos praetereat quantam, hac maxime aetate, in bonum in malum sint nactae vim ephemerides adsimilesque in vulgus editae scriptiones. Quoniam autem ad pravas opiniones disseminandas mo-

resque corrumpendos eis mali homines abutuntur, vestrarum esse partium existimetis eisdem uti ad populi vestri salutem; fit enim per bonas ephemerides et alia huiusmodi scripta ut, pedetentim disiectis erroribus, erigantur animo catholici ad iustitiam fidemque aperte profitendam. - Illud denique, in quo curas vestras versari cupimus, hoc est ut christianae vitae usum in populo exeitetis, eum praesertim hortando ut diem festum sanctificet: *beatus est* enim *populus cuius Dominus Deus eius.* Fidenter, dilecte fili Noster et venerabiles fratres, proposita haec sancta urgete; etenim Studium, quo vos enitetis, in id conferet ut plenius feliciterque Christi regnum in terris stabiliatur. Nos autem divitem in misericordia Deum precantes ut vobis vestrisque, qui in acie versamini, opportuna auxilia praebeat, in horum auspicium itemque in paternae benevolentiae Nostrae testimonium, vobis, dilecte fili Noster et venerabiles fratres, singulisque gregibus unicuique vestrum commissis, apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x mensis Novembris anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. XI

## III

AD EMUM P. D. IOANNEM BAPTISTAM, TIT. SANCTAE MARIAE TRANSPONTINAE, S. R. E. PRESB. CARD. NASALLI ROCCA, ARCHIEPISCOPUM BONONIENSEM: QUEM LEGATUM MITTIT FORUM LIVII AD SOLEMNIA SACRA ICONIS B. M. V. « AB IGNE ».

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quam praecellenti semper impensoque cultu Virginem Matrem Sanctissimam, ob eius beneficia fidelibus opportune allata, Italorum gens venerari consueverit, aperte sane testatur historia; nec est autem qui ignoret passim per Italiae regiones caelestem Reginam tamquam suae gratiae thronum collocavisse, ut dixeris nullam ibidem esse urbem oppidumve ubi Marialis aedes proprio quidem decorata titulo desideretur. Ita Foroliviensis civitas de mira illa Mariae imagine gloriatur, quae ob eam rem *ab Igne* est appellata quod, cum domus tota, in qua sita erat, flammis incensa esset, ipsa tantum, quamvis in charta per xylographiam depicta, incolumis evasisse traditur. Laeto igitur animo nunc comperimus sollemnia sacra stu-

diose in Foro Livii iam apparari, quinto exeunte saeculo ex quo mirum factum evenit. Qua in commemoratione non exiguam profecto pietatem perspicere licet quam a maioribus acceptam Foroliviensis cives habent erga augustam illam Imaginem, quamque post tantas temporum rerumque vicissitudines, veluti patrimonium sanctum, integram servant. Nos autem, quibus nihil suavius est quam religionem fovere erga Virginem benignissimam, libenter Foroliviensium votis favemus, Pontificium scilicet Legatum illuc mittendo, qui celebrationis illius splendorem exaugeat. Quapropter te, dilecte fili Noster, hisce Litteris ehgimus qui, Nostram personam gerens, nomine et auctoritate Nostra caeremoniis sacris praesideas, non dubitantes quin digne id munus obiturus sis. Ac futurum confidimus ut. Foroliviensis populus, qui animo tam praeclaro ingenioque nitet, cotidie magis, caelesti auspice Patrona, in fide illa proficiat quae nullo non tempore apud ipsum religiosae et civilis prosperitatis causa fuit et altrix. Interea, quo uberior fiat animarum fructus, 'facultatem tibi damus ut, benedictionem adstantibus nomine Nostro largiaris, plenam eisdem admissorum veniam proponens, statutis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Caelestium autem conciliatrix donorum apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, sollerti Foroliviensi Episcopo, gregibusque utrique vestrum commissis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxi mensis Ianuarii anno MBCCCCXXvin, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. XI

# ACTA SS. CONGREGATIONUM

## SUPREMA SACEA CONGREGATIO S- OFFICII

i

DE COMPETENTIA IN CAUSIS MATRIMONIALIBUS

DUBIA

Propositis Supremae huic Sacrae Congregationi Sancti Officii sequentibus dubiis:

I. Utrum in causis matrimonialibus *acatholicus,* sive baptizatus sive non baptizatus, *actoris* partes agere possit.

II. Utrum in quibuslibet causis matrimonialibus inter partem catholicam et partem acatholicam, sive baptizatam sive non baptizatam, quocumque modo ad Sanctam Sedem delatis, Suprema Sacra Congregatio Sancti Officii exclusivam habeat competentiam.

*Feria IV, die 18 Ianuarii 1928*

Emi ac Revmi Dñi Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, praehabito RR. DI). Consultorum voto, respondendum decreverunt:

- Ad I: *Negative,* seu standum Codici I. C, praesertim can. 87. Siquidem autem speciales occurrant rationes ad admittendos acatholicos ut *actores* in huiusmodi causis, recurrendum ad Supremam Sacram Congregationem Sancti Officii in singulis casibus.

Ad II: *Affirmative,* habita praesertim ratione can. 247 § 3, et salvo praescripto can. 1557 § 1, I°.

Et feria V, die 26 eiusdem mensis et anni Ssmus D. E". D. Pius divina Providentia Pp. XI in audientia R. P. D. Assessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicari mandavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 27 Ianuarii 1928.

Aloisius Castellano, *Supremae S. G. Saneti Officii Notarius.*

II

## DECRETUM

DAMNATUR OPUS CUI TITULUS «LE "DANGER,, DE L'ACTION FRANÇAISE» .

In GeneraK Congregatione Sancti Officii, habita Feria IV, die 1 Februarii 1928, Emi ac Rmi Dñi Cardinales rebus fidei et morum tutandis praepositi, cum compertum habuerint librum recentissimum, cui titulus :

PAUL COURCOURAL, *Le. « Danger » de V Action Française.* En réponse à Monsieur Maritain. - Editions Rupella, Charles Millón, La Rochelle 1928

propugnare ideas ac res iam proscriptas, decreverunt ad hunc librum extendi iam latam condemnationem eumdemque in Indicem librorum prohibitorum esse inserendum.

Et insequenti feria V, die 2 Februarii 1928, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Papa XI, in audientia R. P. D. Assessori Sancti Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 3 Februarii 1928.

Aloisius Castellano, *Supremae S. G. Sancti Officii Notarius.*

# SACKA **CONGREGATIO** CONSISTORIALIS

i

## PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Xoster Pius divina Providentia Pp. XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

*23 Decembris 1927.* — Cathedrali Ecclesiae Aprutinae praefecit R. P. D. Antonium Micozzi, hactenus Episcopum titularem Caesareae Philippi.

*27 Ianuarii 1928^* — Cathedrali Ecclesiae Tuguegaraonensi, R. P. D. Constantium Jürgens, e Congregatione Cordis Immaculati B. M. V., de Scheut.

— Titulari episcopali Ecclesiae Constantiensi in Arabia, R. P. D. Gregorium Diamare, Abbatem *nullius* Montis Casini et Praelatum Athinesem.

*29 Ianuarii.* — Metropolitanae Ecclesiae Ottawiensi, E. P. *D.* Ioan-, nem Porbes, hactenus Episcopum Joliettensem.

*1 Februarii.* — Cathedrali Ecclesiae Sancti Germani de Eimouski, E, D. Georgium Çourchesne, canonicum honorarium cathedralis ecclesiae Mcoletanae.

*10 Februarii.* — Cathedrali Ecclesiae Bockfordiensi, E. P. D. Eduardum Hoban, hactenus Episcopum titularem Coloniensem.

— Cathedrali Ecclesiae Winonensi, E. P. D. Franciscum Kelly, hactenus Episcopum titularem Mylasensem.

*15 Februarii.* — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Tarsensi, E. D. Petrum Ciriaci, Antistitem Urbanum, Subsecretarium Sacrae Congregationis pro Negotiis Ecclesiasticis Extraordinariis, deputatum Nuntium Apostolicum in Öechoslovachia.

*16 Februarii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Selymbrianae, E. P. Salvium Huix Miralpeix, Praepositum Oratorii Vicensis, deputatum administratorem Apostolicum Ibusensem.

*18 Februarii.* — Titulari Episcopali Ecclesiae Hipponensium Diarritorum, E. P. Stephanum Fourcadier, Societatis Iesu, deputatum Vicarium ' Apostolicum de Tananarive.

— Titulari episcopali Ecclesiae Maximianensi, E. P. Gustavum Deswazières, e Societate Parisiensi Missionum ad exteras gentes, deputatum Vicarium Apostolicum de Pakhoi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Mylasensi, E. D. Laurentium Balconi, e Pontificio Instituto a Ss. App. Petro et Paulo et a Ss. Ambrosio et Carolo pro Missionibus ad exteras gentes, deputatum Vicarium Apostolicum de Hanchungfu.

— Titulari episcopali Ecclesiae Samosatensi, E. P, Valentinum Herrgott, e Societate Parisiensi Missionum ad exteras gentes, deputatum coadiutorem cum iure futurae successionis, E. P. D. Ioannis Bouchut, Vicarii Apostolici de Phnom Penh.

*27 Februarii.* — Ecclesiae cathedrali Tridentinae, E. D. Attilium Adinolfi, Antistitem Urbanum et Archipresbyterum ecclesiae cathedralis Albanensis.

## II

### DESIGNATIONES ORDINARIORUM PRO APPELLATIONE IN SECUNDO GRADU

E. P. D. loachim Domingues De Oliveira, Archiepiscopus Florianopolitanus, iuxta can. 1594 § 2 Codicis iuris canonici, designavit pro appellatione in secundo gradu Ordinarium S. Sebastiani Fluminis Ianuarii;

R. P. D. Sanctinus Maria Dg, Silva Coutinho, Archiepiscopus Maeejensis, designavit Ordinarium Olindensem et Recifensem;

E. P. D. Helvetius Gomes De Oliveira, Archiepiscopus Mariannensis. designavit Ordinarium de Pouso Alegre;

E. P. D. Augustus Alvaro Da Silva, Archiepiscopus S. Salvatoris in Brasilia, designavit Ordinarium Ilheosensem;

E. P. D. Valentinus Zubizarreta et TJnamunsaga, Archiepiscopus S. Iacobi de Cuba, designavit Ordinarium Camagueyensem.

Quas designationes Ssmus Dominus Noster rescripto S. C. Consistorialis diei 17 Ianuarii 1928 adprobare dignatus est.

Item E. P. D. Emmanuel Da Silva Gomes, Archiepiscopus Fortalexiensis, designavit pro appellatione in secundo gradu Ordinarium Cratensem.

Quam designationem Ssmus Dominus Noster rescripto Sacrae Congregationis Consistorialis diei 24 Ianuarii 1928 adprobare dignatus est.

# SACRA CONGREGATIO

# PE© ECCLESIA ORIENTALI

## PEOVÏSIO ECCLESIAE

Ssmus Dnus Noster Pius Divina Providentia Pp. XI, decreto Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, diei 31 mensis Ianuam anno 1928, Cathedrali Ecclesiae Aleppensi Armenorum praefecit E. D. Georgium Kurdighian.

# SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

## I

## MONTIS REGALIS IN PEDEMONTE

UTRUM PERAGI SACRAMENTALIS CONFESSIO POSSIT ET S. COMMUNIO SUSCIPI A FIDELIBUS, QUOTIES EUCHARISTIA INFIRMIS ADMINISTRETUR.

Ab Episcopo Montis Regalis in Pedemonte, fuerunt huic Sacrae Congregationi proposita pro eorum solutione sequentia dubia:

« I. An fideles in montanis pagis habitantes, quoties ad infirmos Sacra Eucharistia deferatur, possint Sacra Synaxi refici in loco sacro, vel etiam, cum agatur de re tam sacra, in loco decenti et honesto qui in itinere exstet, non valentes ea die ecclesiam petere?

« II. Num S. Communio et Confessionis Sacramentum administrari possint iis, qui in domo infirmi versantur?

« III. An administrari debeant in enunciatis circumstantiis iis qui aetate sunt provecti vel morbo laborant? »

Emi ac Rmi Patres Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, exquisito duorum Consultorum voto, in plenariis comitiis diei 22 Iulii 1927, re mature perpensa, respondendum censuerunt:

Ad I^um^: «*Affirmative*, ad normam can. 869, iuncto canone 822 § 4, seu dummodo Ordinarius loci id concedat ad normam cit. praescriptionis, scilicet pro singulis casibus et per modum actus ».

Ad II^um^ et III^um^: « Quoad Communionem, provisum in primo; quoad Confessionem, *Affirmative*, servatis servandis ad normam cann. 910 §§ 1,2, et 909 §§ 1, 2 ».

Pacta vero, die 29 Iulii insequenti, de his Omnibus relatione Ssmo Dno Nostro Pio Papae XI, Sanctitas Sua resolutionem Emorum Patrum adprobare dignata est.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 5 Ianuarii 3928.

£g M. CARD. LEGA, Episc. Tusculan., *Praefectus.*

L. £8 S.

D. Jorio, *Secretarius.*

## ADNOTATIONES

Agebatur hac in quaestione de montanis paroeciis dioecesis Montis Regalis, in quibus pagi yel domus in agro disseminatae, procul a paroeciali ecclesia distant. Accidit vero quandoque ut parochus sacrum Viaticum aut Communionem ad infirmos in alpinis montibus degentes deferat.

Quid si bene valentes vel debiles, impediti quominus illo die ad ecclesiam accedant, in aliquo oratorio, vel, eo deficiente, in honesto decentique loco Communionem suscipere et confessionem peragere cupiant?

Nullum adest dubium pio horum desiderio satisfieri posse, si parocho iter agenti, ut Viaticum vel sacram Communionem ad infirmos deferat, aliquod oratorium occurrat, in quo Missa litari valeat: nam ad normam can. 869 ibi Communio sumi potest ubi Missa celebrari licet.

Difficultas adesse potest si, deficiente oratorio, illam sibi ministrari quis postulet in loco non sacro, etsi honesto et decenti, qualis esset, e. g., conclave alicuius domus instar oratorii decenter ornatum; vel quod ornari possit si venia fiat ibi Missam litandi. Iamvero pio eiusmodi fidelium desiderio consulit can. 822 § 4. Ibi enim edicitur: « Loci Ordinarius aut, si « agatur de domo religionis exemptae, Superior maior, licentiam celebrandi «extra ecclesiam et oratorium super petram sacram et decenti loco, « numquam autem in cubiculo, concedere potest iusta tantum ac rationa- « bili de causa, in aliquo extraordinario casu et per modum actus ». Quare si in dictis paroeciarum Montis Regalis circumstantiis aut similibus, loci Ordinarius sub clausulis in citato canone contentis licentiam celebrandi Missam in aliquo conclavi concedere possit, et se concedere velle significet, quamvis de facto Missae celebratio ob sacerdotis defectum non sequatur, ibidem sacram Communionem distribui licitum erit.

Verum aliquando evenire potest ut parochus, urgente praefata necessitate, et fidelium instante desiderio, loci Ordinarium in eiusmodi adiunctis adire haud queat. Huic profecto incommodo visum est remedium afferre ordinarium can. 199, § 1, quo statuitur: «Qui iurisdictionis potestatem « habet ordinariam, potest eam alteri ex toto vel ex parte delegare, nisi « aliud expresse iure caveatur». Ergo cum in casu delegatio non prohibeatur, et agatur de ordinaria potestate, utpote quae Ordinarii ipsius officio a iure adnectitur, loci ordinarius eamdem facultatem parochis sub iisdem conditionibus delegare valebit.

Porro pro rei gravitate et ob arctos hmites quibus eadem potestas vallatur, hanc Ordinarius delegare non debet nisi delegatus ea praestet prudentia, ut delegata potestate non esse abusurum praevideri liceat.

Praeterea in delegationis actu probe explicari debet in quo consistat *iusta et rationabilis causa,;* quinam habendus sit *casus extraordinarius;* et quomodo concessio facta in certo casu non valeat pro alio casu, eisdem quoque concurrentibus circumstantiis, sed concessio expresse renovanda erit.

In can. 822 § 4 autem non esse electam industriam personae seu, non prohiberi delegationem, prouti in citato can. 199 § 2, patet, quia potestas non conceditur personae Episcopi sed Ordinario loci, unde non prohibetur delegatio quae non indulgetur v. g. in can. 1983, ubi ab ipso Episcopo emittendum est votum in causis matrimonii rati et non consummati.

D. Jorio, *Secretarius.*

## II

## EOMANA. ET ALIARUM

### COMMUNIONIS INFIRMORUM

In plenariis Comitiis Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum habitis die 16 Decembris 1927 in Palatio Apostolico Vaticano, proposito dubio: «An iudex causae iustae et rationabilis, prout ex Codicis iuris canonici canone 847 requiritur, ut Sacra Communio privatim ad infirmos deferatur, sit quilibet sacerdos ministrans vel tantum Ordinarius loci », Emi ac Rmi Patres, re mature perpensa, respondendum censuerunt: « *Negative* ad primam partem; *Affirmative* ad secundam » addita tamen *mente* quae sequens est: « Si ex communi experientia et opinione nullum in dioecesi aut in aliquo particulari loco adsit inconveniens pro privata delatione Sacrae Communionis ad infirmos, ab Ordinariis cavendum est ne per regulas nimis praefinitas aut generales praecipientes publicam delationem, vel per reservationem sibi factam dandi veniam in singulis casibus deferendi privatim Sacramentum Eucharistiae, praepediatur infirmis solatium Communionis etiam quotidianae ».

Quam responsionem Ssmus Dominus .Noster Pius Pp. XI, in audientia diei 19 Decembris 1927, audita relatione ab infrascripto Secretario eiusdem Sacrae Congregationis facta, ratam habere et adprobare benigne dignatus est.

Datum Romae, ex Secretaria Sacrae Congregationis de Disciplina Sacramentorum, die 5 Ianuarii 1928.

£g M. CARD. LEGA, Episc. Tusculan., *Praefectus.*

L. © S.

D. Jorio, *Seeretanus.*

## ADNOTATIONES

Quo plenius lata decisio nosci ac intelligi possit, praestat breviter recolere quae apud H. S. C. disputata sunt in praevio examine quoad praxim deferendi, bis nostris temporibus, sacram Communionem ad infirmos. Ea siquidem varia est secundum locorum et personarum circumstantias. In Hispania, e. g., fere ubique sacra Communio ad infirmos, esto pietatis causa, publice semper defertur, quod non evenit in quibusdam aliis nationibus, praesertim si agatur de magnis urbibus, uti heic Eomaé.

Codex iuris canonici, regulam statuens generalem, in can. 847 edixit: « Ad infirmos publice sacra Communio deferatur, nisi iusta et rationabilis «causa aliud suadeat». Eiusmodi lex de publice deferenda ad infirmos sacra Communione clara est; et ratio decidendi evidens, et fidelibus omnibus probata. Attamen iustae et rationabiles causae, eodem perpenso canone, aliquando suadere possunt, ut eadem sacra Communio privatim deferatur. Quinam vero earumdem causarum iudex? Loci Ordinarius vel quilibet sacerdos'?

De his profecto ferendi iudicium quidam theologi et iurisperiti cuilibet sacerdoti facultatem tribuerunt, innixi potissimum can. 849 § 1, edicenti: « Communionem privatim ad infirmos quilibet sacerdos deferre potest, « de venia saltem praesumpta sacerdotis, cui custodia sanctissimi Sacra« menti commissa est ».

Horum doctorum sententiam evulgarunt quaedam ecclesiasticae ephemerides, praesertim in locis Hispaniarum; propter quod nonnulli Ordinarii Hispani, putantes fuisse laesum suum ius, recursum ad S. Sedem habuerunt.

Haec Sacra Congregatio, praevio opportuno Rmorum Consultorum voto, quaestionem EE. PP. iudicio in plenariis Comitiis diei 16 Decembris 1927 subiecit, qui, re mature perpensa, responsum ut supra dederunt.

Eiusmodi responsum esse conforme legislatoris menti, non solum ex multis incommodis quae sequerentur, si res arbitrio singulorum sacerdotum, saepe indole ingenioque discrepantium, relinqueretur, verum etiam ex ipsis canonis 847 fontibus manifesto eruitur. Et re quidem vera, inter ea quae in adnotationibus relato canoni additis sub n. 3 adducuntur, adest etiam responsum aliu^ab hac Sacra Congregatione in plenariis Comitiis diei 20 Decembris 1912 datum. Haec erat quaestio: « An *Ordinarii* per« mittere possint ut mala affectis valetudine, qui domo egredi nequeant, «et sacram Communionem ob devotionem petant, quum praesertim « in aliqua paroecia plures petant, vel aliquis petat frequenter, sacra

« Eucharistia privatim seu non servatis praescriptionibus, ab Ecclesia « domum deferatur ». Et responsum fuit: « *Affirmative* ex iusta et rationa-« bili causa, servato saltem ritu proposito a Benedicto XIY in Decreto «.*Inter omnigenas,* 2 Febr. 1744, § 23, scilicet: Sacerdos stolam semper « habeat propriis coopertam vestibus; in saeculo seu bursa pyxidem recon-« dat, quam per funículos collo appensam in sinu reponat; et numquam «solus procedat, sed uno saltem fideli, in defectu clerici, associetur».

Nunc- eiusmodi Ordinariorum ius, authentice a Sacra Congregatione recognitum, neque expresse, uti clare patet, neque tacite per canonem 849, qui specie tenus Ordinariorum iuri contrarius videtur, a Codice revocatum fuisse dicendum est. Hic enim canon sarta tectaque sacri principatus iura supponit.

Unde si locorum Ordinarii, accedentibus iustis et rationabilibus causis^ sive ordinis generalis sive ordinis particularis, in universa, vel in aliqua dioecesis parte diiudicaverint locum esse exceptioni in citato éanone contentae, cessat ius parochi a canone 848 § 1 statutum, et ius oboritur cuiuslibet sacerdotis, ad normam can. 849 § 1.

Circa mentem ab Emis ac Emis PP. responso adiectam, ea clara et gravis est. Quare Emi locorum Ordinarii, prae oculis habitis iustis et rationabilibus causis a servanda lege excusantibus, tum pro casibus generalibus, ob iniuriam temporum, tum pro particularibus, atque his praesertim quae in plenariis Comitiis diei 20 Decembris 1912 rationes decidendi fuerunt, quaeque supra relatae sunt, sedulo advigilare debent ne in re tanti momenti finis ab Ecclesia intentus utcumque frustretur. Neminem enim latet, his nostris temporibus, sacram Communionem etiam quotidianam christifidelibus summopere commendari. Iamvero, quis magis quam infirmus, ad ferendas morbi angustias, auxilio solatioque tanti Sacramenti indigere dicendus erit?

Quamobrem Emi locorum Ordinarii, prudentia et caritate quibus pollent, reverentiam sanctissimo Eucharistiae Sacramento debitam cum infirmorum, praesertim pauperum, necessitatibus, duce aequitate, rite componant.

D. Jorio, *Secretarius.*

# SACRA CONGREGATIO CONCILII

## BLESEN.

### MISSAE PRO POPULO

*12 Novembris 1927*

QUAESTIO. - Quandoquidem in Codice iuris canonici, can. 466 § 2 perspicue statuitur: «Parochus qui, praeter propriam paroeciam aliam vel alias in administrationem habeat, unam tantum debeat Missam pro populis sibi commissis, diebus praescriptis applicare » — quae benignior dispositio non omnino congruit veteri iuri (S. CC., in Lucen., 26 Febr., 12 Mart. 1774), — cumque « diebus praescriptis » accenseatur profecto festum Patroni loci, ut confirmavit catalogus auctoritate S. H. C, 28 Decembris 1919 denuo promulgata, quaestio orta est, num eadem benignior dispositio can. 466 § 2 valeat necne de festis Patronorum quos singulae paroeciae in administrationem ab eodem parocho habitae, diversis sane diebus celebrent: ita quidem ut parochus in festo Patroni suae paroeciae Missam universim pro ovibus sibi concreditis applicans, nulla alia obligatione applicandi gravetur in. festis Patronorum alterius vel aliarum paroeciarum quarum regimen gerat. Ad quaestionem hanc rite solvendam, E. P. D. Episcopus Blesensis opportunas preces Sacro huic Consilio exhibuit, in quo, praehabitis Consultorum votis, concinnatum et disceptatum fuit sequens dubium: « Utrum parochus, qui, praeter propriam paroeciam, alteram aut plures alias in administrationem habeat, teneatur Missam applicare pro populo tantum die festo suae paroeciae, an etiam in festis patronorum alterius vel ceterarum? »

ANIMADVERSIONES. - 1. Neminem latet parochum teneri Sacrum pro populo applicare omnibus dominicis aliisque festis de praecepto, etiam suppressis, ad normam can. 466. Sane per Codicem nihil in hac re a disciplina hucusque vigente immutatum est, ut perspicue patet ex verbis can. 339 § 1; idque expresse, confirmavit Pontificia Commissio ad Codicis canones authentice Interpretandos, die 17 Febr. 1918, ad II.

2. Catalogus autem festorum in quibus urget obligatio Missae; pro populo applicandae exhibetur ab Urbano VIII Const. *Universa* 13 Septembris 1642, addito postea a Clemente XI, Const. *Commissi Nobis* 6 De-

cembris 1708, festo Imm. Concept. B. M. V. Haec vero Sacra Congregatio die 28 Decembris 1919 publici iuris denuo fecit ad hunc effectum indicem festorum in universa Ecclesia suppressorum {*A. A. 8.,* XII, p. 42).

Inter praefatos dies recensetur quoque dies festus « *Patroni* regni seu status, et *Patroni,* sive dioecesis sive civitatis vel oppidi seu loci ». At nullatenus confundendus est *Titularis* ecclesiae cum *Patrono* proprie dicto. Onus Missae pro populo applicandae eatenus urget, quatenus agatur de *Patrono proprie sumpto* riteque delecto ad normam Decreti Urbani VIII diei 23 Mart. 1630. Nam S. Congregatio Bituum, in Briocen., 9 Maii 1857, rescribendum censuit: « Patronus loci proprie is est, quem certa civitas, dioecesis, provincia, regnum, etc., sibi delegit velut singularem ad Deum patronum; servatis in eiusmodi electione regulis in Decreto s. m. Urbani VIII diei 23 Martii 1630 statutis» {*Decreta auth.,* n. 3048).

3. Duplici ratione quis paroeciae regimini praefici potest: *qua parochus proprie dictus* et *qua oeconomus* vel *vicarius actualis* (cfr. can. 451, 471, 472, 473). Ille in titulum paroeciam obtinet, hic in administrationem tantum. Unde can. 451 § 1 ait: « Parochus est sacerdos vel persona moralis cui paroecia collata est *in titulum* cum cura animarum sub Ordinarii loci auctoritate exercenda ».

Porro qui paroeciam in administrationem, recipit, eadem iura easdemque obligationes habet, quae parocho proprie dicto competunt. Nam ex can. 451 § 2 « parochis aequiparantur *cum omnibus iuribus et obligationibus paroecialibus* et *parochorum nomine* in iure veniunt: I° Quasi-parochi, qui quasi-paroecias regunt, de quibus in can. 216 § 3; 2° Vicarii paroeciales, si plena potestate paroeciali sint praediti ». Quae disciplina etiam ante Codicem vigebat. Cfr. Bened. XIV, Epist. Encycl. *Cum semper oblatas,* 19 Aug. 1744.

Igitur qui paroeciam in administrationem obtinet, ut vicarius oeconomus vel actualis seu vicarius paroecialis qui plena potestate paroeciali gaudet, *omnes obligationes implere tenetur,* quibus parochus proprie dictus obstringitur, atque ideo Missam quoque pro populo applicare debet ad normam can. 466.

4. Parochus duas vel tres paroecias eodem tempore regere potest, aliam in titulum obtentam, aliam aut alias in administrationem. Iuxta veterem disciplinam, tot Missas pro populo applicare tenebatur iste parochus, quot erant paroeciae ipsi in titulum vel administrationem collatae. Unde Leo XIII in Litteris Apostolicis *In suprema,* 10 Iun. 1882, ait: «Novimus quidem Bomanas Congregationes Nostras aliud decrevisse de parochis duas vel plures parochiales ecclesias aeque principaliter unitas gerentibus: in quibus *singulis singulae per dies /f estos Missae celebrentur et pro populo*

*applicentur necesse est* ». Cf. etiam S. C. C. in Cameracen. 25 sept. 1858; S. C. de Propag. Fide, 17 Febr. 1792.

Quae disciplina hodie immutata est, quia ex praescripto can. 466 § 2: « parochus qui plures forte paroecias aeque principaliter unitas regat, aut, praeter propriam paroeciam, aliam vel alias in administrationem habeat, unam tantum debet Missam pro populis sibi commissis diebus praescriptis applicare ». Haec verba, ut palam est, non sunt eo sensu intelligenda, quod parochus onere Sacri faciendi pro populo iam non teneatur quoad paroeciam in administrationem obtentam, sed eo dumtaxat sensu accipienda sunt, quod ipse *una Missa,* aliter ac antea, « diebus praescriptis » i. e. diebus dominicis et festis de praecepto etiam suppressis, satisfaciat praedicto oneri *tum* quoad paroeciam propriam *tujn* quoad paroecias in administrationem susceptas: « pro *populis* commissis ».

5. Obligatio Sacri pro populo faciendi non solum est *realis, personalis* et *localis,'* verum etiam *affixa diei determinatae,* ut passim docent Auctores. Card. Gasparri ait: « Obligatio applicandi Missam pro populo adeo adnexa est diei ut nequeat in alia die, loco diei praescriptae, adimpleri; non obstante contraria consuetudine » *(Tractatus canonicus de Ssma Eucharistia,* I, n. 521); et recentiores docent: « Onus Missae pro populo est... *affixum diei determinatae,* quatenus Missa celebrari debet ipsis diebus dominicis aliisque festis de praecepto, etiam suppressis, non autem aliis diebus » (Cappello, *Tractatus canonico-moralis de Sacramentis,* I, nn. 250, 252). Lehmkuhl: « Obligatio est realis, personalis, localis, *pro ipsis diebus,* seu obligatio est ut Missa celebretur... *ipso die assignato* » *(Theol, mor.,* II, n. 263). Cfr. Bened. XIV, *De sacros. Missae sacrificio,* lib. Ilij cap. 9, n. 9 s., S. C. C, in Melevitana, 9 April. 1892; S. E. C. in Fesulana, 26 Ian. 1771; in Portugallen., 30 Maii 1867.

Codex nullam in hac re mutationem induxit, imo veterem disciplinam diserte confirmavit. Iubet enim Sacrum pro populo fieri, non diebus quibuslibet arbitrio ipsius sacerdotis designandis, sed « *dominicis aliisque festis diebus de praecepto,* etiam suppressis » (can. 339 § 1), nimirum « *diebus praescriptis* » (can. 466 § 2), et non aliis. Addit nonnisi ex Ordinarii loci permissione, iusta de causa, fas esse, ut « parochus Missam pro populo *alia die* applicet ab ea qua iure adstringitur » (can. 466 § 3).

6. Quare, ad propositi dubii solutionem quod attinet, si Patroni *eadem die* recolendi occurrant, *vel* quatenus unus atque idem sit Sanctus legitime qua Patronus^ad normam Decreti Urbani VIII designatus, *vel* quatenus Sancti designati qua Patroni sint quidem plures et distincti, at ex legibus liturgicis eorumdem festum *eadem die* celebretur: tunc parochus, *unam* Missam tantum pro populis sibi commissis applicare

tenetur, uti ex. gr. si dies festus de praecepto incidat in diem dominicam (can. 339 § 2).

Dum, contra, si *distincti* sint dies in quibus occurrant festa Patronorum recolenda, procul dubio parochus, qui praeter propriam paroeciam aliam aut alias in administrationem habet, suae obligationi per unam tantum Missam nequaquam satisfacit, cum in casu praescriptum can. 466 § 2 non applicetur; idcirco ipsis diebus assignatis, in quibus recolenda occurrunt festa eorumdem Patronorum, tenetur parochus Sacrum pro populo applicare. Agitur sane, ut supra dictum est, de onere *affioco diei determinatae.*

RESOLUTIO. — Porro in plenariis Sacrae Congregationis Concilii comitiis habitis die 12 Novembris 1927 in Palatio Apostolico Vaticano, Emi Patres proposito suprascripto dubio responderi mandarunt:

« *Negative* ad primam partem; *affirmative* ad alteram ».

Pacta autem de praemissis Ssmo Dno Nostro Pio div. Prov. Pp. XI relatione per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium, Sanctissimus in audientia diei 20 eiusdem mensis et anni, datam resolutionem approbavit et confirmavit.

f Iulius, Episc. Lampsacen., *Secretarius.*

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## I

## AKTCIEK".

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DEI FRATRIS BENILDIS, E CONGREGATIONE SCHOLARUM CHRISTIANARUM.

SUPER DUBIO

*An constet de Virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum ac proximum; nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?*

Timorem Domini, qui initium sapientiae est, materno cum laete ebibit Ven. Dei Famulus frater Benildes, quippe a prima aetate ad obitum usque •divinae legi addictus fuit, et nihil egit quod a religionis studio videretur

aKenum. Humili in loco natus, mtra Claromontensis dioeceseos fines, ex parentibus non divitiis sed christianis virtutibus praeditis, eorum praeceptis adhaesit tanto animi candore, ut qualis futurus esset puer haud obscure ex prima eiusdem aetate perspici posset. Docilis, pius, obsequens, rerumque divinarum studiosus scholas frequentare coepit, ingeniique sui tarditatem diligentia et constantia devicit suosque coaevos in proficiendo superavit. Saepe paterni gregis custodiam suscipere non erubuit, sed in agrorum solitudine sacros legere libros et caelestia contemplari maxime delectabatur. Vix decennis, quum Fratres ex Scholis Christianis per vias Claromontensis civitatis incedentes et Mariale Rosarium devote recitantes conspexisset, tanta percitus est admiratione, ut ad idem amplectendum vitae institutum se pertrahi experiretur. Re sedulo expensa coram Deo, mentem suam parentibus candide aperuit, iisdemque auctoribus ad vicinum pagum Rigodunum, ubi ipsi Fratres scholas habebant, profectus est. In sancto proposito obfirmatus, inter tyrones cooptari enixe postulavit; quod paullo deinceps assecutus est, atque in civitate Claromontènsi tyrocinium inivit; quo laudabiliter expleto, ad religiosa vota nuncupanda est admissus, ac subinde ad pueritiae erudiendae munus obeundum variis in locis missus, eoque naviter ac utiliter ubicumque est functus. Huiusmodi munus tamquam divinitus sibi creditum habebat, tantaque religione illud implere nitebatur, ut omnium sibi animos devinciret. At ubi laudes amplissimas sibi comparavit, in oppido *ßalgujo* est consecutus, quo missus et unum ac viginti annos moratus fuit, videlicet usque ad postremum vitae diem, alumnis puerisque excolendis ac erudiendis omnino addictus. Arduum sane opus susceperat, quo et magistri comparandi erant, et alumnorum mores expoliendi ac eruditionis et religionis praeceptis imbuendi. Isti numero frequentissimo confluebant, iidemque erant ex omni aetate, vel viginti quatuor annorum; ex omni indole mobiles, acres, fervidi, quavis disciplina destituti, plerique exleges, cuiusque magisterii ac freni impatientes. Ipse vero Dei Servus plane intelligens praeclare de re tum sacra tum civili promereri illos omnes^ qui iuvenibus ad pietatem et urbanitatem dirigendis studia sua curaeque totas convertunt, vitam laborosiorem alacritate maxima inivit, quam abiectorum puerorum contumax et agreste ingenium numquam retardare valuit.-

Inter haec alumnos suos docet verbo et exemplo; pueros omni caritate complectitur, errantes monet, tepescentes obsecrat, peccantes increpat, adhibita interdum ferula, quemadmodum eius loci ac aetatis usus ferebat. In hac vero inferenda poena, ipse signo crucis se muniebat, et omnes qui aderant ad recte agendum hortabatur. Christianarum omnium virtutum ornamento praeditus eos fructus ex ministerio est brevi assecutus, quibus

copiosores vix desiderari potuissent. Namque volupe videre erat, pueros contumaces, agrestes, nulla religiosa aut urbana institutione cicuratos, otio vitiisque per compita deditos, iam templa celebrare, sacrisque adstantes et vultus totiusque corporis compositione, quae religionem cordibus alte insitam ostenderet, et in admirationem raperet conspicientes. Iucundum erat eosdem cernere ad caelestem Dapem tanto animi fervore accedere, ut vel ipse Servus Dei ad gratias agendas et usque ad fundendas lacrymas moveretur. Omnes cuiusvis ordinis cives hoc adeo benefico viro-Eruebantur, laudesque de eiusdem zelo augebantur in dies, quum eiusdem valetudo in grave discrimen est adducta. Non pavit ille, sed christianae religionis cunctis solatiis refectus adventahtem mortem placidissime oppetiit. Tum luculentius patuit, qua ipse in veneratione esset penes cunctos cives, qui eum omnibus prosequi obsequiis sponte studuerunt.

Nonnullos, post annos de Caelitum honoribus eidem Servo Dei asserendis desiderium exarsit, conditisque Ordinaria auctoritate inquisitionibus, ipsiusque scriptis rite expensis et probatis, die 21 Aprilis anno millesimo nongentesimo tertio de Causa introducenda disceptatum est feliciter, signataque fuit Commissio, quae introductionis Causae nuncupari solet. Ceteris iudicialibus quaestionibus absolutis, confectisque Apostolicis processibus, quorum forma uti legitima rite recteque agnita et declarata fuit, Congregatio Antepraeparatoria super virtutibus in specie est habita die 10 mensis Iulii anno millesimo nongentesimo decimo octavo in aedibus felicis recordationis Card. Dominici Ferrata, Causae relatoris. Labente anno millesimo nongentesimo vicesimo secundo in Vaticana Congregationum aula Coetus praeparatorius coactus est; novissime vero, die nempe vicesima nona mensis Novembris anni nuper elapsi de eiusdem Servi Dei virtutibus disceptatio est instaurata in Conventu generali coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, omnesque qui interfuere quum Reverendissimi Patres Cardinales, tum huius Sacrae Rituum Congregationis Patres Consultores ex ordine suffragia ediderant, atque unanimi assensione Dubium propositum a Reverendissimo Card. Antonio Vico, Causae Ponente, propitio dirimendum duxerunt. Beatissimus vero Pater, negotii gravitate perpensa^ suam sententiam in aliud tempus differendam censuit hortatusque est adstantes ut precibus uberius caeleste lumen impetrarent.

Quum vero hisce diebus, in quibus apparuit gratia Dei Salvatoris omnibus hominibus, sententiam suam edicere statuisset, hodiernam laetissimam diem, qua tres Sapientes Deum puerum, stélla duce, adoratum perrexerunt, selegit; atque sacris devotissime operatus, accersiri iussit Reverendissimum Card. Antonium Vico, Episcopum Portuensem et S. Rufinae, Sacrae Rituum Congregationi Praefectum, causaeque Relatorem, una simul cum R. P. Ca-

rolo Salotti, Fidei Promotore generali, meque infrascripto a secretis. Quibus praesentibus, Pontificio solio assidens, solemni decreto sanxit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum ac proximum, necnon de, cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, Ven. Servi Dei patris Benildis, ex Congregatione Scholarum Christianarum, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Rituum Com gregationis referri mandavit, octavo idus Ianuarii, anno millesimo nongentesimo vicesimo octavo.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
*S. B. C. Praefectus.*

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

# II

## DUBIA

### CIRCA ORATIONEM SSMI SACRAMENTI IN MISSA DÍCENDAM

Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione proposita fuerunt, nimirum:

I. « An Oratio Ssmi Sacramenti, extra tempus Orationis XL Horarum dicenda sit in qualibet Missa quae celebratur ad altare, ubi Ssmum Sacramentum statim post Missam exponatur pro publica causa, dummodo Missa vel Commemoratio in Missa occurrens non sit de identico Domini Mysterio?

II. « An praefata Oratio in eadem Missa, etiam occurrentibus Pestis solemnioribus universalis Ecclesiae, recitanda sit semper sub altera conclusione, post Orationes a Rubricis praescriptas et ante Collectas a loci Ordinario imperatas?

III. « An extra tempus Orationis XL Horarum, perdurante per aliquod tempus extra aliam sacram functionem expositione et adoratione Ssmi Sacramenti'pro publica causa in omnibus Missis tam cantatis quam lectis addi debeat Oratio Ssmi Sacramenti^ etiam occurrentibus Festis solemnioribus universalis Ecclesiae, dummodo Missa vel commemoratio in Missa occurrens non sit de identico Domini Mysterio, et exceptis Missis quae in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum celebrentur? »

Et Sacra Rituum Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis ita rescribendum censuit:

« Affirmative in omnibus, ad mentem Decreti *Romana* seu *Instructio* circa Missas in Oratione HL Horarum celebrandas, diei 27 Aprilis 1927; sed si Oratio Ssmi Sacramenti teneat locum Missae votivae impeditae de Ssmo Sacramento ex Apostolico Indulto concessae vel a loci Ordinario pro re gravi et publica simul, causa praescriptae, dicatur sub unica conclusione cum prima Oratione Missae».

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas Sua resolutionem et mentem eiusdem Sacrae Congregationis ratam habuit, probavit, et servari mandavit. Die 11 Ianuarii 1928.

£B A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
*8. R. C. Praefectus.*

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SACRA CONGREGAZIONE BEI RITI

Martedì, 31 Gennaio 1928, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi l'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa di beatificazione e canonizzazione della Ven. Serva di Dio Elisabetta Canori-Mora, Madre di Famiglia, Romana, del terzo Ordine della Ssma Trinità degli Scalzi.

Martedì, 14 Febbraio 1928, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Rmi Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Ven. Serva di Dio Paola Frassinetti, Fondatrice dell'Istituto delle Suore di S. Dorotea.

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*10 Febbraio 1928.* L'Emo Signor Cardinale Carlo Perosi, *Pro-Segretario della Sacra Congregazione Concistoriale.*

» » » Il Revmo P. Domenico Chauvin, O. P., *Consultore della Sacra Congregazione dei Riti.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*10 Dicembre 1J927.* L'Emo Signor Cardinale Luigi Capotosti, *Protettore della Ven. Arciconfratemita del Ssmo Sacramento e dei SS. Celso e Giuliano in Roma.*

*30* » » L'Emo Signor Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore dell'Ordine dei Minori.*

*7 Gennaio 1928.* L'Emo Signor Cardinale Aurelio Galli, *Protettore delle Suore Francescane della Famiglia di Maria del Terz'Ordine di San Francesco* (Leopoli).

*Assistente al /Soglio Pontificio:*

*18 Agosto 1926.* Monsig. Elvezio Gómez De Oiiveira, Arciv. di Marianna.

*Protonotari Apostolici* ad instar participantium:

*19 Settembre 1927.* Monsig. Francesco Urrejola, della diocesi di Santissima Concezione.
*22 Novembre* » Monsig. Eugenio Jomard, della diocesi di Rouen.
*17 Dicembre* » Monsig. Patrizio Verling, della diocesi di Perth.
*6 Gennaio 1928.* Monsig. Alfonso Gaudron, della diocesi di Chartres.

*Prelati Domestici di 8. 8.:*

*12 Luglio 1927.* Monsig. Augusto Ferreira dos Santos, dell'archidiocesi di Rio Janeiro.
*22 Novembre* » Monsig. Leone Imbert, dell'archidiocesi di Parigi.
*26* » » Monsig. Carmine Artaserse, della diocesi di Cotrone.
*16 Dicembre* » Monsig. Bernardo Fagan, dell'archidiocesi di Perth.
*20* » » Monsig. Pietro Coffano, della diocesi di Novara.
*28* » » Monsig. Timoteo Joyce, della diocesi di Clonfert.
» » » Monsig. Tommaso Langau, della diocesi di Ardagh.
» » » Monsig. Oscar Joliet, della diocesi di Gand.
*29* » » Monsig. Carlo Margotti, dell'archidiocesi di Bologna (Roma).
*3 Gennaio 1928.* Monsig. Vilfrido Lebon, dell'archidiocesi di Quebec.
» » » Monsig. Urbano Cruveiller, della diocesi di Mende.
» » » Monsig. Marcellino Aiglon, della medesima diocesi.
*4* » » Monsig. Pietro Ferrer Lutteras, della diocesi di Majorca.
*26* » » Monsig. Ettore Carretti, dell'archidiocesi di Bologna.

ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

*L'Ordine dello Speron d'oro:*

*12 Gennaio 1928.* A S. M. Amanullah, Re dell'Afganistan.

*La Gran Croce dell'Ordine Piano:*

*15 Dicembre 1927.* A S. E. Antonas Smetona, Presidente della Repubblica di Lituania.
*2 Gennaio 1928.* A S. E. Daniele Garcia Mansilla (Repubblica Argentina).

*La Commenda con Placca dell'Ordine Piano:*

*13 Gennaio 1923.* Al sig. Islambek (Afganistan).

*II Cavalierato dell'Ordine Piano :*

*9 Dicembre 1928.* Al sig. dott. Saverio Rodríguez Barros, dell'archidiocesi di Santiago del Chile.
» » » Al sig. Patrizio 'Irrarazaval, della medesima archidiocesi.

*La Gran Croce dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile :*

*12 Dicembre 1927.* Al sig. Alberto Gönzales Brrazuris, dell'archidiocesi di Santiago del Chile
*15 Dicembre 1927. A* S. E. il sig. Agostino .Voldemaras, Ministro degli Affari Esteri della Repubblica di Lituania.
» » » A S. E. il sig. Jurgis Saulis, Inviato straordinario e Ministro plenipotenziario della Lituania presso la Santa Sede.

*La Commenda con Placca dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile :*

*15s Dicembre 1927.* Al sig. don Silvio Cárdenas (Columbia).
*2 Gennaio 1928.* Al sig. Elia Yaldes Tagle, dell'archid. di Santiago del Chile.
*19* » » Al sig. Renato U. Levi (Roma).

*La Commenda dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile:*

*7 Novembre 1927.* Al sig. barone Guglielmo van Voorst tot Voorst (Olanda).
*2 Dicembre* » Al sig. Giuseppe de Oleza y de España, della diocesi di Majorca.
*4* » » Al sig. dott. Ludovico Mignault, dell'archid. di Montreal.
*6* » » Al sig. dott. Ugo Ibsher (Germania).
*14* » » Al sig. not. Osvaldo Bresson, della diocesi di Mende.
» » » Al sig. Bernardo De Ligonnes, della medesima diocesi.
» » » Al sig. dott. Ernesto De Framond, (Iella medesima diocesi.
» » » Al sig. Augusto Deleuze, della diocesi di Châlons-sur-Marne.
*19* » » Al sig. ing. Giacomo Marescalchi Belli (Roma).
*30* » » Al sig. cav. Emilio Lejeune, della diocesi di ÎTamur.
*3 Gennaio 1928.* Al sig. Giorgio Bellerive, dell'archidiocesi di Quebec.
*19* » » Al sig. arch. Roberto Consiglio (Roma).

*Il Cavalierato dell'Ordine di 8. Gregorio Magno, classe civile :*

*13 Settembre 1927.* Al sig. Giovanni Vaca, dell'archidiocesi di Olmütz.
» » » Al sig. arch. Giuseppe Brach, della medesima archidiocesi.
*1 Dicembre* » Al sig. not. Giuseppe Chiodi, della diocesi di Orte, Civitacastellana e Gallese.
» » » Al sig. Alessandro Camilli, della medesima diocesi.
*6* » » Al sig. Enrico Thouvard, della diocesi di Grenoble.

*6 Dicembre 1927.* Al sig. Pietro Boissier, della medesima diocesi.
» » ». Al sig. Luigi Bonnet-Eymard, della medesima diocesi.
*14* » » Al sig. avv. Enrico Mangin, della diocesi di Châlons-sur-Marne.
» » » Al sig. not. Renato Popelin, della medesima diocesi.
*15* » » Al sig. Alfonso M. van den Donk, della diocesi di Ruremonda.
*19* » » Al sig. avv. Enrico Küsters, della diocesi di Haarlem.
*20* » » Al sig. Pio P. Gk Ryffranck, della diocesi di Gand.
*21* » » Al sig. Pietro Grandj acquêt (Roma).
*30* » » Al sig. Edoardo de Pierpont, della diocesi di Namur.
» » » Al sig. Giorgio Everard, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Lodovico Delwart, della diocesi di Tournay.
*3 Gennaio 1928.* Al sig. Giorgio S. Vien, dell'archidiocesi di Quebec.
» » » Al sig. Filiberto Langlois, della medesima archidiocesi.
*4* » » Al sig. Luigi Pizzarro Espos, dell'archidiocesi di Santiago del Chile.
*7* » » Al sig. dott. Edoardo Vetzak, della diocesi di Szatmar.
» » » Al sig. Giuseppe Genetay, della diocesi di Saint-Brieuc.
» » » Al sig. Giovanni Maria Le Mée, della medesima diocesi.
*12* » » Al sig. Pietro Carello, dell'archidiocesi di Torino.
*14* » » Al sig. Lodovico Lepoutre, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Giuseppe Wibaux, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Carlo Toulemonde, della medesima diocesi.
» » » Al sig. prof. Claudio Nava, dell'archidiocesi di Modena.
*21* » » Al sig. Giovanni Blum, dell'archidiocesi di Colonia.
*24* » » Al sig. Giuseppe Boulangé, della diocesi di Arras.
» » Al sig. Domenico Père, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Giuseppe de la Porte, della medesima diocesi.
» » Al sig. Augusto Fremaux, della medesima diocesi.
» » Al sig. Pietro G. E. Truyen, della diocesi di Ruremonda.

*La Gran Croce dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*12 Dicembre 1927.* Al sig. Giovanni Enrico Concha Subercaseaux, dell'archidiocesi di Santiago del Chile.

*La Commenda con placca dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*15 Dicembre 1927.* Al sig. Stanislao Girdvainis (Lituania).
*20* » » Al sig. Giovanni Mayer, dell'archidiocesi di Olmütz.

*La Commenda dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*17 Novembre 1927.* Al sig. Emilio Ruecker (Polonia).
*20 Gennaio 1928.* Al sig. Carlo Vossen, dell'archidiocesi di Colonia.

*Il Cavalierato dell'Ordine di S. Silvestro Papa:*

*12 Settembre 1927.* Al sig. Leopoldo Bartos, delTarchidiocesi di Olmütz.
*30 Novembre* » Al sig. Francesco de Vecchis, dell'archidiocesi dell'Aquila.

## MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

### NOMINE

Con Biglietti di S. E. Ema Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

*Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:*

*14 Gennaio 1928.* Monsig. Francesco Schwerer, dell'archidiocesi di Colocza.
*4 Febbraio* » Monsig. Emanuele Mendes do Carmo, della dioc. di Guarda.
*8* » » Monsig. Nazareno Eanieri, dell'archidiocesi di Perugia.
*13* » » Monsig. Giovanni Neuhauser, della diocesi di Secovia.
» » » Monsig. Alessandro Eoccati, dell'archidiocesi di Torino.
*20* » » Monsig. Clemente Willging, della diocesi di Helena.

*Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :*

*23 Dicembre 1927.* Il sig. Giovanni Raskob, della diocesi di Wilmington.
*15 Febbraio 1928.* Il sig. Samuele Cambiaghi, dell'archidiocesi di Milano.

*Camerieri d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S. :*

*14 Febbraio 1928.* Il sig. Andrea Todini (Roma).
*15* » » Il sig. Edoardo de Weydt, dell'archidiocesi di Vienna.

*Cappellani Segreti d'onore di S. S.:*

*14 Gennaio 1928.* Monsig. Eugenio Böhm, dell'archidiocesi di Colocza.
*14 Febbraio* » Monsig. Luigi Bury, della diocesi di Agria.
» » » Monsig. Giuseppe Szentgyorgyi, della medesima diocesi.

## NECROLOGIO

*2 Gennaio 1^28.* Monsig. Bernardo Herrera Restrepo, Arcivescovo di Bogotá.
*2 Febbraio* » Monsig. Daniele Champavier, Vescovo di Marsiglia.
*4* » » Monsig. Arturo Marchi, Arcivescovo di Lucca.
» » » Monsig. Francesco do Eego Maja, Arcivescovo tit. di Nicopoli.
*7* » » Monsig. Guglielmo Keating, Vescovo di Liverpool.

Annus XX - Vol. XX 2 Aprilis 1928 Num. 4

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

## COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. XI

## LITTERAE APOSTOLICAE

I ' - ; ,

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE LINDI ERIGITUR IN ABBATIAM « NULLIUS » O. S. B. CONGREGATIONIS A S. OTTILIA.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Non sine magna animi Nostri laetitia comperimus in praefectura apostolica de Lindi in Africa Centrali, curis concredita Patrum Congregationis Benedictinae Sanctae Ottiliae, christianam rem magna, favente Deo, incrementa suscepisse. Quare cum dilectus filius Norbertus Wéber, archiabbas dictae Congregationis Benedictinae Sanctae Ottiliaè, Nos enixis precibus flagitaverit ut praefecturam eandem in abbatiam *nullius* dioecesis erigere dignemur: Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardmalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, quo Fidei christianae progressui praefato in territorio aptius provideatur, laudati archiabbatis votis ultro libenterque existimavimus adnuendum esse. Quae cum ita sint, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis, praefecturam apostolicam de Lindi in Africa Centrali, curis commissam Patrum Congregationis Benedictinae Sanctae Ottiliae, in abbatiam *nullius* dioecesis erigimus atque constituimus, cum omnibus iuribus, honoribus, indultis ac privilegiis et praerogativis, quae Benedictinis abbatiis *nullius* ^dioecesis de iure competunt..

Haec statuimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant sive spe-

ctare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Decembris anuo MDCCCCXXvn, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

II

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE BENADIR ERIGITUR IN VICARIATUM APOSTOLICUM A MOGADISCIO DENOMINANDUM.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Rei christianae incrementum in dissitis regionibus multo Nos replet gaudio, atque ex apostolico munere, quo fungimur divinitus, sollicito studio consulimus, ut in ipsis plagis ecclesiastica iurisdictio pro novensilium fidelium bono firmetur et constituatur. Iam vero cum praefectura apostolica de Benadir in Africa Orientali, curis Patrum Instituti Taurinensis B. Mariae Virginis a Consolata concredita, divina favente gratia, non parvos progressus Ultimis his annis habuerit, ut uberes salutis fructus in territorio de quo supra feliciter iam suscepti laetius augerentur, peropportunum visum est memoratam praefecturam in apostolicum vicariatum erigere. Collatis igitur consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium tenore, praefecturam apostolicam de Benadir in Africa Orientali in vicariatum apostolicum erigimus, eidemque novo vicariatui de *Mogadiscio* nomen facimus.

Haec statuimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse"ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Decembris anno Mpccccxxvn, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

# III

DISTE ACT O TERRITORIO E VICARIATIBUS APOSTOLICIS DE N ANYANG ET DE KAIFENG IN SINIS ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE SIN YANG-CHOW.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ex hac divi Petri Principis Apostolorum cathedra, quam divinitus obtinemus, tamquam e sublimi specula in omnes christiani orbis regiones, licet longo terrarum marisque spatio seiunctas, oculos mentis Xostrae convertimus, et quae ibidem rei sacrae procurationi melius gerendae faciant, atque in exploratam cedant Dominici gregis utilitatem, paterna sollicitudine auctoritate Xostra apostolica interposita, decernere maturamus. Iamvero cum venerabilis frater Flaminius B elotti, Episcopus -titularis Sufetulensis, et Vicarius Apostolicus de Xanyang in Sinis, instanter Xos flagitaverit ut, ob territorium latissime patens suae iurisdictioni subiectum et incolarum ibi commorantium multitudinem, suus de Xanyang vicariatus divideretur et ex hoc territorio sic diviso et separato, nova ad catholicam fidem provehendam conderetur praefectura apostolica, Missionalibus e Congregatione Verbi Divini committenda; cumque iisdem motus rationibus etiam venerabilis frater Xoe Taccone, Episcopus titularis Aradiensis et Vicarius Apostolicus de Kaifeng-fu, petierit ut duae subpraefecturae civiles ad suum vicariatum pertinentes, ab eodem seiunctae, novae coniungerentur mox instituendae praefecturae apostolicae; et venerabilis frater Celsus Costantini, Archiepiscopus titularis Theodosiopolitanus, Delegatus Noster Apostolicus in Sinis, suum addiderit gravissimum suffragium; Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris' Sanctae Romanae Ecclesiae, Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attente perpensis, praefatorum Praesulum precibus ac votis ultro libenterque concedendum esse existimavimus. Quae cum ita sint, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore haec quae sequuntur mandamus. Nimirum civiles subpraefecturas de *Sinyang, Loshang, Chengyang, Sintsai, Jiming, Sftangtsai, Kwangchow, Kwangshan, Shangeheng, KusMh, Sihsien,* necnon tres subpraefecturas de *Kioslian, Sui-ping* et *Siping* a vicariatu apostolico de Nanyang separamus, sive dismembramus; itemque seiungimus sive dismembramus a vicariatu apostolico de Kaif eng duas subpraefecturas civiles de *Siangcheng* et de *ShenMu.* Territorium autem totum hoc, sexdecim civiles subpraefecturas continens, sic

separatum sive dismembratimi a dictis duobus vicariatibus apostolicis, iu novam praefecturam apostolicam erigimus et constituimus, cui nomen facimus de *Sinyangchow,* et quam tradimus curis Missionalium Congregationis Verbi Divini de Steyl: quod bonum, felix, faustumque in Domino siet.

Haec statuimus edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si, quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xv mensis Decembris anno MDOOCOXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

# EPISTOLAE

## I

AD R. P. D. IGNATIUM VALDESPINO Y DIAZ, EPISCOPUM DE AGUASCALIENTES IN MEXICO; OB XXV EPISCOPATUS NATALEM.

PIUS PP. XI

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — Tristissimae sane Mexicanae Ecclesiae condiciones non modo prohibent quominus faustum laetumque eventum, episcopatus nempe tui natalem quintum ac vicesimum, ea qua par est sollemnitate, cum clero populoque tuo amantissimo concelebres, sed - quod est maxime lugendum - minime sinunt ut gregem tuum coram te, sicut iu aliis pastoralis vitae tuae memorandis diebus, frequentissimum hac occasione videas, eumque paterne admodum - ut solebas - alloquaris. Quantum exinde doloris boni omnes et Nosmet Ipsi potissimum rcapiamus ob illam, quam divinitus gerimus, sollicitudinem omnium Ecclesiarum, plane profecto intellegis. Dolemus equidem vehementer iniuriam tibi aliisque sacrorum Antistitibus inlatam; et preces supplicationesque Deo enixe adhibemus ut, Mexicanae Ecclesiae restituta pace, optatissimus ille dies tandem elucescat, quo filii illius regionis, Nobis sane carissimae, Pastores suos, iamdiu patriae finibus extorres, révisant eosque amplectantur.

Nolumus tamen recolenti tibi initi, viginti quinque ante annos, tui episcopatus memoriam, deesse peculiaris benevolentiae Nostrae testimonium. Quam ob rem libenter damus ut, plenam admissorum veniam, usitatis Ecclesiae condicionibus tu et grex tuus universus in eventu tam fausto lucrari valeatis. Interea in doloris, quo angeris, solacium, apostolicam benedictionem caelestium donorum conciliatricem, tibi, venerabilis frater, clero populoque tuo, effuso animo impertimus.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, die 1 mensis Octobris anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. XI

## II

AD R. D. NORBERTUM WEBER ARCHIABEATEM MODERATOREM GENERALEM CONGREGATIONIS OTTILIENSIS O. S. B., ANNO EXEUNTE XXV EX QUO REGIMEN GERIT.

PIUS PP. XI

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Desiderium Nos iam pridem tenebat benevolentiam tibi Nostram, ob praeclara tua merita testandi; quod libenti sane animo in praesens facimus, anno exeunte quinto et vicesimo ex quo ipse sapienter Congregationem istam moderari coepisti. Etenim probe novimus quo semper calueris apostolatus ardore in sacris promovendis missionibus quae, tamquam immensus laboris campus, Ottiliensis Familiae studio demandatae sunt. Itaque factum est ut feliciter quidem, te duce, eaedem missiones tam brevi tempore florescerent, cum stationum missionaliumque numero tum multiplici ipsorum actione; idque in difficultatibus omne genus, ut dixeris eo auctiora ipsa, Deo favente, incrementa cepisse quo asperiora fuere impedimenta. Iamvero mirum quantum in sanctis bis coeptis tua desudavit industria: non modo enim tuum esse duxisti singulas missionum stationes, in Africa, in Asia, in Philippinis Insulis recensque in America, praesentem invisere sed etiam,variis doctisque scriptis tam diserte praeconum fidei labores illustrasti, ut plurimorum civium studia ad christianum propagandum nomen excitares. Quamobrem valde equidem tibi, de catholica civilique re benemerenti gratulamur, teque debita honestamus laude; eo magis quod, ob alias tuas virtutes, magna apud omnes cuiusve ordinis cives opinione flores. Perge, dilecte fili, exemplo alumnis tuis praeire, atque efficere ut ipsi vestigia legiferi Patris perpetuo sequantur. Nos interea, quo augustior

itemque fructuosior fiat faustus eventus, .facultatem tibi damus ut, cum malueris, sollemnibus sacris operatus, benedictionem adstantibus nomine Nostro impertias, plenam eisdem admissorum veniam proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Ac caelestium auspex munerum Nostraeque voluntatis testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili, tuisque sodalibus amantissime in Domino largimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die **xx** mensis Ianuarii anno **MDOCCCXXViii,** Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. XI *y*

# ACTA SS. CONGREGATIONUM

## SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICII

i

### DUBIUM

DE REPRAESENTATIONE SPIRITUS SANCTI SUB FORMA HUMANA

Proposito Supremae huic Sacrae Congregationi Sancti Officii dubio:

« An repraesentari possit Spiritus Sanctus sub forma humana sive cum Patre et Filio sive seorsim »

*Feria IV, die U Martii 192.8*

Emi ac Rmi Dñi Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, respondendum decreverunt: *Negative.*

Et insequenti feria V, die 15 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. N. D. Pius divina Providentia Papa XI, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam Sibi Emorum Patrum responsionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex aedibus Sancti Officii, die 16 Martii 1928.

L. GB S. A. Castellano, *Supremae S. C. S. Officii Notarius.*

II

### , DECRETUM

DE CONSOCIATIONE VULGO « AMICI ISRAEL » ABOLENDA

Cum Supremae huius Sacrae Congregationis Sancti Officn iudicio subiecta sint natura et finis consociationis, cui nomen « Amici Israël » nec non libellus, qui *Pax super Israël* inscribitur, a moderatoribus consociationis idcirco editus et longe lateque diffusus ut eius indoles ac methodus publice innotescerent, Emi Patres, fidei et moribus tutandis praepositi, laudabile prae primis agnoverunt in ea propositum exhortandi christifideles ut Deum orent et adlaborent pro Israëlîtarum ad Regnum Christi conversione. Neque mirum si, hunc unice finem attendentes, ab initio consociationi illi non solum plures fideles atque sacerdotes, sed etiam non pauci Episcopi

et DD. Gardinales adhaeserunt. Ecclesia enim catholica pro populo iudaico, qui divinarum usque ad Iesum Christum promissionum depositarius fuit, non obstante subsequente eius obcaecatione, immo huius ipsius obcaecationis causa, semper orare consuevit. Qua caritate permota Apostolica Sedes eumdem populum contra iniustas vexationes protexit, et quemadmodum omnes invidias ac simultates inter populos reprobat, ita vel maxime damnat odium adversus populum olim a Deo electum, odium nempe illud, quod vulgo « antisemitismi » nomine nunc significari solet. Attamen, animadvertentes et considerantes consociationem «Amici Israel» deinde rationem agendi inivisse ac loquendi a sensu Ecclesiae, a mente SS. Patrum et ab ipsa sacra Liturgia abhorrentem, Emi Patres, praehabito EE. DD. Consultorum voto, in Congregatione plenaria Feria IV, 23 Martii 1928, habita, consociationem « Amici Israel » abolendam esse decreverunt et de facto abolitam declararunt, atque praeceperunt ne quis in posterum audeat libros seu libellos scribere vel edere, qui huiusmodi erroneis inceptis quomodocumque faveant.

Et insequenti Feria V, die 22 eiusdem mensis et anni, Ssmus D. S". D. Pius divina Providentia Pp. XI, in solita audientia E. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datum Eomae, ex aedibus Sancti Officii, die 25 Martii 1928.

L. £g S. A. Castellano, *Supremae S. C. S. Officii Notarius.*

# SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

## i

## NUORENSIS

### DECEETUM

Antiquam Galtellinensem dioecesim Apostolicis sub plumbo Litteris *Eam inter coeteras,* diei 21 Iulii 1779, Pius f. r. Pp. VI restituit, eidemque, simul cum aliis paroeciis, etiam Xorensem aggregavit, in qua sedem quoque episcopalem constituit, ita ut dioecesis ipsa *Galtellinensis-Norensis* deinceps appellata fuerit.

Cum vero in praesentiarum, a Ssmo D. N. Pio div. Prov. Pp. XI, congruis rationibus adductis, expostulatum fuerit ut in posterum dioecesis Galtellinensis ac forensis, tituli immutatione, *Nuorensis* tantum denomi-

nari possit, Sanctitas Sua, hodierno Episcopo GalteUinensi-Norensi Capituloque cathedrali auditis consentientibusque, oblatis precibus annuere benigne dignata est. Ideoque de Apostolicae potestatis plenitudine statuit ac decrevit ut posthac Galtellinensis-Norensis Ecclesia *Nuorensis* tantummodo nuncupetur; itemque illius Episcopus, pro tempore exsistens, *Nuorensis* audiat.

De his autem Ssmus Dominus Noster praesens edi iussit Consistoriale decretum, perinde valiturum ac si super iisdem Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae fuissent. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Eomae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 27 Ianuarii .1928.

Pro Emo Card. Secretario
f Fr. Raphael C, Archiep. Thèssalonicen., *Adsessor.*

L. Ei S.

Iosephus Crosatti, *Off.*

## II

## PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

*27 Ianuarii 1928.* — Archiepiscopali Ecclesiae Utinensi praefecit R. D. Iosephum Nogara, Antistitem Urbanum, Secretarium generalem Pontificii Operis a Fidei Propagatione.

*28 Februarii.* — Titulari archiepisc. Ecclesiae Nicopolitanae in Epiro, R. P. D. Ioannem Aelen, hactenus Archiepiscopum Madraspolitanum.

*2 Martii.*— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Traianopolitanae, R. D. Fabium Bordini, hactenus Episcopum titularem' Pergamensem.

— Cathedrali Ecclesiae Newarcensi, R. P. D. Iosephum Walsh, hactenus Episcopum Trentonensem.

— Cathedrali Ecclesiae Lucensi, R. P. D. Raphaelem Balanza y Navarro, hactenus Episcopum titularem Chersonensem.

— Cathedrali Ecclesiae Suessionensi, R. D. Ernestum Mennechet, iam Vicarium generalem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Trentonensi, R. D. Ioannem Mae Mahon, parochum in dioecesi Buffalensi.

*3 Martii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Trebennatensi, R. D. Stephanum Révesz, parochum loci *KesMmet,* deputatum Ordinarium exercitus Hungarici in spiritualibus.

*10 Martii.* — Cathedrali Ecclesiae Victoriensi, E. P. D. Matthaeum Mugica y Urrestarazu, hactenus Episcopum Pampilonensem.

— Cathedrali Ecclesiae Pampilonensi, E. D. Thomam Muniz Pablos, Auditorem Eotae Matritensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Chersonensi, E. D. Antonium Cardona Eiera, canonicum cathedralis Ibusen., quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis E. P. D. Ioannis Torres Eivas, Episcopi Minoricensis.

*23 Martii.* — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Sergiopolitanae, E. P. D. Hectorem Eaphaëlem Quilliet, hactenus Episcopum Insulensem.

— Titulari episcopah Ecclesiae Mytilenensi, pro hac vice ad archiepiscopalem evectae, E. D. Emmanuelem Gonçalves Cerejeira e dioecesi Conimbricensi, quem deputavit Auxiliarem Emi D. Antonii S. E. E. Card. Mendes Bello, Patriarchae Lisbonensis.

Il presente Protocollo si riferisce solamente alla giurisdizione episcopale, e non alla proprietà dei beni, dei tesori artistici, delle scuole, ecc. portoghesi, che continueranno ad essere proprietà degli enti ai quali attualmente appartengono.

ritorio em que se exerce a jurisdiçâo episcopal.

N'estes termos, serâo desanexadns da diocèse de Sao Tomé de Meliapor as 14 paroquias dispersas no territ >-rio das Diocèses de Trichinopolis e Tuticorin (costa da Pescaria) e seis paroquias dispersas no territorio das Diocèses de Dacca e de Calcuta.

A Diocèse de Sâo Tomé de Meliapor conservará os dois territorios continuos de S. Tomé (junto a Madrasta e em parte dentro de Madrasta) e de Tanjore (mais ao sul) e as cinco paroquias dispersas na cidade de Madrasta.

Para as compensâmes territoriaes e pessoaes a dar á Diocèse de S. Tomé de Meliapôr, a Santa Sé e o Governo Portuguez, tomadas as necessarias e oportunas informacöes e tendo em vista os principios que inspiram a presente convençào, especialmente com respeito as condiçoes jurídicas, demográficas e politicas, estabelecerao um acordo dentro de oito mezes a contar da entrada em vigor do presente Protocolo. Somente depois de decorridos os referidos oito mezes se fixaräo com Bula os novos limites da diocèse de S. Tomé de Meliapôr.

ART. V

O presente Protocolo refere-se unicamente á jurisdiçâo episcopal e näo á propriedade dos bens, dos tesouros artísticos, das escolas, etc. portuguezes, que continuarâo a ser propriedade das entidades ás quaes actualmente pertencem.

Il clero delle parrocchie portoghesi continuerà ugualmente ad essere portoghese.

O clero das paroquias portuguezas continuará egualmente a ser portuguez.

ART. VI

Nella provvista delle sedi di Goa, Cochim, S. Tommaso di Meliapor e Macao:

*a)* la Santa Sede, dopo aver consultato, secondo la prassi consueta della Curia Romana, i Vescovi della provincia per il tramite del Delegato Apostolico dell'India o, rispettivamente, della Cina, sceglierà il candidato portoghese più idoneo per dirigere la Diocesi;

*b)* per il tramite di Mgr. Nunzio Apostolico di Lisbona o della Legazione del Portogallo presso il Vaticano, la Santa Sede trasmetterà confidenzialmente a Sua Eccellenza il Presidente della Repubblica Portoghese il nome del candidato scelto;

c) il Presidente della Repubblica, se il candidato non offre difficoltà di ordine politico, ne presenterà ufficialmente il nome alla Santa Sede;

*d)* Si presume affermativa la risposta del Presidente della Repubblica alla consulta della Santa Sede, nel caso non venga entro due mesi, a contare dal giorno della consegna della relativa comunicazione;

*e)* Le due Alte Parti Contraenti si metteranno d'accordo volta per volta per la pubblicazione contemporanea della nomina, che dovrà rimanere segreta fino al compimento degli atti ufficiali.

ART. VI

No provimento das sés de Goa, Cochim, S. Tomé de Meliapor e Macao:

*a)* a Santa Sé depois de consultar, conforme as praxes usuaes da Curia Romana, os Bispos da Provincia por intermedio do Delegado Apostolico da India e respetivamente da China, escolherá o candidato portuguez mais idoneo para dirigir a Diocèse;

&) por intermedio de Mons. Nuncio Apostolico de Lisboa ou da Legaçao de Portugal junto do Vaticano, a Santa Sé transmitirá confidencialmente a Sua Excelencia o Presidente da Republica Portugueza o nome do candidato escolhido;

c) o Presidente da Republica, se o candidato nâo oferecer difìculdade de ordern politica, apresentará oficialmente o nome á Santa Sé;

*d)* Presume-se affirmativa a resposta do Presidente da Republica á consulta da Santa Sé, se nao chegar dentro de dois mezes, a contar do dia da entrega da respectiva comunicacào;

*e)* As duas Altas Partes Contratantes por-se-häo de acordo, por cada vez, para a publicaçâo contemporanea da nomeaçâo que deverà permanecer secreta até ao termo dos atos ofìciaes.

ART. VII

Nella provvista delle sedi di Bombay, Mangalor, Quilon e Trichinopoly :

*a)* la Santa Sede, scelto il candidato più idoneo, lo farà conoscere per il tramite di Mgr. Nunzio o della Legazione di Portogallo presso il Vaticano al Presidente della Repubblica;

*b)* il Presidente della Repubblica farà ufficialmente la presentazione di detto candidato nello spazio di un mese, e la nomina si pubblicherà nella forma prevista dal capoverso *e)* dell'articolo precedente.

ART. VIII

Fuori del territorio della propria Diocesi i fedeli dipendono dall'Ordinario del luogo, secondo il Diritto Canonico.

ART. IX

Si considera senza effetto qualsiasi clausola contraria al presente Protocollo contenuta in altri documenti, leggi o note diplomatiche.

ART. VII

No provimento das Sés de Bombami, Mangalor, Quilon e Trichinopolis :

*a)* a Santa Sé, escolhido o candidato mais idoneo, fal-o-ha conhecer por intermedio de Mons. Nuncio, ou da Legaçâo de Portugal junto do Vaticano, ao Presidente da Republica;

&) o Presidente da Republica farà oficialmente a apresentaçào do dito candidato no periodo de um mez, e a nomeaçâo publicar-se-ha na forma acima prevista na alinea *e)* do artigo precedente.

ART. VIII

Fora do territorio da propria Diocese os fieis dependerào do Ordinario local, segundo o Direito Canonico.

ART. IX

Considera-se sem effeito qualquer clausula contraria ao presente protocolo confida em outros documentos, leis, ou notas diplomaticas.

Roma, quindici Aprile mille nove cento ventotto.

L. © S.

PIETRO CARDINALE GASPARRI

L. *f$* S.

AUGUSTO DE CASTRO SAMPAIO CORTE REAL

*Essendosi tra la Santa Sede e il Governo della Bepubblica del Portogallo conchiuso e dai rispettivi Plenipotenziari sottoscritto nel giorno 15 Aprile dell'anno corrente, un Accordo per regolare la circoscrizione delle Diocesi, la nomina dei Vescovi e la doppia giurisdizione, delle quali tratta il Concordato stipulato nel 1886 tra la Santa Sede e il Portogallo, oggi 3 Maggio 1928, Sua Eminenza il Signor Cardinale* PIETRO GASP ARRI, *Segretario di Stato di Sua Santità, e Sua Eccellenza il Signor Dott.* AUGUSTO DE GASTRO SAMPAIO CORTE REAL, *Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Bepubblica del Portogallo, riuniti nelle Camere del Palazzo Apostolico Vaticano, previa lettura dei rispettivi Istrumenti di ratifica, li hanno trovati pienamente conformi in tutti e singoli i loro articoli. In seguito di che, hanno entrambi proceduto allo scambio delle ratifiche medesime, ed in fede di tale Atto hanno sottoscritto di loro propria mano il presente processo verbale in doppio originale, apponendovi il sigillo delle loro armi.*

*Boma, dal Palazzo Apostolico Vaticano, il 3 Maggio 1928.*

L. S. P. Card, GASPARRI.

L. *ffr* S. AUGUSTO DE CASTRO SAMPAIO CORTE REAL.

# ACTA PII PP. XI

## OHIEOGEAPHUS

AD EMUM P. D. BASILIUM, EPISCOPUM VELITERNUM CARD. POMPILJ VICE SACRA IN URBE ANTISTITEM.

***Signor Gardinale,***

A Lei, Vicario Nostro in questa Roma che è insieme e il centro della Cristianità e la Nostra Sede episcopale, dobbiamo rivolgere una parola a proposito del « Primo Concorso Ginnico Atletico Nazionale Femminile " Giovani Italiane"» che qui stesso avrà luogo nei prossimi giorni 4, 5 e 6, ancora sulle soglie del mese particolarmente sacro a Maria. Lo facciamo con molta pena; ma dopo aver molto pensato e pregato sentiamo di soddisfare, facendolo, ad un sacro dovere del ministero apostolico demandatoci da quel supremo Pastore e Signore delle anime che Ci ha a giudicare: dovere di Vescovo di Roma qual'è e sarà sempre il successore di S. Pietro, dovere di Vescovo dei Vescovi e dei fedeli di tutto il mondo. Nell'uba e nell'altra qualità, la Nostra parola purtroppo non può essere che di deplorazione.

U Vescovo di Roma non può infatti non deplorare che qui nella città santa del Cattolicismo, dopo venti secoli di cristianesimo, la sensibilità e l'attenzione ai delicati riguardi dovuti alla giovane donna ed alla fanciulla siasi mostrata più debole che non nella Roma pagana, la quale, pur discesa a tanto scadimento di costumi, adottando dalla vinta Grecia i pubblici ludi e concorsi ginnici ed atletici, per motivo di ordine fisico e morale di puro buon senso, ne escludeva la giovane donna, esclusane del resto anche in molte città della stessa Grecia tanto più corrotta. Non accade davvero esporre od anche solo sommariamente richiamare quei motivi: furono già molte volte esposti: padri, madri ed insegnanti, non pre-

venute o fuorviate da teorie esagerate e false o da motivi affatto estranei alla buona e sana pedagogia, li intuiscono e sentono come per naturale istinto; ne apprezzano e gustano la bellezza e la preziosità soprannaturali quanti assiste ed illumina quel ***sensus Christi,*** che è come l'anima dell'anima cristiana. Per questo diciamo anche Noi col Profeta (Is. 62, 1): ***Propter Sion non tacebo et propter Ierusalem non quiescam.***

Il Vescovo dei Vescovi e dei fedeli di tutto il mondo non può dimenticare mai, meno che mai in circostanze come questa, di essere il primo fra i custodi da Dio dati alla nuova Gerusalemme e dei quali sta scritto (Is. 62, 6) che giorno e notte in perpetuo non taceranno: ***Tota die et tota nocte in perpetuum non tacebunt.*** Invero i fedeli di tutto il mondo non potrebbero che sentirsi, a dir poco, confusi e sconcertati, se Ci trovassero del tutto silenziosi, mentre avviene sotto gli occhi Nostri quello contro di cui, dovunque si è, anche in giorni non lontani, avverato, hanno levato la voce i Sacri Pastori, da Noi approvati ed incoraggiati. E questi stessi Sacri Pastori e Venerabili Fratelli Nostri potrebbero nel Nostro silenzio trovare ben penoso motivo a dubitare che sia mutato il Nostro sentire e giudicare a loro riguardo. È bensì vero che non si vogliono qui ripetere le audacie o piuttosto le sconvenienze altrove lamentate e Ce ne danno speranza le precauzioni prese e le istruzioni fino all'ultima ora impartite dagli organizzatori e responsabili; ma la natura e la sostanza delle cose permangono pur sempre le stesse, con le accennate aggravanti del luogo e dei precedenti storici; permane sempre il vivo contrasto con le speciali delicate esigenze della educazione femminile, immensamente più delicate e rispettabili quando questa educazione vuole e deve essere educazione cristiana. Nessuno può pensare che questa escluda o meno apprezzi tutto quello che può dare al corpo, nobilissimo strumento dell'anima, agilità e solida grazia, sanità e forza vera e buona; purché sia nei debiti modi e tempi e luoghi; purché si eviti tutto quello che male si accorda col riserbo e con la compostezza che sono tanto ornaménto e presidio della virtù; purché esuli ogni incentivo a vanità e violenza. Se mano di donna si deve

alzare, Ci auguriamo e preghiamo che sia sempre e solo in atto di preghiera e di benefica azione.

Anche più largamente e prima d'ora Ci saremmo intrattenuti con Lei, signor Cardinale, in argomento così alto ed importante, se prima d'ora avessimo potuto avere e conoscere il definitivo di quanto veniva preparandosi. A questi pochi e rapidi riflessi Ci costringe limitarci la angustia del tempo.

Ben di cuore Le inviamo con essi, auspice d'ogni bene, l'Apostolica Benedizione.

PIUS PAPA XI

Nell'Ottava del Patrocinio di S. Giuseppe, festa di S. Atanasio, 1928.

## EPISTOLAE

### I

AD R. P. D. RICHARDUM LA OY, EPISCOPUM MEDIOBURGENSEM, PONT. SOLIO AD STAT OREM, SEXAGESIMO EXEUNTE INITI SACERDOTII ANNO.

PIUS PP. XI

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. — In hoc mortalis vitae cursu, Dei quidem benignitate, accidunt hominibus laeti quidam eventus, quibus eorum animi non modo ex sollicitudine rerum erigantur et recreentur, sed etiam ad munera obeunda alacrius vires sumant. Ita iucundum tibi fore comperimus diem xxi huius mensis, propterea quod anni tum explebuntur sexaginta ex quo primum ipse sacrum fecisti. Ac merito quidem virtutis tuae aestimat ores - qui plurimi, vel ex acatholicis, sane sunt - in hac rei faustitate suum erga te amorem ac pietatem publice testabuntur: etenim probe norunt tui omnes quo studio, iam inde ab initio, paroecialibus muniis functus sis, praecipue egenis opitulando aedemque sacram a S. Maria Nova condendo, in qua quidem aede, deinde in cathedralem ecclesiam evecta, primus ipse Medioburgensium episcopus consecratus es, eodem fere tempore quo feliciter Nos sacerdotio aucti sumus. Quas vero boni Pastoris partes hucusque obieris, ex eo perspicere licet quod cum dioecesis incrementa modis omnibus curare, rite imprimis pueros educando, tum clero populoque tuo te ipsum praebere exemplum bonorum operum consuevisti. Quamobrem valde Nos tibi de re gratula-

mur, optamusque ut Deus tibi, cui tam bouam concessit senectutem, alios etiam addat annos meritorum similiter plenos. Interea, ut peculiarem benevolentiam erga te Nostram aliquo modo ostendamus, facultatem tibi facimus sollemniter benedicendi populum nomine Nostro, plenam admissorum veniam eidem proponendo usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Ac caelestium donorum conciliatricem apostolicam benedictionem esse volumus, quam tibi, venerabilis frater, universoque gregi vigilantiae tuae credito amantissime in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xn mensis Decembris anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

PIUS PP. XI

## II

AD EMUM P. D. CAIETANUM S. R. E. CARD. PROTODIACONUM BISLETI, PROTECTOREM CONSOCIATIONIS ITALICAE A S. CAECILIA: DE CONVENTU CONSOCIATIONIS DECIMOQUARTO DEQUE CELEBRITATE GUIDONIS DE ARRETIO, IN URBE HABENDA.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Eruditorum virorum sententia est, Guidonem de Arretio, insigne illud non tam Benedictini Ordinis quam Italiae atque adeo catholici nominis decus, in Almam hanc Urbem, a decessore Nostro Ioanne XIX accitum, nongentesimo ante anno concessisse. Qui, cum Bomae commoratus est, inventa tum sua - unde non modo veteri Ecclesiae Bomanae cantui interpretando couservandoque tantum adiumenti ac oralitatis accessit, sed etiam veluti e fonte musicae artis incrementa prodiere - Apostolicae Sedis approbatione atque auspiciis quodammodo in Laterano consecrasse videtur: in Laterano, inquimus, ubi iampridem Gregorius Magnus cantus sacros, a maioribus quasi hereditate acceptos, collegerat, ordinaverat atque auxerat, semetque ipsum, etsi tot tantisque distentum negotiis infirmaque valetudine plerumque laborantem, pueris Scholae a se conditae disciplina concentuum liturgicorum conformandis doctorem praestiterat. Saeculare quidem eventum aut silentio premi aut nullo fructu praeterire qui possit? Neque enim multos reperias homines qui cum isto vel in cultus divini dignitate provehenda vel in pariendis posteritati utilitatibus comparari queant. Probamus igitur consilium a sodalibus initum istius, quam, dilecte fili Noster, patrocinio tuo foves, Consociationis Italicae Caecilianae huc propediem conveniendi, ut Guidonem et eius scripta operamque commémorent: quem quidem

eorum conventum numero quartum decimum, ad celebrationem Pomposiani monachi opportunum, aliae praeterea causae, eaedemque haud parvi momenti, facturae sunt opportuniorem. Etenim, ut libenter didicimus, hac, quotquot coiveritis, occasione utemini, ut sedem et quasi centrum Consociationis in Urbem restituatis: ex quo sequi oportere videtur, ut, novis moderatoribus Nobiscum tecumque propius cohaerentibus, Consociatio cotidie magis florere ac vigere pergat, simulque sodahum actio, Episcoporum ductu, in dies facta studiosior, illuc, quo debet, denique pertingat. Huc accedit, quod in iisdem coetibus eas grata recordatione prosequemini Litteras, quas s. m. decessor Noster Pius X die xxn mensis Novembris anno MDCCCCIII, scilicet abhinc annis quinque ac viginti, Motu proprio dedit: unde factum meminimus, ut Caeciliani omnes, quicquid, doctissimis viris scripto atque exemplo praeeuntibus, ad gregoriani instaurationem cantus emendationemque musicae sacrae, nonnine magno labore, tentaverant, id ipsum ex insperato aut certe exspectatione celerius Apostolica confirmatum vidèrent auctoritate. Leges quidem decessor ille Noster hoc in genere adeo sapientes tulit ut germanum de re musica liturgica Corpus iuris efficere videantur. Verum, quemadmodum haud raro accidit, tum praecipue, cum malae sunt consuetudines exstirpandae radicitus, sicubi voluntati Pontificis rite obtemperatum est, alibi tamen aut Piana praescripta iacuisse aut pristina denuo irrepsisse vitia bene multi conqueruntur. Quamobrem vestrum erit, cum conveneritis, videre diligenter quaenam e Pianis legibus observandae supersint, quidnam ad exquisitiorem cantus gregoriani et musicae ecclesiasticae usumpropagandum desideretur, quid denique agendum ut christianus populus, liturgico spiritu interius imbutus, ubi nondum assuevit, sacra communiter concinendo participet: qui vero disputationum vestrarum cursus fuerit atque exitus, a te, dilecte fili Noster, perlibenter audiemus. Ceterum si in Guidonis scriptis de vitioso, qui tum erat, psallendi concinendique more plus semel querelae moventur, putamus, in hac saeculari faustitate rectius eius memoriam celebrari non posse, quam si illa, quae Guidoni fuerat in votis, psalmodiae cantusque emendatio et urgeatur acrius et ad effectum optatissimum properet. - Laboribus interea huius quarti decimi conventus vestri bene precamur; eiusdem autem successum adiuvet apostolica benedictio, quam, caelestium luminum donorumque conciliatricem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, et sodalibus Caecilianae Consociationis Italicae universis peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xvn mensis Aprilis anno MDCCCCXXVHi, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

# ACTA SS. CONGREGATIONUM

## SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

### i

### HAMILTONENTSIS

### TRANSLATIONIS ECCLESIAE CATHEDRALIS

DECRETUM

Cum cathedralis ecclesia Hamiltonensis,« Beatissimae Virgini dicata sub titulo Conceptionis Immaculatae, nunc a civitatis centro remota exstet et nimis parva sit et fidelium numero continendo impar, R. P. D. Ioannes Me Nally, hodiernus Episcopus Hamiltonensis, consentientibus Consultoribus dioecesanis, humili enixaque prece a Ssmo Domino Nostro Pio Div. Prov. Pp. XI petiit ut ab ante dicta ecclesia episcopalis cathedra transferatur ad ecclesiam paroecialem a Sancto Patricio nuncupatam quae, in media civitate et amoeno loco sita, princeps inter alias urbis ecclesias ab omnibus reputatur, quaeque facilius amplificari etiam poterit. Porro his precibus Ssmus Dominus Noster, omnibus rite perpensis, annuendum esse censuit. Quapropter de Apostolicae potestatis plenitudine, suppleto quatenus opus sit, quorum intersit vel qui sua interesse praesumant consensu, hoc Consistoriali decreto, perinde valituro ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae essent, a templo Beatissimae Virginis Mariae a Conceptione Immaculata cathedram episcopalem Hamiltonensem ad Sancti Patricii paroecialem ecclesiam, eodem titulo Sancti Patricii retento, transfert et constituit cum omnibus iuribus et privilegiis quae de iure vel de consuetudine ceteris cathedralibus ecclesiis competunt. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 29 mensis Aprilis, anno 1927.

£8 C. CARD. DE LAI, Ep. Sabin, et Mandelen.,
*Secretarius.*

L . $ S .

t Fr. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominns Noster Pins divina Providentia Papa XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

*28 Martii 1928.* — Titulari episcopali Ecclesiae Sozusensi, praefecit E. D. Petrum Tcheng, quem deputavit Vicarium Apostolicum de Suanhwafu.

— Titulari episcopali Ecclesiae Mastaurensi, E. P. Cuidonem Benedictum Beck, O. F. M. Capuccinorum, quem deputavit Vicarium Apostolicum Araucaniae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Possalensi, E. P. Stephanum van Hee, S. I., quem deputavit Vicarium Apostolicum de Koango.

*30 Martii.* — Cathedrali Ecclesiae Omahensi, E. D. Iosephum Franciscum Eummel, parochum ad Sancti Ioseph in civitate Neo-Eboracensi.

*11 Aprilis.* — Cathedrali Ecclesiae Liparensi, E. P. Bernardinum a Favara -(in saeculo Salvatorem Ee), O. F. M. Capuccinorum Ministrum Provinciae Panormitanae.

*12 Aprilis.* — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Melitenensi, E. P. D. Henricum M. Alfridum Baudrillart, hactenus Episcopum titularem Himeriensem.

# SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

## DECRETUM

Occasione coetus RR. Episcoporum Armeniorum, qui in Urbem convenient die 6 mensis Maii, ad dehberandnm de negotiis sui Patriarchatus ac de re religiosa instauranda, Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali, Ssmo D. N. Pio Pp. XI adprobante, finem imponendum censuit visitationi Apostolicae Patriarchatus eiusdem; atque praesentibus finem imponit; idcirco R. P. D. Paulus Petrus XIII Terzian, Patriarcha Ciliciae Armenorum, ipsis praesentibus Litteris, in plenum exercitium sui officii ac iurisdictionis restituitur.

Contrariis non obfuturis.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Eccl. Orientali, die 16 Aprilis 1928.

A. CARD. SINCERO, *Secretarius.*

L. £B S.

H. I. Cicognani, *ad interim Adsessor.*

# SACRA CONGREGATIO CONCILII

## i

## APUANA

## FUNERUM

*Die 12 Novembris 1927*

SPECIES FACTI. — Communale - ut aiunt - coemeterium civitatis Apiianae situm materialiter est in territorio paroeciae cathedralis B. M. V. sideribus receptae: nulla tamen auctoritate ecclesiastica est conditum, immo cum etiam acatholicorum corpora ibi tumulentur, nec rituali benedictione donatum est, sed tumuli et f ossae singillatim benedici solent. Fere ab eius institutione, post hominum memoriam, nonnulli etiam christifideles *suburbanáe* paroeciae B. M. Y. ab Angelo salutatae - quae quidem paroecia finitima est territorio paroeciae urbanae S. Petri, *et proprium habet coemeterium,* sed iam angustum, squaleus et incommodum - facile obtinuerunt ut in praefato communali coemeterio Apuano sepeliantur: sive quod ibi exstet sepulcrum maiorum seu familiae, sive quod ante mortem suam patefecerint voluntatem ut ibidem eorum corpora deponerentur, sive demum heredes ipsorum ita perfici curarent. In hisce casibus, obtenta per heredes venia ab auctoritate communali, absque ulla difficultate, non secus ac parochi ceterarum quatuor civitatensium paroeciarum, parochus suburbanus Ssmae Annuntiatae, peracto funere in sua ecclesia, cadavera suorum associabat ad coemeterium communale, vel saltem - in casu sepulturae electivae, aut de parentum arbitrio decretae - usque ad limites paroeciae cathedralis B. M. V. assumptae. Id tamen non patitur novus praepositus-parochus huius ecclesiae cathedralis, qui ratus hac ratione laedi can. 1218-1230, 1232 Cod. iuris can., signanter vero can. 1230, 7° de iure ecclesiae cathedralis, annuente suo Emo Ordinario, postulavit a Sacra Concilii Congregatione declarari utri ius exsequias peragendi et associandi cadavera in casu competeret. Praehabitis itaque duorum Consultorum votis, Emis Patribus dubia quae sequuntur proposita sunt:

« I. - An parocho Ssmae Aunuuciatae ius exclusivum competat sepulturae ecclesiasticae sui paroeciani qui sepulchrum habeat in municipali coemeterio in casu? »

« II. - An idem exclusivum ius. eidem parocho competat si suus paroeciam^ tumulationem ibidem elegerit in casu? »

SYNOPSIS DISCEPTATIONIS. •— Praepositus-parochus ecclesiae SS. Assumptae (cathedralis) in hoc potissimum intentionem suam fundat, quod coemeterium de quo agitur, a parocho SS. Annuntiatae, quae paroecia diversum coemeterium habet, non possit haberi ut suum propriumque, sed potius ut ahenum: adeo ut, licet suus paroecianus ibidem sepulturam elegerit, vel etiam ibidem proprium sepulcrum aut familiare habeat, semper tamen parochus SS. Annuntiatae prohiberetur in alieno coemeterio functiones suas explere, in quo nempe extraneus censetur, secus ac parochi civitatenses, qui singuli in eodem coemeterio ut in suo proprio exercent iura et officia sua. Tum, itaque, si cadaver illuc mittendum est, ubi sive elegerit defunctus suam sepulturam, sive sepulcrum suorum habeat, subintrat in casu ius can. 1230, 7°, seu parochus ecclesiae cathedralis habendus est, ad effectum saltem sepulturae, utpote parochus proprius defuncti. Nec solum ad effectum sepulturae, cum immo, ad normam can. 1218 § 1 et 1232 § 1, *ubi cadaver commode asportari possit,* parochus sepulturae valeat omnino illud auferre ad suam ecclesiam pro exsequiis, et inde ad coemeterium associare (1231 § 2). Secus sentire, ita interpretatur praepositus parochus, idem esset ac delere ex Codice can. 1223, 1229.

Verum - ex adverso argumentatio - in hac demonstratione plura permixta ac confusa sunt, quae immo sunt probe et penitus discernenda. Et in primis, certum est nullum speciale ius parocho SS. Assumptae esse in coemeterium communale Apuanum, eo quod hoc materialiter situm sit in territorio suae paroeciae. Siquidem, ut pluries censuit haec Sacra Congregatio, signanter in Derthonen. 24 Maii 1821, in Ariminen., 14 Maii 1825 « communia coemeteria, causa publicae valetudinis, subrogata fuerunt singulis ecclesiarum sepulturis. - Ecclesia proinde quae ius habebat tumulandi in propriis sepulturis, nunc ius istud exercet in publico coemeterio: ideoque non sublatum ius fuit, sed variatus locus: quod profecto non impedit emolumentorum perceptionem et ius peragendi exsequias ». Hinc « ius ecclesiae paroeciae in qua coemeterium situm est » in Codice, quoad extraneos, tantum asseritur intra limites can. 1230 § 7 fin. Qui limites arctissima sunt, utpote qui contineant normam omnino *suppletivam,* tunc adhibendam cum nulla ex praecedentibus iuris sanctionibus in casum quadrat, et potissimum cum parochus defuncti proprius nec adest, nec potest suum ius exercere, et ideo ecclesiae cathedrali, vel paroeciae loci, id tantum conceditur quod in casu parochus proprius nequit: v. g. si cadaver naufragi undis maris in littore extraneo exponatur, vel si parochus proprius peragere potuit solummodo, aut de facto peregit solas exsequias (cf. S. C. Concilii in Novarien., 27 Maii 1893, 21 Iun. 1895; in Ästen., 26 Ian. 1907, quoad defunctos quorum cadavera *ferreo cursu* translata fuerant ad aliam civitatem).

Ceterum etiam in can. 1230 § 7 adiicitur: «nisi aliud ferat loci consuetudo», quod revera obtinet in casu nostro, ubi contraria observantia obliteratimi apparet ius ecclesiae cathedralis.

Ee quidem vera ex can. 1216 § 1: «iure ordinario ecclesia in quam cadaver pro funere deferri debet est ecclesia propria paroeciae defuncti»: dicitur autem « iure ordinario » quia iuribus parochi derogari potest vel iure particulari, vel privilegio, vel consuetudine, vel, ut est in ipso canone, privata eademque legitima defuncti electione: semper tamen haec certa omnino sint oportet: nam in quolibet dubio « ius propriae ecclesiae paroecialis semper praevalere debet ». In casu autem certum est nullum intercedere privilegium, nullamque consuetudinem: quae immo adest explicita in favorem parochi proprii, ut ex facti specie depromitur. Tantum haec duo opponuntur: sepulcrum familiare seu gentilitium, electa sepultura. Verum, ut de hac altera statim dicamus, electio defuncti potest cadere vel in solam ecclesiam funeris, vel in solum coemeterium sepulturea vel in utrumque simul. Nam ecclesia funeris et coemeterium sepulturae, saepe saepius de facto separantur, et in Codice iuris canonici separabilia exhibentur (can. 1223-1227; immo in sensu can. 1205 § 2, separanda), ea tamen lege, ut, ex can. 1231, qui decesserit non electa sepultura, nec habeat sepulcrum maiorum, sepeliri debeat in coemeterio ecclesiae funeris. Posita, in casu, mera electione *sepulturae,* ad mentem can. 1228, nihil aliud inde sequitur quam ius et obligatio sepeliendi cadaver in loco electo « dummodo nihil obstet ex parte eorum a quibus coemeterium pendet », qua clausula, ut supra ostensum est, nullo modo asseritur ius aliquod vetandi seu interveniendi ex parte parochi vel ecclesiae in cuius territorio coemeterium situm est: multo minus eadem adimitur proprio parocho ius funerandi in casu.

Quod autem attinet ius sepulcri *proprii* in coemeterio a defuncti familia comparati, probe distinguendum est, cum Codice, sepulcrum *particulare,* de quo in can. 1209 dicitur obtineri posse *in* coemeterio «ex licentia scripta Ordinarii loci » a sepulcro *maiorum* seu familiari seu geutilitio, de quo iu can. 1208 § 3 dicitur permitti posse ab Ordinario loci *extra* coemeterium: illud quippe nullum praeterea gignit ius, quam ut cadaver in eo sepeliatur si illuc commode asportari possit, vel si illuc transferatur susceptis ab heredibus translationes expensis iuxta can. 1229 § 1; istud quoque, seu gentilitium *per se* non aliud postulat, licet facilius praesumatur hoc in casu electa etiam *funeris* ecclesia ad mentem cann. 1223-1227. Sed iu casu nostro agitur tantum, ad summum, de sepulcro particulari acquisito *in* coemeterio: diximus *ad summum,* nam in facti specie explicite excluditur intercessisse in hac acquisitione vel constitutione sepulcri « scriptam licen-

tiam Ordinarii loci », quam exigit can. 1209 iuxta pluries resoluta in hac Sacra Congregatione, praesertim in Clavaren., *Funerum,* 17 Iunii 1905, de *canonica* erectione huiusmodi sepulcri. Cfr. Pirhing, in lib. III, tit. 28, § 3, n, 24; Barbosa, *de off. et pot. par.,* p. III, c. 26, n. 9, et Gennari, apud *Monii. Feci.,* XVII, 349, qui concludit: «Quando non vi ha permesso del Vescovo non vi ha nemmeno canonica erezione di sepolcro; molto meno può dirsi canonicamente eretto senza co tal permesso in un pubblico camposanto. Imperocché quantunque cogli odierni cimiteri non si rechi pregiudizio al diritto delle chiese tumulanti, pure un sepolcro gentilizio eretto in esse, non apparterrebbe a nessuna chiesa, quando non ci fosse una determinazione dell'autorità ecclesiastica: molto meno poi, se, come nel caso, il cimitero fosse eretto dall'autorità laica, senza dipendenza da quella ecclesiastica, e meno ancora quando nel pubblico cimitero non vi fosse luogo diverso per gli acattolici », et citat ad rem ex recentioribus Berardi, *de par.,* 770, Alberti, *de sepult, eccl.,* n. 21; ex quorum doctrina satis evincitur cautissime omnino, cum agitur de hodiernis publicis coemeteriis laicalibus, procedendum esse in deducendis can. 1228 et 1229, praesertim ad effectum can. 1231.

Nec regerere valet distinctio coemeterii, quoad parochum proprium, •*sui* aut non *sui:* quia revera, ad excludendum ius immo officium ex can. 1231 § 2 incumbenti ei « qui in ecclesia exsequias peregit » non adducitur nisi « gravis necessitatis causa », nec alia fit distinctio nisi de eo « an commode (pedestri itinere [can. 1218 § 1]) asportari possit », necne (can. 1232 § 2), servatis nempe norma et modo in can. 1218 praescriptis. In casu autem paroecia suburbana Ssmae Annuntiatae finitima dicitur paroeciae urbanae, adeo ut ad communale coemeterium omnino commodum sit iter iuxta praefatam normam: quoties igitur, non electa alibi ecclesia funeris, cadaver paroeciani sive iure sepulcri sive ob electam sepulturam in coemeterio commun ali condendum sit, libere poterit parochus proprius, post expletum funus in sua ecclesia, illuc cadaver deducere, cum stola et elata -cruce etiam per paroeciam interpositam (can. 1232 § .1).

RESOLUTIO. — Propositis in plenariis comitiis Sacrae Congregationis Concilii, in Palatio Apostolico Vaticano habitis die 12 Novembris 1927, dubiis supra relatis, Emi Patres responderi mandarunt: *Affirmative ad utrumque.*

Quam resolutionem Ssmus Dominus Noster Pius divina Pro vid. Pp. XI, referente infrascripto Secretario in Audientia diei 20 insequentis, approbare •et confirmare dignatus est.

f Iulius, Ep. Lampsacen., *Secretarius.*

H

NOTIFICATIO

I. Cum nonnulli Franco-Canadenses ex regionibus Angliae Novae ac potissimum ex dioecesi Providentiensi adversus auctoritatem Ordinarii sui turbas cierint, Sacra Congregatio Concilii nuper prohibendam censuit et prohibuit periodicam ephemeridem «La Sentinelle» quae in oppido *Woonsocket B. I.* editur in lucem, quaeque hanc populi excitationem cum scandalo fovet.

II. Eadem praeterea Sacra Congregatio declarat, virum Elphege J. Daignault, moderatorem praefatae ephemeridis, aliosque subscriptores citationis Tribunali laicali porrectae ut suum Ordinarium, Episcopum nempe Providentiensem R. P. D. Guilelmum Augustinum Hiekey, in ius râpèrent, incurrisse omnes et singulos excommunicationem *speciali modo* reservatam Sanctae Sedi Apostolicae, in vim can. 2341 Codicis iuris canonici.

# SACKA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

PROVISIO ECCLESIAE

Decreto S. Congregationis de Propaganda Fide, dato die 4 Maii 1928, Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI dignatus est praefìcere metropolitanae Ecclesiae Bombayensi R. P. Ioachim Lima S. L, Superiorem Missionis de Belgaum in Indiis.

II

, NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

*lô Décernons 1927.* — R. D. Gabriel Perlo, ex Instituto Taurinensi a Consolata, *primus Vicarius: Apostolicus de Mogadiscio.*

*28 Martii 1928.* — R. P. Benedictus Beck (in religione Guido a Bamberga), ex Ordine Minorum Capulatorum, *primus Vicarius Apostolicus de-Araucania.*

— R. P. Silvanus van Hee, e Societate Iesu, *primus Vicarius Apostolicus de Koango in Congo Belgico.*

— R. D. Petrus Tcheng, presbyter e clero saeculari, *Vicarius Apostolicus de Suanhwafu in Sinis.*

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## i

### ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM A SOMASCHA

Quarto a condita Somaschae Congregatione recurrente saeculo, orphanorum numero ob recentes publicas exortas calamitatem fere ubique gentium maximopere aucto, ut caeleste praesidium illis pueris puellisque parentibus orbatis et rebus omnibus indigentibus praesto sit, Praepositus generalis Ordinis Clericorum Regularium a Somascha, collecta undique vota quamplurimorum Antistitum humillime Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI obtulit simulque supplicavit, ut Sanctus Hieronymus Aemiliani, qui primus pro colligendis orphanis instituta construxit, et protector et pater orphanorum iam in ipsa Hturgica prece vocatur, suprema Sua auctoritate orphanorum Patronus universalis et Adiutor constituatur. Sanctitas porro Sua, referente subscripto Sacrae Rituum Congregationis Secretario, oblata vota peramanter excipiens, Sanctum Hieronymum Aemiliani orphanorum et derelictae iuventae Patronum universalem eligere ac declarare benigne dignata est. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 14 Marth 1928.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
*S. B. C. Praefectus.*

L. © S.

Àngelus Mariani, *Secretarius.*

## II

### DIOECESIUM ET VICARIATUUM APOSTOLICORUM IN MISSIONIBUS

Quam laeto animi sensu fideles universi canonizationem Sanctae Teresiae a Iesu Infante exceperint, divulgata per orbem devotio manifeste demonstrat, cum vel apud ipsas infidehum dissitas regiones Carmelitis Virgo promissum rosarum imbrem e caelo dimittere non praetermiserit. Qua -de causa, innumeri Sacrorum Antistites maiores percipi posse fructus in dominica vinea persenserunt, si Sancta Teresia a Iesu Infante, quae maximo flagrabat ardore et zelo dilatandae fidei, cuiusque miraculosos

in paganis plagis effectus omnes norunt, caelestis Patrona omnium Missionariorum, in quibusvis Missionibus laborantium declaretur; et ideo Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI collectas undique preces humillime obtulerunt ut communibus votis suprema Apostolica sanctio accederet. Sanctitas porro Sua, referente infrascripto Domino Cardinali Sacrae Rituum Congregationi Praefecto, postulationibus Antistitum ingenti numero oblatis benignissime obsecundans, declarare dignata est Sanctam Teresiam ab Infante Iesu, peculiarem Missionariorum omnium, sive virorum sive mulierum, necnon Missionum iu toto orbe exsistentium Patronam aeque principalem cum S. Francisco Xaverio, cum omnibus iuribus et privilegiis liturgicis quae huic titulo conveniunt. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 14 Decembris 1927.

©A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
*S. B. C. Praefectus.*

L. gß S. Angelus Mariani, *Secretarius.*

Die 3 Octobris

S. TERESIAE A JESU INFANTE Virginis

DUPLEX

*In I Vesperis: pro Commemoratione: Ant.* Veni, Sponsa Christi,
*y*. Specie tua.

Oremus

Domine, qui dixisti: Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrábitis in regnum colorum: da nobis, quaesumus; ita sanctae Teresiae Virginis in humilitate et simplicitate cordis vestigia sectari, ut praemia consequantur aeternae Qui vivis.

AD MATUTINUM

IN II NOCTURNO

*Lectio IV*

Teresia a Jesu Infante, Alensónii in Gallia, honestis parentibus, singulari et assidua erga Deum pietate conspicuis, orta est. Inde a prima aetate divino Spiritu praeventa, religiosam vitam agere cupiebat. Serio autem promisit, se nihil Deo denegaturam, quod ipse ab ea petere videretur: quam promissionem fidenter usque ad mortem servare sategit. Quinto aetatis anno, matre amissa, Dei providentiae se totam commisit sub vigilanti custodia amantissimi patris, sororumque natu majórum: quibus magistris,

Teresia ad curréndam perfectionis viam ut gigas exsultávit. Novénnis virginibus ex Ordine sancti Benedicti Lexóviis excolenda traditur, ibique in rerum divinarum cognitione excéllere visa est. Décimo aetatis, anno, areánus et gravis morbus eam diu cruciávit, a quo. prout ipsa enarrat, ope Beatissimae Virginis, quae eidem subridens apparuit, et quam, sub titulo **Do**minae nostrae a Victoria, per novendiália invocare studuit, divinitus fuit liberata. Tunc, angelico fervóre repleta, ad sacrum convivium, in quo Christus sumitur, se dihgentissime praeparare curavit.

*Lectio V*

Ut primitus eucharistico pane fuit refecta, insatiábilem caelestis hujus cibi famem haurire visa est: unde velut inspirata, Jesum rogábat, ut omnem mundánam consolationem in amaritudinem sibi verteret. Inde tenérrimum in Christum Dominum et in Ecclesiam amóre exéstuans, nihil antiquius habuit, quam Carmelitarum Excalceatórum Ordinem ingredi; ut sui abnegatione, suisque sacrificiis, sacerdotibus, missionariis, totique Ecclesiae opem afferret, et innúmeras ánimas Christo Jesu lucrifaceret: quod jam morti próxima, apud Deum se facturam pollicita est. Propte* aetatis defectum, multas ad religiosam vitam amplectendam nacta est difficultates, quibus tamen incredibili animi fortitudine superatis, quindecim annos nata, Lexoviénsem Carmelum feliciter ingressa est. Ibi mirabiles Deus in Teresiae corde ascensiones disposuit, quae, Mariae Virginis vitam absconditam imitata, quasi hortus irriguus, flores omnium virtutum germinávit, praecipue vero eximiae in Deum et in proximum caritatis.

*Lectio VI*

Quo magis Altissimo placeret, quum in Sacris Scripturis monitum illud legisset: Si quis est parvulus veniat ad me; párvula in spiritu esse voluit, et inde filiali fiducia Deo, tamquam Patri amantissimo, se perpetuo tradidit. Hanc spiritualis infantiae viam, secundum Evangelii doctrinam, alios docuit, speciatim novitias, quas ex obedientia ad religiosarum virtutum studium informándas suscepit, atque ita apostólico zelo repleta, mundo, supèrbia infláto et vanitátes diligènti, evangelicae simplicitatis iter patefecit. Sponsus autem Jesus eam patiéndi desiderio, tam in ánima, quam in corpore, penitus inflammabit. Insuper Dei caritatem undequaque neglectam animadvertens, summo dolore affecta, duobus ante obitum annis, Dei miserentis amóri se victimam obtulit. Tunc, ut ipsa refert, caelestis ignis flamma vulnerata est: unde caritate consumpta, in écstasim rapta, ferventissime ingeminans: Deus meus, te diligo; viginti quatuor annos nata, die trigésima Septembris, anno millèsimo octingentesimo nonagésimo séptimo, ad Sponsum evolavit. Quod autem móriens promiserat, se perén-

nem rosárum pluviam in terram demissúram, hoc in caelum recepta, innumeris miraculis reapse adimplevit et in dies adimplet. Quam Pius Undecimus, Pontifex Maximus, Beatis Virginibus adscriptam, et biennio post, jubiMo máximo recurrente, inter Sanctas relatam, peculiarem omnium Missionum Patronam constituit ac declaravit.

## IN III NOCTURNO

*Lectio VII*

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

*(Cap. 18, 1-4)*

In illo tempore accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis putas major est in regno caelorum? Et reliqua.

Homilia S. Leonis Papas

*(Sermo 37, in Epiph. solemn. 7, cap. 3, 4)*

Tota, dilectissimi, christianae sapientiae disciplina, non in abundantia verbi, non in astutia disputan di, neque in appetitu laudis et gloriae, sed in vera et voluntaria humiütáte consistit, quam Dominus Jesus Christus ab útero Matris usque ad supplicium Crucis pro omni fortitudine êt elegit et docuit. Nam, cum discipuli ejus inter se, ut ait Evangelista, disquírerent quis eorum major esset in regno caelorum, vocavit parvulum, et statuit eum in medio eorum, et dixit: Amen, dico vobis, nisi convèrsi fueritis et efficiamini sicut parvuli, non intrábitis in regnum caelorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut puer iste, hic major erit in regno caelorum. Amat Christus infantiam, quam primum et ánimo suscepit et corpore. Amat Christus infantiam, humilitatis magistram, innocentiae regulam, mansuetudinis formam; Amat Christus infantiam, ad quam majórum dirigit mores, ad quam senum reducit aetates; et eos ad suum inclinat exemplum, quos ad regnum sublimât aeternum.

*Lectio VIII*

Ut autem plene valeamus agnoscere quomodo apprehendi possit tam mira conversio et in puerilem gradum qua nobis mutatione redeundum sit, doceat nos beatus Paulus et dicat: Nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estóte. Non ergo ad lúdicra infantiae et imperfecta nobis primordia revertendum est, sed aliquid, quod etiam graves annos deceat, inde sumendum, ut velox sit commotiónum transitus, citus ad pacem recursus: nulla sit memoria offensionis, nulla cupiditas dignitatis,- amor sociae communionis, aequalitas naturalis. Magnum enim bonum est nocere non nosse et

maligna non sapere; quia inferre ac referre iniuriam, mundi hujus prudentia est; nemini autem malum pro malo reddere, christianae est aequanimitátis infantia.

*Lectio IX*

Ad hanc vos, dilectissimi simihtudinem parvulorum mysterium hodiernae festivitatis invitat; et hanc vobis humilitatis formam adorátus a Magis puer Salvator insinuât: qui, ut imitatóribus suis quid gloriae pararet, ostenderet, ortus sui tempore éditos martyrio consecrávít; ut in Bethlehem, ubi Christus natus est, gèniti, per communionem aetatis consortes fierent passionis. Ametur igitur humilitas, et omnis a fidelibus vitetur elátio. Alter alterum sibi praeferat, et nemo quod suum est quaerat, sed quod alterius; ut, cum in ómnibus abundáverit affectus benevolentiae, in nullo virus inveniatur invidiae: quoniam qui se exaltat humihabitur, et qui se humiliât exaltábitur, eodem ipso testante Jesu Christo Dómino nostro, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus in saecula saeculorum. Amen.

Te Deum^laudamus.

*Lectio pro festo commemorato legenda juxta Rubricas*

*Lectio IX*

Teresia a Jesu Infante, Alensónii in Gallia, ex honestis piisque paréntibus orta est. Quinto aetatis anno, matre amissa, Dei providentiae se totam commisit sub vigilantia amantissimi patris et sororum natu majórum: quibus magistris, ad curréndam perfectionis viam ut gigas exsultávít. JSTovénnis virginibus ex Ordine sancti Benedicti Lexóviis excolenda traditur. Décimo aetatis anno> arcano et gravi morbo diu cruciata, ope Dominae nostrae a Victoria, divinitus fuit liberata. Angélico fervore repleta, ad sacrum convivium accedens, insanabilem hujus cibi famem haurire visa est. Carmelitarum Excalceatórum Ordinem ingredi cupiens, ob aetatis defectum, multas ad religiosam vitam amplectendam nacta est difficultates, quibus fortiter superatis, Lexoviénsem Carmelum, quindecim annos nata, feliciter ingressa est: ibique erga Deum et proximum eximia caritate flagrávit. Spiritualem infantiae viam, secundum Evangelii doctrinam, secuta, alios, speciatim novitias, eamdem edócuit. Patiéndi desiderio infiammata, duobus ante obitum annis Dei miserentis amóri se victimam obtulit. Viginti quatuor annos nata, die trigésima Septembris, anno millesimo octingentesimo nonagésimo séptimo, ad Sponsum evolavit. Quam Pius Undecimus, Pontifex Maximus, Beatis Virginibus adscriptam, et biennio post, jubiiaéo máximo recurrente, solemniter inter Sanctas relatam, peculiarem omnium Missionum Patronam constituit atque declaravit.

*Vespere de sequenti. Commemoratio prœeedentis*

ELOGIUM MARTYROLOGIO ROMANO INSERENDUM

*Die 30 Septembris (tertio loco)*

Lexóvii, in Gallia, Sanctae Teresiae a Jesu Infante, ex Ordine Carmelitarum Excalceatórum; quam vitae innocentia et simplicitate clarissimum, Pius Undecimus, Pontifex Maximus, Sanctarum Virginum albo adscripsit, peculiarem omnium Missionum Patronam declaravit, ejusque festum quinto nonas Octobris recolendum esse decrevit.

*Die 3 Octobris (primo loco)*

Sanctae Teresiae a Jesu Infante, Virginis, ex Ordine Carmelitarum Exealceatórum, peculiaris omnium Missionum Patronae, cujus dies natalis pridie kalendas Octobris recensetur.

MISSA

*Introitus* *Cant. 4, 8-9*

Veni de Libano, sponsa mea, veni de Libano, veni: vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum. *Ps. 112, 1* Laudate, pueri, Dominum: laudate nomen Domini. Gloria Patri.

*Oratio*

Dómine, qui dixisti: Nisi efficiamini sicut parvuli, non intrábitis in regnum caelorum: da nobis, quaesumus; ita sanctae Teresiae Virginis in humilitate et simplicitate cordis vestigia sectari, ut praemia consequantur aeterna; Qui vivis.

Lectio Isaiae Prophetae

*Isai. 66, 12-14*

Haec dicit Dominus: Ecce ego declinábo super eam quasi fluvium pacis, et quasi torréntem inundántem gloriam gentium, quam sugétis: ad ubera portabímini, et super génua blandiéntur vobis. Quomodo si cui mater blandiátur, ita ego consolábor vos, et in Jerusalem consolabímini. Vidébitis, et gaudébit cor vestrum, et ossa vestra quasi herba germinábunt, et cognoscatur manus Domini servis ejus.

*Graduale, Matth. 11, 25* Confíteor tibi, Pater, Dómine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelásti ea parvulis. T. *Ps. 70, 5* Dómine, spes mea a iuventute mea.

Alleluja, alleluja. *Plecti. 39, 17-19* Quasi rosa piantata super rivos aquarum fructificáte: quasi Libanus odorem suavitátis habete: florete, flores, quasi lilium, et date odorem, et frondéte in gratiam, et collaudate canticum, et benedicite Dominum in operibus suis. Alleluja.

*Post Septuagesimum, omissis* Ahehija *st versu sequenti, dicitur* *

*Tractus C ant. 2, 11-12* Jam hiems transiit, imber abiit, et recéssit- *y*. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putatiónis advenit: vox turturis audita est in terra nostra. T. *Jer. 31, 3* In caritate perpetua diléxì te: ideo attráxi te, miserans tui.

*Tempore autem Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur:*

Alleluja, alleluja, *f. Eccli. 39, 17-19* Quasi rosa piantata super rivos aquarum fructificáte: quasi Libanus odorem sua vitatis habete: florete flores, quasi lihum, et date odorem, et frondétè in gratiam, et collaudate canticum, et benedicite Dominum in operibus suis. Alleluja. T. *Ps. 33, 9-, 99, 6* Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus: in aeternum misericordia ejus. Alleluja.

£8 Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum. *Matth. 18, 1-4*

In illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis, putas, major est in regno caelorum? Et advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, et dixit: Amen dico vobis, nisi convèrsi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrábitis in regnum caelorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in regno caelorum.

*Offertorium Luc. 1, 46-48 et 49* Magníficat ánima mea Dominum: et exsultávit spiritus meus in Deo salutari meo: quia respéxit humilitatem ancillae suae: fecit mihi magna qui potens est.

*Secreta*

Sacrificium nostrum tibi, Domine, quásumus, sanctae Teresiae Virgimg tuae precatio sancta conciliet: ut in cujus honore solemniter exhibetur, ejus meritis efficiatur acceptum. Per Dominum nostrum.

*Communio. Beut. 32, 10-12* Circumdúxit eam, et docuit: et custodivit" quasi pupiham oculi sui. Sicut àquila expándit alas suas, et assumpsit eam, atque portavit in humeris suis. Dominus solus dux ejus fuit.

*Postcommunio*

Illo nos, Dómine, amoris igne caeleste mysterium inflámmet: quo sancta Teresia Virgo tua se tibi pro hominibus caritatis victimam devovit. Per Dominum nostrum.

URBIS ET ORBIS

Quum per decretum diei 14 Decembris 1927, Dioecesium et Vicariatuum Apostolicorum in Missionibus, Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI Sanctam Teresiam a Iesu Infante peculiarem Missionariorum omnium, nec non Missionum in toto orbe exsistentium patronam declarare

dignatus sit: iteratis complurium Sacrorum Antistitum precibus pro benigna concessione Missae propriae eiusdem sanctae Virginis, in eius Festo ubique recitandae, obsecundare ex animo volens; eadem Sanctitas Sua, referente subscripto Sacrae Rituum Congregationis Secretario, Missam propriam sanctae Teresiae a Iesu Infante, iam pro Carmelitarum Excalceatorum Ordine approbatam et concessam, prouti in praesenti exstat exemplari, ad universam extendit Ecclesiam; et ut iuxta rubricas lectiones tertii nocturni Evangelio Missae conformes sint, relatas superius lectiones in officio eiusdem beatae Virginis inserendas esse decrevit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 14 Martii 1928.

© A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
*S. B. G. Praefectus.*

L. gg S. Angelus Mariani, *Secretarius.*

Die 9 Augusti

BEATI JOANNIS MARIAE VIANNET Confessoris

DUPLEX (m. t. v.)

IN I VESPERIS

*Oratio*

Omnipotens et misericors Deus, qui sanctum Joannem Mariam pastorali studio et jugi orationis ac poenitentiae ardóre mirabilem effecísti: da, quásumus, ut ejus exemplo et intercessióne, ánimas fratrum lucrari Christo, et cum eis aeternam gloriam consequi valeamus. Per eumdem Dominum,

IN Ii. NOCTURNO

*Lectio IV*

Joannes Maria Vianney, in pago Dardilly, Dioecesis Lugdunensis piis ruriculis ortus, ab infantia plura dedit sanctitatis indicia. Cum octénnis oves custodiret, modo puerulos, ad imaginem Deiparae genufléxos, Rosarium verbo et exemplo edocere, modo soróri vel alteri commisso grege, secretiórem locum petere solebat, quo expeditior ante simulacrum Virginis, orationi vacáret. Pauperum amantissimus, eos turmatim in patris domum deducere et omnímodo adjuváre in deliciis habebat. Litteris imbuéndus, parocho vici Ecully traditus est; sed ut erat tardions ingenii, in studiis fere insuperabiles expertus est difficultates. Jejunio et oratione divinam opem imploravit, et facilitatem discéndi rogatúrus, túmulum Sancti Francisci Regis, stipem quaéritans, adivit. Theologiae curriculo operóse confecto, satis idoneus inventus est, qui sacris initiarétur.

*Lectio V*

In pago Ecully, praeeunte parocho, cujus vicarius renuneiátus fuerat, potiores pastoralis perfectionis gradus totis viribus attingere contendit. Elapso triènnio, in viculum Ars, qui non ita multo post dioecesi Bellicénsi adscriptus est, quasi Angelus de caelo fuit missus et omnino squaléntis ac desertae suae paroeciae faciem florentissime renovavit. In conscientiis iudicandis ac moderandis ad plurimas horas quotidie assiduus, frequentem Eucharistiae usum invexit, pias sodalitates instaurávit: mirum autem in modum téneram in Immaculatam Virginem animis pietatem indidit. Batus vero pastoris esse, flagitia concreditae plebis expiare, nec orationibus, nec vigiliis, macerationibus et continuis jejúniis parcébat. Tantam viri Dei virtutem cum Satan ferre non posset, eum vexationibus primum, dein aperto certamine adórtus est; sed atrocissimas afflictiones patienter tolerábat Joannes Maria.

*Lectio VI*

Invitabátur sápius a curiónibus vicinis ut, Missionariorum moie, animarum saluti, qua concionando, qua confessiones excipiendo consuleret et singulis praesto semper erat. Studio gloriae Dei incensus, effecit, ut pia Missionum exercitia in amplius centum paroeciis, constituto perpetuo censu, instituerentur. Inter haec, Deo servum suum miraculis et charismatibus illustrante, orta est celebris illa peregrinatio, qua, per vicénnium centum fere millia hominum cujusque ordinis et aetatis, quotannis Ars conflúxerint non solum e Galliae et Europae, sed etiam Americae dissitis provinciis. Laboribus potius quam sènio consumptus, praenuntiat© suae mortis die, in osculo Domini quievit, die quarta Augusti, anno millesimo octingentesimo quinquagesimo nono, annos natus tres ac septuaginta. Quem multis clarum miraculis, Pius decimus inter Beatos, Pius vero undecimus inter Sanctos caélites anno sacro adscripsit, ejúsque festum ad universam Ecclesiam extendit.

## IN III NOCTURNO

*Lectiones de Communi primo loco.*
*Lectio pro festo commemorato legenda juxta Rubricas.*

*Lectio IX*

Joannes Maria Vianñey, in pago Dardilly Dioecesis Lugdunensis, piis ruriculis ortus, plura dedit sanctitatis indicia. Cum octénnis oves custodiret, puerulos ad imaginem Deiparae genufléxos, Rosarium, verbo et exemplo edocere solebat, et agris colendis addictus, de caelestibus meditabátur. Pauperum amantissimus, eos omnímodo adjuváre in deliciis habuit.

Ut erat tardions ingenii, divina ope implorata, ac theologia? cursu operóse confecto, dignus habitus est qui sacris initiarétur. Parochus renuntiatus, omnino squaléntis ac deserta? paroecias faciem fiorentissime renovavit. In conscientiis judicándis ac moderandis quotidie assiduus, atrocissima» Satanás vexationes patienter toleravit. Pia Missionum exercitia in amplius centum paroeciis instituit. Cum autem humillime de se sentiret, sancto fidelium desiderio, in suam paroeciam illum visendi gratia etiam ex dissitis provinciis accurrentium, se subdúcere conabatur. Laboribus potius quam sènio confectus praenuntiáto suae mortis die, in Dómino quievit, die quarta Augusti anno millesimo octingentesimo quinquagesimo nono, annos natus tres ac septuaginta. Quem tot clarum miraculis Pius decimus inter Beatos, Pius undecimus inter Sanctos caélites, anno sacro adscripsit. Te Deum.

*Vesperae de sequenti: commemoratio praecedentis*

*Missa* « Os Justi » *praeter orationem:* « Omnipotens et misericors Deus » *ut in Officio.*

## IN MARTYROLOGIO ROMANO

*Die 4. Augusti (secundo loco)*

In vico Ars, dioecesis Bellicensis in Gallia, sancti Joannis Baptistae Mariae Vianney, Presbyteri et Confessoris, in parochiali munere obeundo insignis; quem Pius Papa Undecimus in sanctorum numerum retulit eiusque festum quinto Idus mensis hujus agendum esse constituit.

*Die 9 Augusti (secundo loco)*

Sancti Joannis Baptistae Mariae Vianney, Presbyteri et Confessoris,, cujus dies natalis pridie nonas Augusti recensetur.

## URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI, referente subscripto Domino Secretario, Officium et Missam, nec non elogium in Martyrologio Romano inserendum Sancti Ioannis Baptistae Mariae Vianney, Confessoris, a Sacra Rituum Congregatione revisum et emendatum, prouti in superiore schemate prostat, benigne approbare dignatus est: illudque in festo eiusdem sancti Confessoris ab universali Ecclesia adhibendum concessit: servatis rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 14 Martii 1928.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
*S. R. C. Praefectus.*

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

# S. CONGREGATIO DE SEMINARIIS ET STUDIORUM UNIVERSITATIBUS

## DECLARATIO

Quaesitum est a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus: « Utrum, - habita ratione praescriptionis in Encyclica *Pascendi* contentae et declarationis ab eadem Sacra Congregatione redditae die XXIX Aprilis, anno MDCCCCXXVII, - laici, qui statum curriculum in scholastica philosophia antea non elaboraverint, admitti possint ad studium iuris canonici, ut valide lauream consequantur? »

Re delata Ssmo D. N. Pio Pp. XI a R. P. D. eiusdem Sacrae Congregationis Secretario in audientia diei xxix elapsi mensis Martii, Ssmus, adiunctis omnibus perpensis, respondere dignatus est:

*Affirmative.*

Romae, e Secretaria Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, die 11 Aprilis MDCCCCXXVIII.

GAIETANTJS CARD. BISLETI, *Praefectus.*

L. S S.

f Iacobus Sinibaldi, Ep. Tiberien., *Secretarius.*

# ACTA TRIBUNALIUM

## SACRA ROMANA ROTA

### *Citationes edictales*

I

MAEIAXOPOLITAN.

NULLITATIS MATRIMONII ( VI AN - CHARLEE Ol S )

Cum ignoretur locus actualis commorationis Adriani Charlebois, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 19 Iunii 1928, hora 1.2, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

*An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Adriani Charlebois curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

L. £8 S. . F . Guglielmi, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 11 Aprilis 1928.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Hadrien Charlebois, défendeur en cette cause, Nous le citons à conparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), 19 Juin 1928, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote. /

*Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce casf*

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Hadrien Charlebois devront, dans la mesure du . possible, l'avertir de la présente citation.

# n

## S. MARCI ET BISINIANEN.

## NULLITATIS MATRIMONII (LADEROHI-MOLINO)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Raphaelis Molino, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via delia Dataria, 94) die 22 Iunii 1928, hora 12, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

*An sententia Eotalis diei 20 Ianuarii 1928 sit confirmanda vel infirmanda in casu.*

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedicti Raphaelis Molino curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

L. £8 S. M. Massimi, Decanus, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 20 Aprilis 1928.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Raphaël Molino, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), 22 Juin 1928, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

*Doit-on confirmer ou casser la sentence Botale du 20 Janvier 1928 dans cette cause?*

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit M. Raphaël Molino, devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

# APPENDIX

## VICARIATUS URBIS

### DECRETUM

CONSOCIATIONIS S. FAMILIAE

Ad excitandum in christianis familiis pietatis studium erga Sacram Nazarethanam Familiam, in qua omnes homines absolutissimum domesticae societatis omnisque virtutis exemplar intueri possunt, f ei. rec. Leo Pp. XIII, datis litteris in forma Brevis sub die 14 Iunii 1893, Consociationem sub invocatione S. Familiae, iam in variis Orbis partibus feliciter institutam, non solum laudavit, sed, opportunis datis legibus et spiritualibus bonis ex Ecclesiae thesauro concessis, promovere et augere curavit. Inter alia constituit ut Pia Consociatio Romae apud Emum Vicarium in spiritualibus Generalem pro tempore Sanctitatis Suae centrum haberet, ita ut ipse Emus Patronus, a Rmo Sacrorum Rituum Congregationis Secretario duobusque aliis ad arbitrium suum Praelatis, necnon et ab alio ex ecclesiasticis Secretarii munere fungente adiutus, Consociationem ubique terrarum dirigeret ad servandum spiritum et indolem propriam institutionis et ad Consociationem ipsam magis ac magis in dies propagandam. Res iuxta votum Pontificis feliciter cessit et Consociatio, in omnibus terrae partibus diffusa, uberes fructus in christianis familiis hucusque produxit. Nunc vero ut maiore studio et ordine res prosequi valeat, SS. D. N. Pius Papa XI in audientia diei 17 Martii ann. curr. statuere dignatus est ut, in posterum praeter Rmum S. Rituum Congr. Secretarium Emo Patrono pro regimine Consociationis, vice duorum Praelatorum, adstent Secretarius Vicariatus nostri et Camerarius pro tempore Collegii Parochorum Urbis: Procurator vero Generalis pro tempore Instituti Filiorum Sanctae Familiae Iesu, Mariae et Ioseph, cuius domus princeps est in civitate Barcinonensi, Secretarii munus gerat iuxta regulas ab Emo Viro Lucidi M. Parocchi Antecessore nostro, die 8 Ianuarii 1893 adprobatas. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Vicariatus, die 3 Aprilis 1928.

£g BASILIUS CARD. VICARIUS

L. © S.

F. Can. Pascucci, *Secretarius.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SACRA CONGREGAZIONE PER LA CHIESA ORIENTALE

### DIFFIDA

In rapporto al *Monitum* pubblicato negli *Acta Apostolicae Sedis* del 2 corr. Aprile, la Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale, sola competente nel caso, mentre riconferma che non ha mai autorizzato, nè autorizza alcuno a questue di sorta, ritiene necessario rendere noti i nomi degli individui, che, dicendosi orientali o qualificandosi autorizzati a fare questue con esibizione di documenti non autentici o fotografie di personaggi ecclesiastici, hanno fatto in varie regioni questue o incetta di intenzioni di Messe.

Tali nomi, secondo le notizie pervenute a detta Sacra Congregazione, sono i seguenti:

Petros Thomas, che si è detto perfino sacerdote della diocesi siro-caldea di Babilonia ;

Padre *(sic)* Daniele, di cui si ignora il cognome, qualificatosi siro-caldeo;

Padre *(sie)* Schibon, che si è detto autorizzato a raccogliere elemosine per il Messico;

Giovanni Saliba, qualificatosi di Beyrouth;

A. Ich ou, laico caldeo, che si è professato catechista.

## SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 17 Aprile 1928, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Ordinaria* particolare, nella quale gli Emi Signori Cardinali, nonché i Revmi Prelati Officiali, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro votò sopra le seguenti materie:

I, Intorno alla validità dei Processi Ordinari ed Apostolici costruiti nella Curia arcivescovile di. Tours per la Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Maria Poussepin, Fondatrice dell'Istituto delle Suore di Carità della Presentazione di Maria Vergine di Tours.

IL Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti nelle Curie vescovili di Subiaco e Velletri, sopra alcuni miracoli nella Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Fr. Mariano da Rocca Casale, laico professo dell'Ordine dei Frati Minori.

III. Intorno alla validità di due Processi Apostolici costruiti nella Curia arcivescovile di Torino, sopra alcuni miracoli nella Causa di Canonizzazione del Beato

Giuseppe Benedetto Cottolengo, Fondatore della Piccola Casa della Divina Provvidenza e Canonico della Chiesa Collegiata del *Corpus Domini* in Torino.

IV. Intorno alla validità di due Processi Apostolici costruiti sopra alcuni miracoli nella causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dìo Antonio Maria Claret, Arcivescovo di S. Giacomo di Cuba, quindi titolare di Traianopoli, e Fondatore della Congregazione dei Missionari Figli dell'Immacolato Cuore di Maria.

V. Intorno alla validità dei Processi Ordinari ed Apostolici costruiti nelle Curie vescovili di Coutances ed Avranches, per la Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Placida Viel, seconda Superiora generale delle Suore delle Scuole Cristiane della Misericordia.

VI. Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti nella Curia arcivescovile di Westminster, per la Causa di Beatificazione o dichiarazione di martirio dei Ven. Servi di Dio Giorgio Haydock, Sacerdote secolare; Giovanni Roberti, Sacerdote dell'Ordine di S. Benedetto; Arturo Bell, Sacerdote dell'Ordine dei Prati Minori; Roberto Routwell, Sacerdote della Compagnia di Gesù; Filippo Howard, Conte di Arundel, e Compagni, uccisi, come si asserisce, in odio alla fede in Inghilterra negli anni 1592-1679.

VII. Intorno alla validità dei Processi Apostolici costruiti nella Curia ecclesiastica di Padova, sopra alcuni miracoli nella Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Ven. Serva di Dio Çiïovanna Elisabetta Bichier des Ages, Confondatrice dell'Istituto delle Figlie della Croce, dette Suore di S. Andrea.

VIII. E finalmente intorno alla validità del Processo Apostolico costruito nella Curia ecclesiastica di Aversa, sopra alcuni miracoli nella Causa di Canonizzazione del Beato Salvatore da Orta, laico professo dell'Ordine dei Frati Minori.

Martedì 24 Aprile 1928, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Riìii Signori Cardinali e col voto dei Rmi Prelati Officiali e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Riti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Serva di Dio Gemma Galgani.

Martedì I° Maggio 1928, presso l'Emo e Rmo Signor Cardinale Alessandro Verde, Ponente della Causa di Beatificazione e Canonizzazione del Ven. Servo di Dio Claudio de la Colombière, Sacerdote professo dèlia Compagnia di Gesù, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Riti *Antipreparatoria* per discutere tre miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del medesimo Venerabile, i quali vengono proposti per la sua beatificazione.

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Biglietti della Segreteria, di Stato il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*26 Marzo 1928.* L'Eccmo Monsig. Antonio Anastasio Rossi, Patriarca di Costantinopoli, *Consultore della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

*31* » » I Rmi Monsig. Sergio Ber Abrahamian, Sac. D. Francesco Agagianian e P. Felice M. Cappello S.I., *Consultori della Saera Congregazione per la Chiesa Orientale.*

*4 Aprile* » L'Eccmo Monsig. Antonio Anastasio Rossi, Patriarca di Costantinopoli, *Consultore della Sacra Congregazione dei Riti.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare-

is *Ottobre 1927.* Monsig. Valerio Valeri, Arcivescovo titolare di Efeso, *Delegato Apostolico di Egitto e di Arabia.*

*10 Novembre* » L'Emo Signor Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore delle Suore Adoratrici Perpetue del Ssmo Sacramento* (Roma).

*17 Marzo 1928.* Monsig. Francesco Roberti, *Referendario della Segnatura Apostolica.*

*21* » » L'Emo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore delle Religiose Mantellate Serve di Maria* (Roma).

» » » L'Emo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore dell'Istituto dei Fratelli dell'Istruzione Cristiana di S. Gabriele.*

*31* » » L'Emo Sig. Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore dei Preti delle Ssme Stimmate di N. S. G. C.*

*17 Aprile* » L'Emo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore delle Suore Serve del Ssmo Cuore di Gesù* (Soissons).

*19* » » L'Emo Signor Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore delle Suore Terziarie Francescane dell'Immacolata Concezione* (Valenza).

## MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

### NOMINE

Con Biglietti di S. E. Bma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*Camerieri Segreti Soprannumerari di S. 8.:*

*8 Ottobre 1927.* Monsig. Raffaele Piedra Pavón, della diocesi di Concezione.

*27 Marzo. 1928.* Monsig. Isidoro Steczko, dell'archidiocesi di Cracovia.

*27 Marzo 1928.* Monsig. Matteo Jez, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Leja, della medesima archidiocesi.
*28* » » Monsig. Bernardo Polak, della diocesi di Lavant.
*SI* » » Monsig. Giuseppe M. Da Silva, dell'archidiocesi di Braga.
*4 Aprile* » Monsig. Carlo Krenn, della diocesi di Seckau.
» » » Monsig. Luigi Kahr, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Steiner, della medesima diocesi.
*21* » » Monsig. Cesare Biasi, della diocesi di Verona.

*Camerieri Segreti di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:*

*26 Marzo 1928.* Il sig. Guido Barbolani de' Conti di Montauto, dell'archidiocesi di Firenze.
*27* » » Il sig. Marchese Augusto de Colbert, dell'archidiocesi di Bourges.
*4 Aprile* » Il sig. Visconte Pietro de Terssac, dell'archid. di Toulouse.

*Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. 8.:*

*2 Aprile 1928.* Monsig. Michele Eliceche, della diocesi di Vitoria.
*4* » » Monsig. Andrea Kainz, della diocesi di S. Ippolito.
» » » Monsig. Rodolfo Süss, della medesima diocesi.
*17* » • » Monsig. Giovanni Schulte, dell'archidiocesi di Colonia.

*Camerieri d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:*

*29 Marzo 1928.* Il sig. Tiberio Tonini, della diocesi di Trento.
*13 Aprile* » Il sig. Eduardo Capozzi, della diocesi di Avellino.

*Cappellano Segreto d'Onore di S. S.:*

*4 Aprile 1928.* Monsig. Luigi Lang, della diocesi di Seckau.

**26 Aprile 1928: 11 sig. Barone Giovanni di Trétaigne, della diocesi di Soissons, è stato radiato da Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di Sua Santità.**

# NECROLOGIO

*13 Marzo 1928.* Monsig. Francesco di Paola Grozo, Vescovo di Cajamarea.
*18 Aprile* » Monsig. Gioacchino Arrospide, Vescovo di Melo (Uruguay).
*22* "» » Monsig. Giuseppe Mora y del Rio, Arcivescovo di Mexico.
» » » Monsig. Algernon Charles Stanley, Vesc. tit. di Emmaus
*20* *n* » Monsig. Angelo M. Filippo Sinibaldi, Vescovo di Segni.

Annus XX - Toi. XX 1 Iunii 1928 Num. 6

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

## COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. XI

## LITTERAE ENCYCLICAE

AD RR. PP. DD. PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE COMMUNI EXPIATIONE SACRATISSIMO CORDI IESU DEBITA.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Miserentissinius Redemptor noster cum in ligno Crucis salutem humano generi peperisset, ante quam de hoc mundo ad Patrem adscenderet, anxios ut consolaretur apostolos discipulosque suos : « Ecce - inquit - ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi **A** .[1] . Vox quidem ista, sane periucunda, omnis .[est spei effectrix ac securitatis; eademque, Venerabiles Fratres, facile Nobis succurrit, quotiescumque de éditiore hac quasi specula et universam hominum societatem tantis malis miseriisque laborantem et Ecclesiam ipsam, oppugnationibus sine ulla mora pressam insidiisque, circumspicimus. Divina enim eiusmodi promissio, quemadmodum initio iacentes Apostolorum erexit animos erectosque ad evangelicae doctrinae semina per orbem terrarum iacienda incendit atque inflammavit, ita Ecclesiam deinceps adversus portas inferi aluit ad victoriam. Adfuit profecto Dominus

[1] MATTH., XXVIII, 30.

Iesus Christus nullo non tempore Ecclesiae suae; at praesentiore tamen auxilio praesidioque tum adfuit, cum ea gravioribus periculis incommodisve conflictata est, suppeditante scilicet remedia, ad temporum rerumque condicionem apta admodum, divina illa Sapientia, quae « attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter ».[1] Sed ne recentiore quidem aetate « abbreviata est manus Domini »,[2] praesertim cum .error irrepsit et satis late propagatus est, unde metuendum fuit, ne hominibus ab Dei amore ac consuetudine prohibitis christianae vitae fontes quodammodo arescerent. Quae vero, cum sese Mariae Margaritae Alacoque conspiciendum dedit, amantissimus Iesus conquestus est, quae praeterea ab hominibus, in ipsorum demum profectum, exspectare se ac velle significavit, ea cum alii e populo fortasse adhuc ignorent, neglegant alii, placet, Venerabiles Fratres, de honestae, quae dicitur, satisfactionis officio, quo erga Cor Iesu Sacratissimum obstringimur, affari vos aliquantulum, hac quidem mente, ut gregem quisque vestrum, quicquid vobiscum eommunicaverimus, studiose doceatis atque ad exsequendum excitetis.

Inter cetera infinitae Eedemptoris nostri benignitatis documenta, illud potissimum elucet, quod, defervescente christifidelium caritate, ipsa Dei caritas ad honorandum peculiari cultu proposita est eiusque bonitatis divitiae late patefactae sunt per eam religionis formam qua Sacratissimum Cor Iesu colitur, « in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi ».[3] Nam, ut quondam humanae genti e Noetica arca exeunti amici foederis signum illueeseere Deus voluit, « arcum apparentem in nubibus »,[4] sic turbulentissimis recentioris aevi temporibus, cum vaferrima omnium serperet haeresis illa ianseniana, amori in Deum pietatique inimica, quae Deum non tam diligendum ut patrem quam extimescendum ut implacabilem iudicem praedicabat, benignissimus Iesus Cor suum Sacratissi-

[1] *Sap.*, VIII, 1.
[2] Ts., LIX, 1.
[3] *Coloss.*, II, 3.
[4] *Gen.*, II, 14.

mum, quasi pacis et caritatis vexillum, elatum gentibus ostendit, haud dubiam portendens in certamine victoriam. Siquidem apposite f. r. decessor Noster Leo XIII, in Litteris Encyclicis « Annum Sacrum », tantam cultus Sacratissimi Cordis Iesu opportunitatem admiratus, edicere non dubitavit: « Cum Ecclesia per proxima originibus tempora caesareo iugo premeretur, conspecta sublime adolescenti imperatori crux amplissimae victoriae, quae mox est consecuta, auspex simul atque effectrix. En alterum hodie oblatum oculis auspicatissimum divinissimumque signum: videlicet Cor Iesu sacratissimum, superimposita cruce, splendidissimo candore inter flammas elucens. In eo omnes collocandae spes; ex eo hominum petenda atque exspectanda salus ».

Ac iure id quidem, Venerabiles Fratres; in illo enim auspicatissimo signo atque in ea, quae exinde consequitur, pietatis forma nonne totius religionis summa atque adeo perfectioris vitae norma continetur, quippe quae et ad Christum Dominum penitus cognoscendum mentes conducat expeditius et ad eundem vehementius diligendum pressiusque imitandum animos inflectat efficacius? Nemo igitur miretur, hanc probatissimam religionis formam decessores Nostros continenter et a calumniatorum criminationibus vindicasse et summis laudibus extulisse et vehementi provexisse studio, prout temporum rerumque rationes postularent. Dei autem adspirante numine factum est ut pia christifidelium erga Sacratissimum Cor Iesu voluntas maiora in dies incrementa caperet; hinc piae illae passim excitatae sodalitates divini Cordis cultui, promovendo; hinc consuetudo illa sacrae Synaxis, ad Christi Iesu optatum prima cuiusque mensis feria sexta suscipiendae, quae quidem consuetudo passim hodie obtinet.

At certe inter cetera illa, quae proprie ad Sacratissimi Cordis cultum pertinent, pia eminet ac memoranda est consecratio, qua, nos nostraque omnia aeternae Numinis caritati accepta referentes, divino Iesu Cordi devovemus. Eiusmodi autem devotionis officium, eum, quantum averet sibi ab hominibus reddi, non tam iure suo quam immensa in nos caritate permotus, Salvator Noster innocentissimam Cordis sui discipulam Margaritam Mariam docuis-

set, ipsamet, eum suo pietatis magistro Claudio de la Colombière, prima omnium praestitit; secuti sunt, procedente tempore, singuli nomines, deinde privatae familiae et consociationes, denique vel ipsi magistratus, civitates et regna. Quoniam autem, superiore aetate atque hac ipsa nostra, impiorum hominum machinationibus huc deventum est, ut detrectatum Christi Domini imperium bellumque in Ecclesiam publice commotum sit, latis legibus scitisque populorum promotis iuri divino ac naturali repugnantibus, immo vel comitiis habitis conclamantium, « Nolumus hunc regnare super nos » :[1] ex ea profecto consecratione, quam diximus, una omnium vox veluti erumpebat atque ex adverso opponebatur acerrime clientum Sacratissimi Cordis ad vindicandam eius gloriam et asserenda eius iura: « Oportet Christum regnare :[2] Adveniat regnum tuum ». Ex quo tandem factum feliciter, lit universitas ipsa generis humani, quam Christus, in quo uno instaurantur omnia,[3] nativo iure possidet suam, huius saeculi initio eidem Cordi Sacratissimo a f. r. decessore Nostro Leone XIII, christiano orbe plaudente, dedicaretur.

Haec vero tam fausta tamque iucunda incepta, quemadmodum Litteris Nostris Encyclicis « Quas primas » docuimus, diuturnis optatis votisque quamplurimis Episcoporum et fidelium concedentes, Nosmet ipsi, Deo dante, tandem complevimus ac perfecimus cum, piaculari anno exeunte, Christi universorum Eegis festum instituimus, sollemniter toto christiano orbe concelebrandum. Quod cum faceremus, non modo summum illud quod Christus obtinet in rerum universitatem, in societatem et civilem et domesticam, in singulos homines imperium in luce collocavimus, sed etiam gaudia iam tum illius diei praecepimus auspicatissima quo die omnis orbis libens volensque Christi Eegis suavissimae dominationi parebit. Qua de causa tum simul ediximus, ut per constituti illius diei festi occasionem haec eadem consecratio renovaretur quotannis, ad eiusdem fructum consecrationis certius ube-

[1] Luc, XIX, 14.

[2] *I Cor.,* XV, 25.

[3] *Eph.,* I, 10.

riusque consequendum et ad populos omnes in Corde Régis regum et Domini dominantium christiana caritate et pacis conciliatione copulandos.

Verum officiis hisce omnibus, praesertim tam frugiferae consecrationi, per sacram Christi Regis sollemnitatem veluti confirmatae, aliud accedat oportet, de quo vobiscum, Venerabiles Fratres, paulo fusius in praesenti colloqui libet : honestae satisfactionis, inquimus, seu reparationis, quam dicunt, officium Sacratissimo Cordi Iesu praestandum. Nam, si illud est in consecratione primum ac praecipuum ut amori Creatoris creaturae amor rependatur, alterum sponte hinc sequitur, ut eidem increato Amori, si quando aut oblivione neglectus, aut offensa violatus sit, illatae quoquo modo iniuriae compensari debeant: quod quidem debitum reparationem vulgato nomine vocamus.

Quodsi ad utramque rem iisdem prorsus rationibus impellimur, reparandi tamen expiandique officio ob validiorem quendam iustitiae et amoris titulum tenemur: iustitiae quidem, ut irrogata Deo nostris flagitiis expietur offensa et violatus ordo paenitentia redintegretur; amoris vero, ut Christo patienti ac « saturato opprobriis compatiamur » eique nonnihil solacii pro tenuitate nostra afferamus. Peccatores enim cum simus omnes multisque onerati culpis, noú eo solo cultu Deus noster nobis est honorandus, quo vel eius summam Maiestatem debitis obsequiis adoremus, vel eius supremum dominium precando agnoscamus, vel eius infinitam largitatem gratiarum actionibus laudemus; sed praeterea Deo iusto vindici satisfaciant, s oportet « pro innumerabilibus peccatis et offensionibus et negligentia » nostris. Consecrationi igitur, qua Deo devoventur et sancti Deo vocamur, ea sanctitate ac firmitate quae, ut docet Angelicus,[1] consecrationis est propria, addenda est expiatio, qua penitus peccata- exstinguantur, ne forte indignitatem nostram impudentem reverberet summae iustitiae sanctitas munusque nostrum potius arceat invisum quam gratum suscipiat.

Hoc autem expiationis officium humano generi universo incumbit, quippe quod, ut christiana docemur fide, post Adae miserandum

[1] II, II, q. 81, a. 8. c. , . .

casum, hereditaria labe infectum, concupiscentiis obnoxium et miserrime depravatum, in perniciem detrudendum fuisset sempiternam. Id quidem superbi hac nostra aetate sapientes, veterem Pelagi errorem secuti, inficiantur, nativam quandam virtutem humanae naturae iactantes quae suapte vi ad altiora usque progrediatur; sed falsa haec humanae superbiae commenta reiicit Apostolus, illud nos admonens: « natura eramus filii irae ».[1] Et sane iam ab initio communis illius expiationis debitum quasi agno vere homines et Deo sacrificiis vel publicis placando, naturali quodam sensu ducti, operam dare coeperunt.

At nulla creata vis hominum sceleri bus expiandis erat satis, nisi humanam naturam Dei Filius reparandam assumpsisse^ Quod quidem ipse hominum Salvator sacri Psaltis ore nuntiavit: «Hostiam et oblationem noluisti, corpus autem ap tasti mihi; holocautomata pro peccato non tibi placuerunt: tunc dixi: Ecce yenio »[2] Et reapse « vere languores nostros ipse tulit et dolores nostros ipse portavit; vulneratiis est propter iniquitates nostras»[3] et «peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum...[4] deJens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, et ipsum tulit de medio affigens illud cruci...[5] ut peccatis mortui iustitiae vivamus ».[6]

Quamquam vero copiosa Christi redemptio abunde nobis ce omnia delicta donavit »,[7] ob miram tamen illam divinae Sapientiae dispensationem, qua in carne nostra adimplenda sunt quae desunt passionum Christi pro corpore eius quod est Ecclesia,[8] etiam laudibus et satisfactionibus, « quas Christus in nomine peccatorum Deo persolvit » nostras quoque laudes et satisfactiones adiicere possumus, immo etiam debemus. At semper memineri-

[1] *Eph.*, *11,* 3.

[2] *Hebr.*, *X,* 5-7.

[3] Is., V, 3; IV, 5.

* I PETR., II, 24.

[5] *Coloss.*, *Il,* 14.

[6] I PETR., II, 24.

[7] Cf. *Coloss.*, II, 13.

* Cf. *Coloss.*, I, 24.

mus oportet, totam expiationis virtutem ab uno Christi cruento sacrifìcio pendere, quod sine temporis intermissione in nostris altaribus incruento modo renovatur, siquidem « una eademque est Hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tunc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diversa »;[1] quamobrem cum hoc augustissimo Eucharistico sacrificio et ministrorum et aliorum fidelium immolatio coniungi debet ut ipsi quoque, « hostias viventes, sanctas, Deo placentes »[2] sese exhibeant. Quin immo S. Cyprianus affirmare non dubitat « sacrificium dominicum legitima sanctificatione non celebrari, nisi oblatio et sacrificium nostrum responderit passioni ».[3] Quapropter nos monet Apostolus, ut « mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes »,[4] atque cum Christo consepùlti et compiantati similitudini mortis eius,[5] non modo carnem nostram crucifigamus cum vitus et concupiscentiis,[6] « fugientes eius quae in mundo est concupiscentiae corruptionem »;[7] sed « et vita Iesu manifestetur in corporibus nostris »[8] et, aeterni eius sacerdotii participes effecti, offeramus « dona et sacrificia pro peccatis ».[9] Neque enim arcani huius sacerdotii et satisfaciendi sacrificandique muneris participatione ii soli fruuntur, quibus Pontifex noster Christus Iesus administris utitur ad oblationem mundam divino Nomini ab ortu solis usque ad occasum omni loco offerendam,[10] sed etiam christianorum gens universa, ab Apostolorum Principe « genus electum, regale sacerdotium»[11] iure appellata, debet cum pro Se, tum pro toto humano genere offerre pro peccatis,[12] haud aliter

[1] Conc. Trid., sess. XXII, c. 2.
[2] *Rom.*, XII, 1.
[3] Ep. 63, n. 381.
[4] *II Cor.*, IV, 10.
[5] Cf. *Rom.*, VI, 4-5.
[6] Cf. *Gal*, V, 24.
[7] II PETR., I, 4.
[8] *II Cor.*, IV, 10.
[9] *Hebr.*, V, 1.
[10] MALACH., I, 11.
[11] I PETR., II, 9.
[12] Cf. *Hebr.*, V, 2.

propemodum quam sacerdos omnis ac pontifex « ex ¡íiominibus assumptus pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum}).[1]

Quo autem perfectius oblatio nostra nostramque sacrificium sacrificio dominico responderit, idest amorem nostri cupiditatesque nostras immolaverimus et carnem crucifixerimus crucifixione ea mystica, de qua loquitur Apostolus, eo uberiores propitiationis atque expiationis pro nobis aliisque percipiemus fructus. Mirifica enim viget fidelium omnium cum Christo necessitudo, qualis inter caput et cetera corporis membra intercedit, itemque arcana illa, quam fide catholica profitemur, Sanctorum communione, cum singuli homines tum populi non modo coniunguntur inter se, sed etiam cum eodem « qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum et connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis sui facit in aedificationem sui in caritate ».[2] Quod quidem Mediator ipse Dei et hominum Christus Iesus, morti proximus, a Patre postularat: « Ego in eis et tu in me ut sint consummati in unum ».[3]

Quemadmodum igitur unionem cum Christo profitetur ac firmat consecratio, ita expiatio eamdem unionem et, culpas detergendo, inchoat et, Christi passiones participando, perficit et, victimas pro fratribus offerendo, consummat. Atque id sane miserentis Iesu consilium fuit, cum Cor nobis suum, insignia passionis praeferens ac flammas amoris ostentans, patere voluit, scilicet ut hinc infinitam peccati malitiam cóniectantes, illinc Reparatoris caritatem infinitam admirati, et peccatum vehementius detestaremur et caritati ardentius vicem redderemus.

Et vere expiationis potissimum seu reparationis spiritus primas semper potioresque partes habuit in cultu Sacratissimo Cordi Iesu exhibendo, nihilque eo congruentius origini, indoli, virtuti, industriis quae huic religionis formae sunt propriae, ut rerum memoria et usus, sacra item liturgia atque Summorum Pontificum acta confirmant. Siquidem cum se conspiciendum

[1] *Hebr.*, V, 1.

[2] *Eph.*, IV, 15-16.

[3] Io., XVII, 23.

Margaritae Mariae exhiberet Christus, caritatis suae infinitatem praedicans, simul, maerentis instar, tot tantasque sibi inustas ab ingratis hominibus iniurias in haec verba conquestus est, quae utinam in piorum animis insiderent nullaque unquam oblivione delerentur : « En Cor Illud - inquit - quod tantopere homines amavit beneficii sque omnibus cumulavit, quodque amori suo infinito non tantum redditam gratiam nullam invenit, at contra oblivionem, neglectum, contumelias, easque ab iis etiam illatas nonnunquam, qui amoris peculiaris debito officioque tenerentur ». Ad quas quidem culpas eluendas cum alia complura, tum haec praesertim sibi gratissima commendavit: ut eadem expiandi mente homines de altari libarent, - quam « Communionem Eeparatricem » vocant, - et supplicationes item piaculares ac preces, per solidam horam productas, adhiberent, - quae « Hora Sancta » verissime appellatur: quas quidem pietatis exercitationes non modo Ecclesia probavit, sed etiam copiosis spiritualibus largitionibus locupletavit.

At enim beate regnantem Christum in caelis qui piaculares eiusmodi ritus consolari queant? Scilicet - « da amantem et sentit quod dico »[1] - reponimus, Augustini verbis usi, quae in hunc locum aptissime cadunt.

Dei enim amantissimus quisque, si praeteriti temporis spatium respiciat, videt meditando intueturque Christum pro homine laborantem, dolentem, durissima quaeque perpetientem, « propter nos homines et propter nostram salutem » tristitia, angoribus, opprobriis paene confectum, immo « attritum propter scelera nostra »[2] ac suo nos livore sanantem. Atque haec omnia eo verius piorum meditantur animi, quod peccata hominum ac flagitia quovis tempore perpetrata in causa fuerunt cur Dei Filius morti traderetur, eademque nunc etiam mortem ipsam per se essent Christo illatura iisdem cum doloribus maeroribusque coniunctam, quippe singula passionem Domini suo quodam modo renovare censeantur: « Rursus crucifigentes sibimetipsis Filium Dei et

[1] ***In Ioannis evangelium,*** tract, xxvi, 4.

[2] **Is., LUI, 5.**

ostentili habentes ».[1] Quodsi propter peccata quoque nostra, quae futura quidem erant at praevisa, anima Christi tristis facta est usque ad mortem, haud dubium quin solacii nonnihil iam tum ceperit etiam e nostra, item praevisa, reparatione, cum «apparuit illi Angelus de caelo »,[2] ut Cor eius taedio et angoribus oppressum consolaretur. Atque ita Cor Illud sacratissimum, quod ingratorum hominum peccatis continenter sauciatur, etiam nunc mira quidem sed vera ratione solari possumus ac debemus, quandoquidem - ut in sacra quoque liturgia legitur - ex ore Psaltis Christus ipse se ab amicis suis derelictum conqueritur: « Improperium exspectavit Cor meum et miseriam, et sustinui qui simul contristaretur et non fuit, et qui consolaretur et non inveni ».[3]

Accedit quod passio Christi expiatrix renovatur et quodammodo continuatur et adimpletur in corpore suo mystico, quod est Ecclesia. Etenim, ut rursus Sancti Augustini* verbis utamur, « passus est Christus quidquid pati debuerat; iam de mensura passionum nihil deest. Ergo impletae sunt passiones sed in capite; restabant adhuc Christi passiones in corpore». Quod quidem Dominus ipse Iesus declarare dignatus est, cum ad Saulum « adhuc spirantem minarum et caedis in discipulos »[5] loquens: « Ego sum *- inquit - Iesus quem tu persequens »,[6] haud obscure significans, commotis in Ecclesiam insectationibus, ipsum divinum oppugnari ac vexari Ecclesiae Caput. Iurejigitur meritoque Christus in corpore suo mystico adhuc patiens nos expiationis suae socios habere exoptat, idque etiam ipsa nostra cum eo necessitudo postulat; nam cum simus « corpus Christi et membra de membro »,[7] quidquid patitur caput, omnia cum eo membra patiantur oportet.[8]

Quantopere autem huiusmodi expiationis seu reparationis necessitas hac nostra potissimum aetate urgeat, nemini non ma-

[1] *Hebr.,* VI, 6.
[2] Luc, XXII, 43.
[3] *Ps.,* liXVIII, 21.
« *In Ps. 86.*
[5] *Act.,* IX, 1.
« *Act.,* IX, 5.
[7] *I Cor.,* XII, 27.
* Cf. *I Cor.,* XII, 26.

nifestum erit, qui, ut initio diximus, hunc mundum «in maligno positum »,[1] oculis animoque perlustraverit. Undique enim gementium ad Kos populorum clamor adscendit, quorum principes vel rectores vere adstiterunt et convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Ecclesiam eius.[2] Per regiones quidem illas iura omnia divina et humana permisceri cernimus. Templa deiici atque everti, religiosi viri ac sacrae virgines e suis aedibus deturbari et conviciis, saevitiis, inedia, carcere affligi; puerorum ac puellarum greges e gremio Ecclesiae matris abripi atque ad eiurandum Christum et blasphemandum, ad luxuriae pessima crimina induci; christianorum plebs universa, exanimata vehementer ac disiecta, perpetuo in discrimine aut defectionis a fide aut mortis vel atrocissimae versari. Quae profecto tam tristia sunt, ut per eiusmodi eventus praenuntiari iam nunc ac portendi dixeris « initia dolorum » illa, quae allaturus est « homo peccati extollens se supra omne quod dicitur Deus aut colitur ».[3]

At magis etiam dolendum, Venerabiles Fratres, quod inter ipsos fideles, sanguine Agni immaculati in baptismo ablutos grataque locupletate, tot inveniantur cuiusvis ordinis homines, qui incredibili rerum divinarum ignorantia laborantes et falsis doctrinis infecti, vitiis irretitam procul a domo Patris vitam traducant, quam nec verae fidei lumen collustrat, nec spes futurae beatitatis delectat nec ardor reiicit fovetque caritatis, ut sedere in tenebris et in umbra mortis vere videantur. Praeterea inter fideles ecclesiasticae disciplinae veterumque institutorum percrebrescit incuria, quibus vita omnis christiana nititur, domestica societas regitur, coniugii sanctitas munitur; neglecta prorsus aut mollioribus depravata blanditiis puerorum institutio, et vel adempta Ecclesiae iuventutis christiane educandae facultas ; christiani pudoris in vita cultuque praesertim muliebri lacrimabilis oblivio; fluxarum rerum effrenata cupiditas, civilium rationum immoderatio, aurae popularis captatio exlex, legitimae auctori-

[1] I Io., V, 19.
[2] Cf. *Ps.,* II, 2.
[3] *II Thessal.,* II, 4.

tatis detrectatio denique verbi Dei contemptus, quo fides labefaetatur ipsa vel in proximum discrimen adducitur.

Hisce vero malis veluti in cumulum accedit cum eorum ignavia atque socordia, qui, dormitantium et fugientium instar discipulorum, nutantes in fide, Christum angoribus oppressum vel Satanae satellitibus circumventum misere derelinquunt, tum eorum perfidia, qui, Iudae proditoris exemplum secuti, aut temere et sacrilege de altari libant, aut ad hostium castra transfugiunt. Atque ita vel invitum subit cogitatio animum, iam propius adventare tempora de quibus Dominus Noster vaticinatus est: « Et quoniam abundavit iniquitas,. refrigescet caritas multorum ».[1]

Quae quidem omnia quotquot pie commentati erunt fideles, facere non poterunt, quin, Christi perdolentis incensi caritate, vehementiore studio suas aliorumque culpas expient, Christi honorem resarciant, aeternamque provehant animarum salutem. Et sane illud Apostoli: « Ubi abundavit delictum, superabundavit gratia »[2] aliquo pacto ad hanc quoque aetatem nostram describendam accommodare licet; nam, aucta admodum perversitate hominum, mirifice item, Spiritu Sancto afflante, numerus fidelium utriusque sexus augetur, qui alacriore animo, pro tot illatis iniuriis divino Cordi satisfacere student, immo etiam se ipsos Christo victimas offerre non dubitant. Etenim quae usque adhuc memoravimus si quis secum animo reputet amanter eademque veluti in medullis defixa habeat, fieri profecto non potest quin is non tam ab omni peccato tamquam summo malo abhorreat atque abstineat, quam se totum Dei voluntati permittat, et laesum divinae Maiestatis honorem, cum continenter orando, tum afiTictationibus sponte susceptis aerumnisque, si quae inciderint, patienter toleratis, tum tota demum vita hoc expiationis studio exigenda, resarcire contendat.

Atque hinc exortae quoque sunt religiosae familiae virorum ac mulierum complures, quae ambitioso quodam famulatu diu noctuque personam quodammodo Angeli Iesum in horto consolanti^

[1] MATTH., XXÏV, 12.

[2] *Rom.,* V, 20.

gerere sibi habent propositum; hinc piorum hominum consociationes ab Apostolica item Sede approbatae indulgentiisque auctae, quae eandem sibi expiandi partem assumunt, idoneis religionis ac virtutum exercitationibus adimplendam; hinc denique, ut alia praetereamus, divinum honorem violatum reparandi gratia religiones inductae sollemnesque protestationes quas vocant, non modo ; a singulis christifidelibus, sed etiam a paroeciis, a dioecesibus, a civitatibus passim usurpatae.

Quae cum ita sint, Venerabiles Fratres, quemadmodum consecrationis ritus, a tenuioribus exorsus initiis, latiusque deinde pervagatus, optatum denique cepit e Nostra confirmatione splendorem, ita huius expiationis seu piae reparationis morem iampridem sancte inductum sancteque propagatum, Nostra item apostolica auctoritate sanciri firmius sollemniusque celebrari ab universo catholico nomine percupimus. Quocirca decernimus ac mandamus ut quotannis, in festo Sacratissimi Cordis Iesu - quod quidem hac occasione ad gradum duplicis primae classis cum octava evehi iussimus - in templis omnibus, qua late patet terrarum orbis, eadem amantissimo Salvatori Nostro, iisdem concepta verbis, secundum exemplar quod hisce Litteris subiicimus, precatio piacularis seu protestatio, ut aiunt, sollemniter recitetur, qua et culpae nostrae defleantur omnes et iura Christi summi Regis ac Domini amantissimi violata resarciantur.

Non est profecto, Venerabiles Fratres, cur dubitemus, quin ex hac sancte instaurata religione, atque universae Ecclesiae imperata, multa ac praeclara bona non modo singulis hominibus, sed sacrae etiam et civili et domesticae societati obveniant, quandoquidem ipse Redemptor noster Margaritae Mariae spopondit « eos omnes qui hoc honore Cor suum affecissent, caelestium gratiarum copia cumulatum iri». Peccatores quidem «videntes in quem transfixerunt »,[1] et totius Ecclesiae gemitibus fletibusque commoti, de iniuriis Summo Regi illatis dolendo, « redibunt ad cor »,[2] ne forte in culpis suis obfirmati, cum Eum,

[1] Io., XIX, 37.

[2] Is., XLVI, 8.

quem pupugerunt, viderint « venientem in nubibus caeli »[1] sero et frustra plangant se super Eum.[2] Iusti vero iustificabuntur et sanctificabuntur adhuc,[3] et servitio sui Eegis, quem tam contemptum et oppugnatum, tot tantisque contumeliis affectum cernunt, novo se totos ardore devovebunt; sed imprimis studio salutis animarum provehendae fiagrabunt, cum questum illum divinae Victimae perpendere consueverint: « Quae utilitas in sanguine meo? »[4] ac simul gaudium quod erit Sacratissimo eidem Cordi Iesu « super uno peccatore poenitentiam agente ».[5] Atque illud praecipue optamus vehementer speramusque fore, ut ea divini iustitia Numinis, quae propter decem iustos misericors Sodomis pepercisset, multo magis hominum generi universo sit parcitura, a fidelium communitate, una cum Christo Mediatore et Capite, omnium loco ac nomine comprecantum, suppliciter invocata et placata feliciter. Hisce denique votis inceptisque Nostris praesens arrideat Virgo Dei Parens benignissima, quae, cum Iesum nobis Redemptorem ediderit, abierit, apud crucem hostiam obtulerit, per arcanam cum Christo coniunctionem eiusdemque gratiam omnino singularem, Reparatrix item exstitit pieque appellatur. Cuius Nos confisi apud Christum deprecatione, qui unus cum sit « Mediator Dei et hominum »,[6] suam sibi Matrem adsciscere voluit peccatorum advocatam gratiaeque ministram ac mediatricem, caelestium munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres, vestrisque curis concredito gregi universo, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Maii anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

[1] MATTH., XXVI, 64.
[2] Cf. *Apoc,* I, 7.
[3] Cf. *Apoc,* XXII, 11.
[4] *Ps. 19,* 10.
[5] Luc, XV, 4.
[6] *I Tim.,* II, 5.

# PRECATIO PIACULARIS AD SACRATISSIMUM COR IESU

Iesu dulcissime, cuius effusa iu homines caritas, tanta oblivione, negligentia, contemptione, ingratissime rependitur, en nos, ante altaria tua provoluti, tam nefariam hominum socordiam iniuriasque, quibus undique amantissimum Cor tuum afficitur, peculiari honore resarcire contendimus.

Attamen, memores tantae nos quoque indignitatis non expertes aliquando fuisse, indeque vehementissime dolore commoti, tuam in primis misericordiam nobis imploramus, paratis, voluntaria expiatione compensare flagitia non modo quae ipsi patravimus, sed etiam illorum, qui, longe a salutis via aberrantes, vel te pastorem ducemqne sectari detrectant, in sua infidelitate obstinati, vel, baptismatis promissa conculcantes, suavissimum tuae legis iugum excusserunt.

Quae deploranda crimina, cum universa expiare contendimus, „ tum nobis singula resarcienda proponimus: vitae cultusque immodestiam atque turpitudines, tot corruptelae pedicas innocentium animis instructas, dies festos violatos, exsecranda in Te tuosque Sanctos iactata maledicta atque in tuum Vicarium ordinemque sacerdotalem convicia irrogata, ipsum denique amoris divini Sacramentum vel neglectum vel horrendis sacrilegiis profanatum, publica postremo nationum delicta, quae Ecclesiae a Te institutae iuribus magisterioque reluctantur.

Quae utinam crimina sanguine ipsi nostro eluere possemus! Interea ad violatum divinum honorem resarciendum, quam Tu olim Patri in cruce satisfactionem obtulisti quamque cotidie in altaribus renovare pergis, hanc eandem nos tibi praestamus, cum Virginis Matris, omnium Sanctorum, piorum quoque fidelium expiationibus coniunctam, ex animo spondentes, cum praeterita nostra aliorumque peccata ac tanti amoris incuriam firma fide, candidis vitae moribus, perfecta legis evangelicae, caritatis potissimum, observantia, quantum in nobis erit, gratia tua favente, nos esse compensaturos, tum iniurias tibi inferendas pro viribus prohibituros, et quam plurimos potuerimus ad tui sequelam convocaturos. Excipias quaesumus, benignissime Iesu, B. Virgine Maria Eeparatrice intercedente, voluntarium huius expiationis obsequium nosque in officio tuique servitio fidissimos ad mortem usque velis, magno illo perseverantiae munere, continere, ut ad illam tandem patriam perveniamus omnes, ubi Tu cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in saecula saeculorum. Amen^

# ATTO DI RIPARAZIONE
# AL SACRATISSIMO CUORE DI GESÜ

Gesù dolcissimo, il cui immenso amore per gli uomini viene con tanta ingratitudine ripagato di oblio, di trascuratezza, di disprezzo, ecco che noi prostrati dinanzi ai vostri altari intendiamo riparare con particolari attestazioni di onore una così indegna freddezza e le ingiurie con le quali da ogni parte viene ferito dagli uomini l'amantissimo vostro Cuore.

Ricordevoli però che noi pure altre volte ci macchiammo di tanta indegnità e provandone vivissimo dolore, imploriamo anzitutto per noi la vostra misericordia, pronti a riparare con volontaria espiazione, non solo i peccati commessi da noi, ma anche quelli di coloro che, errando lontano dalla via della salute, o ricusano di seguire Voi come pastore e guida ostinandosi nella loro infedeltà, o calpestando le promesse del Battesimo hanno scosso il soavissimo giogo della vostra legge.

E mentre intendiamo espiare tutto il cumulo di sì deplorevoli delitti, ci proponiamo di ripararli ciascuno in particolare: l'immodestia e le brutture della vita e dell'abbigliamento, le tante insidie tese dalla corruttela alle anime innocenti, la profanazione dei giorni festivi, le ingiurie esecrande scagliate contro Voi e i vostri Santi, gli insulti lanciati contro il vostro Vicario e l'ordine sacerdotale, le negligenze e gli orribili sacrilegi ond'è profanato lo stesso Sacramento dell'amore divino, e in fine le colpe pubbliche delle nazioni che osteggiano i diritti e il magistero della Chiesa da Voi fondata.

Ed oh, potessimo noi lavare col nostro sangue questi affronti! Intanto come riparazione dell'onore divino conculcato, noi Vi presentiamo, - accompagnandola con le espiazioni della Vergine vostra Madre, di tutti i Santi e delle anime pie, - quella soddisfazione che Voi stesso un giorno offriste sulla croce al Padre e che ogni giorno rinnovate sugli altari: promettendo con tutto il cuore di voler riparare, per quanto sarà in noi e con l'aiuto della vostra grazia, i peccati commessi da noi e dagli altri e l'indifferenza verso sì grande amore, con la fermezza della fede, l'innocenza della vita, l'osservanza perfetta della legge evangelica specialmente della carità; d'impedire inoltre, con tutte le nostre forze, le ingiurie contro di Voi e di attrarre quanti più potremo alla vostra sequela. Accogliete, ve ne preghiamo, o benignissimo Gesù, per intercessione della B. V. Maria Riparatrice, questo volontario ossequio di riparazione, e vogliate conservarci fedelissimi nella vostra ubbidienza e nel vostro servizio fino alla morte col gran dono della

perseveranza, mercè il quale possiamo tutti un giorno pervenire a quella patria, dove Voi col Padre e con lo Spirito Santo vivete e regnate Dio per tutti i secoli dei secoli. Così sia.

## ACTE DE RÉPARATION AU SACRÉ CŒUR DE JÉSUS

Très doux Jésus, Vous avez répandu sur les hommes les bienfaits de votre charité, et leur ingratitude n'y répond que par l'oubli, le délaissement, le mépris. Nous voici donc prosternés devant votre autel, animés du désir de réparer, par un hommage spécial, leur coupable indifférence et les outrages dont, de toutes parts, ils accablent votre Cœur très aimant.

Cependant, nous souvenant que nous-mêmes, nous nous sommes dans le passé rendus coupables d'une si indigne conduite, et pénétrés d'une profonde douleur, nous implorons d'abord pour nous-mêmes votre miséricorde. Nous sommes prêts à réparer, par une expiation volontaire, les fautes que nous avons commises, tout prêts aussi à expier pour ceux qui, égarés hors de la voie du salut, s'obstinent dans leur infidélité, refusant de Vous suivre, Vous, leur Pasteur et leur Chef, ou, secouant le joug si doux de votre loi, foulent aux pieds les promesses de leur baptême.

Nous voudrions expier pour tant de fautes lamentables, réparer pour chacune d'elles: désordres de la conduite, indécence des modes, scandales corrupteurs des âmes innocentes, profanation des dimanches et des fêtes, blasphèmes exécrables contre Vous et contre vos Saints, insultes à votre Vicaire et à vos prêtres, abandon et violations odieusement sacrilèges du divin sacrement de votre amour, péchés publics enfin des nations qui se révoltent contre les droits et l'autorité de- votre Eglise.

Que ne pouvons-nous effacer de notre propre sang tant d'offenses! Du moins, pour réparer votre honneur outragé, nous Vous présentons cette même satisfaction que Vous avez offerte à votre Père sur la Croix et dont Vous renouvelez l'offrande, chaque jour, sur l'autel; nous Vous la présentons, accompagnée de toutes les satisfactions de la Très Sainte Vierge votre Mère, des Saints, des chrétiens fidèles. Nous Vous promettons, de tout notre cœur, autant qu'il dépend de nous et avec le secours de votre grâce, de réparer nos fautes passées, celles de notre prochain, l'indifférence à l'égard d'un si grand amour, par la fermeté de notre foi, la pureté de notre vie, la docilité parfaite aux préceptes de l'Evangile, à celui surtout de la charité. Nous Vous promettons aussi de faire tous nos efforts

pour Vous épargner de nouvelles offenses et pour entraîner à votre suite le plus d'âmes possible.

Agréez, nous Vous en supplions, ô très bon Jésus, par l'intercession de la Bienheureuse Vierge Marie Séparatrice, cet hommage spontané d'expiation; gardez-nous, jusqu'à la mort, inébranlablement fidèles à notre devoir et à votre service, accordez-nous ce don précieux de la persévérance qui nous conduise tous enfin à la patrie où, avec le Père et le Saint-Esprit, Vous régnez, Dieu, dans les siècles des siècles. Ainsi-soit-il.

## ACTO DE DESAGRAVIOS
## AL SAGRADO CORAZÓN DE JESUS

¡ Oh dulcísimo Jesús, cuyo inmenso amor a los hombres no ha recibido en pago de los ingratos más que olvido, negligencia y menosprecio !, vednos postrados ante vuestro altar, para reparar, con especiales homenajes de honor, la frialdad indigna de los hombres y las injurias con que, en todas partes, hieren vuestro amantísimo Corazón.

Mas recordando que también nosotros alguna vez nos manchamos con tal indignidad de la cual nos dolemos ahora vivamente, deseamos, ante todo, obtener para nuestras almas vuestra divina misericordia, dispuestos a reparar, con voluntaria expiación, no sólo nuestros propios pecados, sino también los de aquellos que, alejados del camino de la salvación y obstinados en su infidelidad, o no quieren seguiros como a Pastor y Guía, o, conculcando las promesas del bautismo, han sacudido el suavísimo yugo de vuestra ley.

Nosotros queremos expiar tan abominables pecados, especialmente la inmodestia y la deshonestidad de la vida y de los vestidos, las innumerables asechanzas tendidas contra las almas inocentes, la profanación de los días festivos, las execrables injurias proferidas contra Vos y contra vuestros Santos, los insultos dirigidos a vuestro Vicario y al Orden Sacerdotal, las negligencias y horribles sacrilegios con que es profanado el mismo Sacramento del Amor y, en fin, los públicos pecados de las naciones que oponen resistencia a los derechos y al magisterio de la Iglesia por Vos fundada.

¡ Ojalá que nos fuese dado lavar tantos crímenes con nuestra propia sangre! Mas, entre tanto, como reparación del honor divino conculcado, uniéndola con la expiación de la Virgen vuestra Madre, de los Santos y de las almas buenas, Os ofrecemos la satisfacción que Vos mismo ofrecisteis

•un día sobre la cruz al Eterno Padre y que diariamente se renueva en nuestros altares, prometiendo de todo corazón que, en cuanto nos sea posible y mediante el auxilio de vuestra gracia, repararemos los pecados propios y ajenos y la indiferencia de las almas hacia vuestro amor, oponiendo la firmeza en la fé, la inocencia de la vida y la observancia perfecta de la ley evangélica, sobre todo de la caridad, mientras nos esforzamos además por impedir que seáis injuriado y por atraer a cuantos podamos para que vayan en vuestro seguimiento.

¡Oh benignísimo Jesús! por intercesión de la Santísima Virgen María Reparadora, os suplicamos que recibáis este voluntario acto de reparación; concedednos que seamos fieles a vuestros mandatos y a vuestro servicio hasta la muerte y otorgadnos el don de la perseverancia, con el cual lleguemos felizmente a la gloria, donde, en unión del Padre y del Espíritu Santo, vivís y reináis, Bios por todos los siglos de los siglos. Amén.

## ACTO DE DESAGRAVO
## AO SAGRADO CORAÇÂO DE JESUS

Dulcissimo Jesus,, cuja infinita caridade para com os homens é déles tao ingratamente correspondida com esquécimentos, Mezas e desprezos, eis-nos aqui prostrados diante do vosso altar, para vos desagravarmos com especiáis homenagens da insensibilidade tao insensata e das nefandas injurias com que é de tôda a parte alvejado o vosso amorosissimo Coraçao,

Reconhecendo porêm, com a mais profunda dor, que tambêm nos mais de urna vez cometemos as mesmas indignidades, para nos em primeiro logar imploramos a vossa misericordia, prontos a expiar nao só as proprias culpas, senäo tambêm as daquêles que, errando longe do caminho da salvaçao, ou se obstinam na sua infidelidade, nao vos querendo como pastor e guia, ou, conculcando as promessas do baptismo, saeudiram o suavissimo jugo da vossa santa lei.

De todos estes tao deploráveis crimes, Senhor, queremos nos hoje desagravar-vos, mas particularmente da licença dos costumes e imodéstias do vestido, de tantos laços de corruçao armados à inocencia, da violaçao dos dias santificados, das execrandas blasfemias contra vos e vossos Santos, dos insultos ao vosso Vigário e a todo o vosso Clero, do desprêzo e das horrendas e sacrilegas profanaçoes do sacramento do divino amor, e enfim dos atentados e rebeldías oficiáis das naçoes contra os direitos e o magisterio da vossa Igreja.

Oh! se pudéssemos lavar com o proprio sangue tantas iniquidades!

Entretanto para reparar a honra divina ultrajada vos oferecemos, juntamente com os merecimentos da Virgem Mae, de todos os Santos e almas piedosas, aquela infinita satisfaçao, que vos oferecestes ao Eterno Pai sobre a cruz, e que näo cessais de renovar todos os dias sobre nossos altares.

Ajudai-nos, Senhor, com o auxilio da vossa graça, para que possamos, como é nosso firme propósito, com a viveza da fé, com a pureza dos costumes, com a fiel observancia da lei e caridade evangélicas, reparar todos os pecados cometidos por nós e por nossos próximos, impedir por todos os meios novas injurias de vossa divina Majestade e atrair ao vosso serviço o maior número de almas possìvel.

Eecebei, ó benignissimo Jesus, pelas maos de Maria Santissima Separadora, a espontanea homenagem déste nosso desagravo e concedei-nos a grande graça de perseverarmos constantes até à morte no fiel cumprimento dos nossos deveres e no vosso santo serviço, para que possamos chegar todos à patria bemaventurada, onde vós com o Padre e o Espirito Santo vivéis e reináis - Deus - por todos os séculos dos séculos. Assim seja.

## AOÏ OE REPARATION
## TO THE SACRED HEART OE JESUS

O sweet Jesus, Whose overflowing charity for men is requited by so much forgetfulness, négligence and contempi, behold us prostrate before Thy aitar eager to repair by a special act of homage the cruel indifférence and injuries, to which Thy loving Heart is everywhere subject.

Mindful alas! that we ourselves ha ve had a share in such great indignities, which we now deplore from the depths of our hearts, we humbly ask Thy pardon and declare our readiness to atone by voluntary expiation not only for our own personal offences, but also for the sins of those, who, straying far from the path of salvation, refuse in their obstinate infidelity to follow Thee, their Shepherd and Leader, or, renouncing the vows of their baptism, have cast off the sweet yoke of Thy law.

We are now resolved to expiate each and every deplorable outrage committed against Thee; we are determined to make amends for the manifold offences against Christian modesty in unbeeoming dress and behaviour, for all the foul séductions laid to ensnare the feet of the innocent, for the fréquent violation of Sundays and holidays, and the shocking blasphemies

uttered against Thee and Thy Saints. We wish also to make amends for the insults to whieh Thy Viear on earth and Thy priests are subjected, for the profanation, by conscious neglect or terrible acts of sacrilege, of the very Sacrament of Thy divine love; and lastly for the public crimes of nations who resist the rights and the teaching authority of the Church which Thou hast founded.

Would, O divine Jesus, we were able to wash away such abominations with our blood. We now offer, in réparation for thèse violations of Thy divine honour, the satisfaction Thou didst once make to Thy eternai Father on the cross and which Thou dost continue to renew daily on our altars; we offer it in union with the acts of atonement of Thy Virgin Mother and ali the Saints and of the pious faithful on earth; and we sincerely promise to make recompense, as far as we can with the help of Thy grâce, for ail neglect of Thy great love and for the sins we and others have committed in the past. Henceforth we will live a life of unwavering faith, of purity of conduct, of perfect observance of the precepts of the gospel and especially that of charity. We promise to the best of our power to prevent others from offending Thee and t o bring as many as possible to foUow Thee.

O loving Jesus, through the intercession of the Blessed Virgin Mary our model in réparation, deign to receive the voluntary off ering we make of this act of expiation; and by the crowning gif t of persévérance keep us faithful unto death in our duty and the allegiance we owe to Thee, so that we may ali one day come to that happy home, where Thou with the Father and the Holy Ghost livest and reignest God, world without end. Amen.

## SUEHNEGEBET
## ZUM HEILIGSTEN HERZEN JESUS

Süssester Jesus, dessen überschwängliche Liebe zu uns Menschen mit soviel Gleichgültigkeit, Nachlässigkeit, Verachtung und Undank vergolten wird, siehe, wir werfen uns hier vor deinem Altare nieder, um die sträfliche Kälte der Menschen und die Unbilden, die sie deinem liebevollsten Herzen allenthalben zufügen, durch einen besonderen Ehrenerweis wieder gut zu machen.

Eingedenk jedoch, dass auch wir einst zur Zahl dieser Unwürdigen gehörten, und durchdrungen von heissem Eeueschmerz, erflehen wir vor allem deine Barmherzigkeit für uns selber. Wir sind bereit, nicht nur unsere eigenen Sünden durch f reiwillige Busse zu sühnen, sondern auch die Sünden jener, die weit vom Wege des Heiles abirren, die, in Unglauben verstockt,

dir als Hirt und Führer nicht folgen wollen, oder ihre Taufgelübde treulos missachten und das süsse Joch deines Gesetzes zu tragen sich weigern.

Wir nehmen uns fest vor, alle diese beklagenswerten Vergehen zu sühnen, insbesondere aber wollen wir gutmachen: alle Unehrbarkeit und Unsittlichkeit im Leben und Treiben, wodurch soviele unschuldige Seelen ins Verderben gezogen werden, die Entheiligung der Sonn- und Feiertage, die abscheulichen Fluchworte gegen dich und deine Heiligen, die Beschimpfungen deines Stellvertreters und des Prresterstandes, ferner die Entweihung des Sakramentes deiner göttlichen Liebe durch Nachlässigkeit oder schändliche Sakrilegien, endlich die öffentlichen Vergehen der Völker, die sich den Bechten und Lehren der von dir gestifteten Kirche widersetzen.

O könnten wir doch diese Sünden mit unserem Blute tilgen! Um indess für die Verletzung deiner göttlichen Ehre eihigermassen Ersatz zu leisten, opfern wir dir jene Genugtuung auf, die du selber einst am Kreuze dem Vater dargebracht hast und noch täglich auf den Altären zu erneuern fortfährst, in Vereinigung mit der Genugtuung deiner jungfräulichen Mutter, aller lieben Heiligen und frommen Christgläubigen. Ernstlich geloben wir, die Sünden, die wir und andere begangen haben, sowie die Vernachlässigung deiner grossen Liebe durch Festigkeit im Glauben, Beinheit im Lebenswandel und vollkommene Beobachtung des evangelischen Gesetzes, besonders des Gebotes der Liebe, wieder gut zu machen, soviel wir mit dem Beistand deiner Gnade vermögen. Auch wollen wir uns nach Kräften bemühen, in Zukunft alle Beleidigungen von dir fern zu halten und möglichst viele Menschen zu deiner Nachfolge zu bewegen.

Wir bitten dich, o gütigster Jesus, du wollest durch die Fürsprache und Sühne der allerseligsten Jungfrau Maria dieses freie Angebot unseres Ehrenersatzes wohlgefällig aufnehmen und uns durch die grosse Gnade der Beharrlichkeit in der treuen Hingabe an deinen Dienst bewahren, bis wir endlich alle zu jenem Vaterlande gelangen, wo du mit dem Vater und dem Heiligen Geiste lebst und regierst, Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

## AKT WYNAGRODZENIA NAJŚWIĘTSZEMU SERCU JEZUSOWEMU

O Jezu Najsłodszy, któremu za miłość bez granic ludzie w niewdzięczny sposób odpłacają tak wielkiem zapomnieniem, opuszczeniem i wzgardą, oto my, rzucając się do stóp Twoich ołtarzy, szczególnym hołdem czci pragniemy wynagrodzić tę grzeszną oziębłość i krzywdy, jakie zewszechstron ranią Najmiłościwsze Twoje Serce.

Pomni wszelako, że i sami nie zawsze byliśmy wolni od tych niegodziwości, i dlatego żalem najgłębszym przejęci, błagamy najpierw o miłosierdzie dla siebie, gotowi dobrowolnem zadośćuczynieniem wynagrodzić nietylko za grzechy, których samiśmy się dopuścili, ale i za występki tych także, co błąkając się zdała od drogi zbawienia, bądźto, zatwardziali w niewierze, nie chcą iść za Tobą, Pasterzem i Wodzem, bądź, zdeptawszy obietnice chrztu Św., zrzucili z siebie najsłodsze jarzmo Twojego prawa.

Za te wszystkie opłakania godne występki, razem wzięte, chcemy wynagrodzić i każdy z nich zosobna pragniemy naprawić, a więc: brak skromności i wszelki bezwstyd w życiu i strojach, liczne owe sidła zastawione na niewinne dusze, pogwałcenie dni świętych, ohydne bluźnierstwa, miotane przeciwko Tobie i Twoim Świętym, obelgi rzucane na Twego Namiestnika i na stan kapłański, zbezczeszczenie nawet samego Sakramentu Boskiej miłości przez zaniedbanie i przez okropne świętokradztwa, publiczne wreszcie wykroczenia narodów, wyłamujących się z pod praw i kierownictwa ustanowionego przez Ciebie Kościoła.

Obyśmy krwią własną mogli zmyć te wszystkie zbrodnie! Tymczasem, by naprawić zniewagę czci Bożej, składamy Ci zadośćuczynienie, jakie Ty sam Ojcu na krzyżu ofiarowałeś i które codzień na ołtarzach„ponawiasz, w połączeniu z zadośćuczynieniem Bogarodzicy Dziewicy, wszystkich Świętych i pobożnych dusz wiernych^ przyrzekając z głębi serca wynagrodzić- o ile za łaską Twoją stać nas będzie - za przeszłe własne grzechy i za obojętność na tak wielką miłość Twoją przez wiarę stateczną, czyste życie, dokładne zachowanie ewangelicznego prawa, zwłaszcza prawa miłości, tudzież postanawiamy nie dopuścić wedle sił do nowych zniewag i jaknajwięcej dusz pociągnąć do wstępowania w Twoje ślady.

Przyjm, błagamy, o Najłaskawszy Jezu, za przyczyną Najświętszej Marji Panny Wynagrodzicielki ten akt dobrowolnego zadośćuczynienia i racz nas aż do śmierci zachować w wierności obowiązkom Twej św. służby przez ów dar wielki wytrwania, przez którybyśmy wszyscy wkońcu doszli do tej ojczyzny, gdzie Ty z Ojcem i Duchem św. żyjesz i królujesz Bóg na wieki wieków. Amen.

# LITTERAE APOSTOLICAE

AUCTORITATE APOSTOLICA SANCITUR INITA INTER EPISCOPUM AUGUSTAE PRAETORIAE ET CAPITULUM INSIGNIS COLLEGIATAE SS. PETRI ET URSI, DE IURE NOMINANDI CONCORDIA.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. -— Exigit apostolicum munus, quo Christi Ecclesiae regimen Nobis commissum est, ut dioecesium bono ac profectui, difficultatibus aliquando exortis etiam sublatis, quantum in Domino possumus consulamus. Hac profecto de causa cum e capitulis canonicorum in dioecesibus constituantur praecipui in regimine adiutores Episcopi, qui propterea gaudent apud christifideles intra cuiusque ecclesiae fines magna existimatione atque auctoritate, mutuas relationes et conventiones inter capitula atque episcopos, occasione data, attente consideramus et apostolica quoque Nostra sanctione, pro opportunitate, roboramus, certa spe freti huiusmodi benignitatis Nostrae signum cum dioecesium tum capitulorum bono responsurum. Quam ob rem cum Augustae Praetoriae Episcopus, nomine quoque canonicorum insignis conlegiatae SS. Petri et Ursi, in ipsa sua Augustana Praetorii civitate sitae, Nos enixe rogaverit ut pacta habere rata dignaremur, quae, circa ius nominandi ad capitularia beneficia, post Codicis iuris canonici promulgationem, cum capitulo praedicto conventa sunt, huiusmodi supplicationibus adnuendum, audito quoque venerabili fratre Nostro S. R. E. Cardinali Praefecto Sacrae Congregationis Concilii, ultro libenterque existimavimus. Augustae Praetoriae enim, insignis collegiatae sanctorum Petri et Ursi Capitulum iam iure pollebat omnes canonicos nominandi ad capitularia beneficia; sed qua minus conforme Codicis iuris canonici dispositibus huiusmodi ius Episcopus inficiabatur. Quaestio exinde oborta est, nunc tamen feliciter compressa, cum, concordiae pacisque desiderio ducti, venerabilis frater Ioseph Calabrese, hodiernus Augustae Praetoriae Antistes et dilectus filius prior capituli Sanctorum Petri et Ursi, ex delegatione habita, nomine capituli memorati, simul convenerint ut quae opportunius ad quaestionem dirimendam videbantur statuerentur et ea sanctioni Apostolicae subicierentur. In posterum igitur capitulum insignis conlegiatae SS. Petri et Ursi, omni canonicos eligendi in conlegiata privilegio amisso, ius habebit Ordinario Augustae Praetoriae tres sacerdotes idoneos, iuxta sacros canones et singulas fundationes, praesentandi pro vacatione cuiusque generis occurrenti in quolibet beneficio canonicali; atque

idem ius tres praesentandi Ordinario habebit, etiam in casu quo canonicus conlegiatae ipsius ad dignitatem prioratus fuerit promotus; nam quamvis collatio praefati prioratus, tamquam dignitatis principalis collatio et ex bullae quoque tenore Innocentii Pp. X, die xvn mensis octobris, a. MDOXLIV datae, reservationi Apostolicae obnoxia sit, etiam hoc in casu capitulum exemptionis privilegio a reservationibus et affectationibus apostolicis in canone 1435 Codicis iuris canonici recensitis gaudebit. Prioratus autem praefatus collatione Sedi Apostolicae reservata, concedimus ut iuxta antiquam, continuam et constantem praxim, alicui ex canonicis Capituli in posterum conferatur. Capitulum vero cum providendum erit de aliquo beneficio, nomina trium sacerdotum per canonicum priorem privatim ac personaliter cum Ordinario, ut si quid in eis animadvertere habeat, communicanda curabit, antequam ex officio eadem nomina praesentet. Ex quibus tribus -idoneis sacerdotibus praesentatis unum eligere eique intra duos menses praesentatione canonicam concedere institutionem Ordinarii erit; secus, hisce elapsis mensibus, primus ex tribus sacerdotibus praefatis electus censebitur atque eidem institutio canonica ab Ordinario, forma consueta, concedenda erit. Casu autem quo Augustae Praetorii dioecesis clerus ita numero exiguus exstet, ut paroeciarum necessitatibus sufficienter provideri non valeat, praesentatio atque institutio novorum canonicorum, communi consensu Ordinarii et Capituli conlegiatae ad tempus suspendi et retardari poterit, dummodo capitulum decem saltem canonicis sit semper constitutum: et reditus beneficiorum, que eo tempore vacare contigerit, in favorem massae communis cumulabuntur.

Haec decernimus, mandamus, statuentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter extare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illique Capitulo insignis conlegiatae SS. Petri et Ursi, ad quod pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrun, sub anulo Piscatoris, die xn mensis Ianuarii, anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASP AERI, *a Secretis Status.*

# EPISTOLA

AD R. P. BONAVENTURAM MARRANI, MINISTRUM GENERALEM ORDINIS MINORUM: DE LAUDIBUS MISSIONALIS FR. IOANNIS A MONTE CORVINO, SEXCENTÉSIMO EXEUNTE AB EIUS OBITU ANNO.

PIUS PP. XI

Dilecte Fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum ad obsequendum Nostris, quae haud semel patefacere placuit, optatis — atque adeo divini Ecclesiae Conditoris voluntati, qui regnum suum ad extremos usque orbis terrarum fines per legatos suos proferendum edixit — Ordo vester, in sacrarum exercitatione Missionum inde a primordiis suis tam laboriosus et impiger, ethnicos Christo pariendi acriore in dies studio incendatur, multo hodie libentius vobis praeimus in laudibus recolendis iniuste illius e familia vestra missionalis Ioannis a Monte Corvino, cuius vos memoriam, sexcentésimo ab eius obitu anno haud ita multo post exeunte, revocare atque extollere iure meritoque instituitis. E qua quidem commemoratione commode illud utiliterque consequetur, ut quotquot sapienter moderaris sodales, ii sibi veluti ante oculos, ad admirandum imitandumque, virum proponant, inter eos franciscales alumnos excellentissimum, qui, aurea Ordinis aetate, vehementiore animorum contentione Patriarchae Assisiensis votis fecere satis, cum hic in lege ipsius sua Minoribus praescripsisset, ut infideles vel ex inexploratis adhuc regionibus ad Redemptoris Christi cognitionem caritatemque traducerent. E certis enim litterarum monumentis facile'colligitur, Ioannem a Monte Corvino, spiritu Seraphici Patris plenissime imbutum, principem fuisse viae Evangelio veluti munieudae ad immensum illud Sinarum imperium, quod Nestoriana haeresis praeoccupaverat, eundemque catholicae veritatis vitaeque prorsus christianae semina per ea loca satis aspera primum omnium iecisse. Qui, cum Asiam Minorem, imprimisque Armeni am et Persidem, verbum divinum efficaciter praedicando, peragrasset, et hinc per Indiam, nullis difficultatibus impedirne*]tisque deterritus, in interiores Sinarum regiones pervasisset, non modo primores populi atque imperatorem ipsum adiit sibique conciliavi^ sed etiam Pechini, in urbe imperii capite, ecclesiasticam hierarchiam sohde constituit. Quo loco praeterire nolumus, Ioannem nihil intentatum reliquisse, ut indigenae perfectioris vitae cupidi ad monasticam vitam se ipsi conformarent, quasi ea iam tum prospiceret quae de cleri

indigenae institutione recentius decreta sunt. Eiusmodi autem coepta decessoribus Nostris Nicolao IV et Clementi V sic, historia teste, probata sunt, ut clarissimum hunc evangelicae doctrinae praeconem alter Apostolicae Sedis Legatum pro extremo Oriente delegent, Episcopum ac Patriarcham renuntiant alter, datis praeterea ex eodem Minorum Ordine suffraganeis aliquot episcopis. Huc accessit admiratio bonorum omnium, qui cernèrent, de eius opera spem exspectationemque commoveri maximam, fore, ut Christo frequentissimae illius imperii gentes sensim adiungerentur, quas idolorum servitus premerot et a verae fidei adoptione distineret. — Ac certe in Ecclesiae catholicae fastis inscripti, numquam non enitebunt illi, quos, quattuor et triginta annorum decursu, Ioannes acérrimos tulit labores, socio quidem Odorico ab Utino, qui ipsum Pechini assecutus erat; neque erret qui dicat, Ioannis opera talem animorum motum fuisse excitatum, quem nullae temporum rerumque vicissitudines cohibiturae unquam forent. Esto, res tam feliciter inchoatas exitum, saeculo nondum pleno, sane tristem excepisse; visa enim sunt intercidere atque intermori omnia — quamquam Ordo vester legiones operariorum apostolicorum illuc promptas alacresque dimiserat — cum novi Sinarum dominatores, anno post obitum Ioannis quadragesimo, laeta ad unum germina, invidiae flamma in christifideles permoti, restinguere conati sunt. At tamen, ubi primum aditus aliquo pacto ad Sinas patuit, ad pristinum Francisci suboles apostolatum exarsit, atque eodem, quo decessores sui, salutis animarum studio flagrantes, novi Christi Iesu. milites, una simul cum recentiorum sodalitatum alumnis, honorificum infinita in illa Sacrarum Missionum palaestra receperunt obtinueruntque locum sibi veluti hereditate a Ioanne relictum, cuius inibi corpus requiescebat cum ceteris sodalibus, qui pro Christi Domini Ecclesiaeque gloria animose ceciderant. — Ista quidem, dilecte Fili, Seraphicae familiae vehementer gratulamur; verum ipsam haud minus dilaudamus, quod in augendo quotannis missionalium numero elaboret ac desudet. Etenim e studiosa eiusmodi navitate profectum putamus, ut operarii vestri, in Vicariatibus Praefecturisque tam multis, quae sibi in Sinis curae sunt, non solum actionem suam debilitari unquam ne siverint, sed etiam, ut, exempli causa, procellas inter anno millesimo nongentesimo coortas, ut recentiores inter praesentesque belli intestini perturbationes, strenue constanterque, vel generosa sui effusione sanguinis, in officio perstiterint. — Interea confidimus, e saecularibus hisce, quae acturi estis, sollemnibus capere te, Dilecte Fili, hunc laetitiae fructum posse, ut qui ad sacras expeditiones alumni vestri proficisci parant, apostolico iidem Ioannis a Monte Corvino spiritu ac robore muniri cupiant impenseque studeant; utque alios Seraphici Ordinis filios inlustris illius Praesulis

vox quasi e caelo demissa ad salutem Sinensibus comparandam quam plurimos advocet. Quod quidem ut ex optato eveniat, apostolica adiuvet benedictio, quam tibi, dilecte Fili, et universae, cui praees, Minorum familiae, divinorum munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xx mensis Maii anno **MDCCCGxxviii,** Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

# ACTA SS. CONGREGATIONUM

## SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

### i

### BOIANENSIS-CAMPOBASSENSIS

ERECTIONIS CONCATHEDRALI AD HONOREM

DECEETUM

Ad ornamentum et decus ecclesiae S. Bartholomaei Apostoli, in urbe *Boiano,* quae antea dioeceseos Boianensis cathedralis exstiterat, E. P. D. Albertus Eomita, Episcopus Boianensis-Campobassensis supplices preces Apostolicae Sedi porrexit ut praefata ecclesia titulo ac dignitate Concathedralis *ad honorem* cohonestaretur. Quibus precibus Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI benigne annuens, suppleto, quatenus opus sit, consensu interesse habentium vel habere praesumentium, de Apostolicae potestatis plenitudine, ecclesiam S. Bartholomaeo Apostolo dicatam, in urbe *Boiano,* titulo ac dignitate Concathedrali *ad honorem* condecorare dignatus est. Qua super re Sanctitas Sua praesens edi iussit Consistoriale decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expedirentur.

Datum Eomae ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die .11 Novembris 1927.

Pro Emo D. Cardinali Secretario
f Fr. Eaphaël C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

L. £8 S. Benedictus Eenzoni, *Off.*

### II

### AUGUST AN.-MONACEN, ET EEISINGEN.

DISMEMBRATIONIS ET UNIONIS

DECEETUM

Ordinarius Monacen, et Frisingen., de consensu Episcopi Augustam, supplices Apostolicae Sedi porrexit preces, ut praedium *Sondermeier* in villa *Sengen* situm et ad parochiam *Uttenhofen,* dioecesis Augustanae, modo pertinens, ad vicinam parochiam *Foembach,* in archidioecesi Monacensi

et Frisingensi, aggregaretur, eo quod reliqua praedia eiusdem villae *Beugen* ad memoratam parochiam *Foernbach* iam pertineant.

Quas preces Ssmus Dominus Noster Pius Div. Prov. Pp. XI benigne excipiens, praesenti Consistoriali decreto statuit, ut praedium *Sondermeier* cum suis incolis a parochia *Tittenkofen* et dioecesi Augustana separetur atque parochiae *Foernbach* ac archidioecesi Monacensi et Frisingensi perpetuo uniatur.

Ad haec exsecutioni mandanda Sanctitas Sua deputare dignata est R. P. D. Albertum Vassallo de Torregrossa, Archiepiscopum titularem Hemesensem ac Nuntium Apostolicum in Bavaria, ipsi tribuens necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum: facto onere mittendi ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses authenticum exemplar peractae exsecutionis.

Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 16 Marth 1928.

CAROLUS CARD. PEROSI, *Pro-Secretarius.*

L. © S.

f Fr. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

III

## COMEN.-LUGANEN.

DE IURISDICTIONE IN VICUM « T ORR AZZA »

### DECRETUM

Per Apostolicas Litteras *Ad universam* Leonis Pp. XTII, die 7 Septembris *1888* datas, totum Ticinense territorium sub Administratione Apostolica Luganensi constitutum fuit.

Quum vero in memoratis Litteris nulla mentio facta fuerit vici vulgo *Torr azza,* qui, licet in territorio Ticinensi situs, de facto tamen ad paroeciam *Zavena,* dioecesis Comensis, hucusque pertinuit; Ssmus D. N. Pius Div. Prov. Pp. XI, auditis interesse habentibus, declarandum decrevit, prout praesenti Consistoriali decreto declaratur, eundem vicum *Torrazza* cum omnibus suis incolis posthac ad paroeciam *Casiano,* Administrationis Apostolicae Luganensis, pertinere. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 10 mensis Maii anno .1928.

CAROLUS CARD. PEROSI, *Pro-Secretarius.*

L. © S.

f Pr. Raphael C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

# IV

## PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

*20 Aprilis 1928.* — Titulari episcopali Ecclesiae Milevitanae, praefecit R. D. Antonium Gisler, Antistitem Urbanum, rectorem maioris Seminarii Curiensis, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Georgii Schmid de Grüneck, Episcopi Curiensis.

*9 Maii.* — Cathedrali episcopali Ecclesiae Visensi, R. D. Iosephum Moreira Pinto, rectorem Seminarii Eborensis.

*15 Maii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Himeriensi, R. D. Patricium Collier, rectorem Seminarii Ossoriensis, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis, R. P. D. Adami Brownrigg, Episcopi Ossoriensis.

*18 Maii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Argizensi, R. P. Elorentinum Tessiatore, O. F. M., quem deputavit Vicarium Apostolicum de Sianfu.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tabalensi, R. P. Ioannem Ross, S. I., quem deputavit Vicarium Apostolicum de Hiroshima.

*21 Maii.* — Metropolitanae Ecclesiae Burgensi, R. P. D. Emmanuelem de Castro y Alonso, hactenus Episcopum Segobiensem.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Laodicensi in Syria, R. D. Richardum Bartolom, deputatum Internuntium Apostolicum in Lithuania.

Praeterea, decreto Consistoriali diei 15 Maii, Sanctissimus deputavit R. P. D. Iacobum Aloisium Copello, Episcopum Aulonitanum, in alterum Auxiliarem R. P. D. Iosephi Bottaro, Archiepiscopi Bonaerensis, dimisso officio Auxiliaris Episcopi de Plata.

# SACKA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALI

## DECLARATIO

Cum quaesitum fuerit a nonnullis, utrum Orientales teneantur, sicut ceteri, decretis damnationis *librorum et diariorum* a Suprema Sacra Congregatione S. Officii editis, et specialis mentio facta sit de prohibitione ac poenis irrogatis in illam quam dicunt « Action Française », Sacra Congregatio pro Ecclesia Orientali declarat praefata decreta omnes cuiuscumque

ritus fideles attingere seu eodem modo obligare, quippe quae potius quam disciplinam, directe spectent doctrinam Ecclesiae. Vult enim 8. Mater Ecclesia huiusmodi decretis fidem ac mores servare atque tueri et ad hoc Codex iuris, canone 1396, aperte statuit ac sancit libros a Sede Apostolica damnatos *ubique locorum et in quodcumque vertantur idioma* prohibitos censeri.

Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis Pro Ecclesia Orientali, die 26 Maii 1928.

ALOISIUS CAED. SINCERO, *Secretarius.*

L. © S.

H. I. Cicognani, *ad interim Ads.*

# SACRA CONGREGATIO DE RELIGIOSIS

## APPROBATIONES

Ssmus Dnus Noster Pius Divina Providentia Pp. XI, decretis Sacrae Congregationis Religiosorum Sodalium praepositae:

*4 Aprilis 1928.* — Instituti Sororum vulgo « Ancelle della Carità » nuncupatarum, cuius domus princeps in dioecesi Brixien, sita est, Constitutiones *ad septennium, experimenti gratia approbavit.* .

— Constitutiones Instituti *Sororum a Divina Providentia* de Ribeauvillé, quarum domus princeps in dioecesi Argentinen. sita est, *definitive approbavit.*

— Institutum Sororum vulgo «Siervas de Jesús Sacramentado» nuncupatarum, quarum domus princeps in dioecesi Bonaëren. sita est, *laudavit, eiusque Constitutiones ad septennium experimenti causa approbavit.*

— Institutum Sororum vulgo «Filles de Notre-Dame du Sacré-Cœur» nuncupatarum, quarum domus princeps in dioecesi Tornacen. sita est, *una simul cum eius Constitutionibus definitive approbavit.*

*13 Maii 1928.* —Instituti Sororum a Caritate vulgo « Doménicaines de la Présentation de la Sainte Vierge » nuncupatarum, quarum domus princeps in dioecesi Turonen. sita est, *Constitutiones definitive approbavit.*

— Institutum Sororum, vulgo « Francescane Angeline » nuncupatarum, quarum domus princeps in dioecesi Taurinen, sita est, *laudavit eiusque Constitutiones ad septennium, experimenti gratia approbavit.*

— Institutum Sororum, vulgo « di Santa Marta » nuncupatarum, quarum domus princeps in dioecesi Clavaren, sita est, *laudavit eiusque Constitutiones ad septennium, experimenti gratia approbavit.*

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## i

## MANILEN. ET MACAONEN.

BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVORUM DEI MARTINI A S. NICOLAO ET MELCHIORIS A S. AUGUSTINO, SACERDOTUM ORDINIS EREMITARUM RECOLLECTORUM S. AUGUSTINI, IN ODIUM FIDEI, UTI FERTUR, IN TERFECT ORUM.

SUPER DUBIO

*An sit signanda Commissio introductioni^ Causae in casu et ad effectum de quo agitur? "*

Causa agitur apud Sacrorum Eituum Congregationem de duobus Christi athletis qui in regione Taponensi èt civitate Nagasaki ob Fidei professionem et defensionem suum sanguinem effudisse perhibentur die 11 Decembris anno 1632. Isti sunt Martinus a S. Nicolao et Melchior a S. Augustino, sacerdotes Ordinis Eremitarum Eecollectorum S. Augustini. Ex Actis Processualibus eruuntur sequentes informationes de ipsorum vita, gestis, ministerio et martyrio. - Melchior a S. Augustino natus est Granatae in Hispania anno 1599 ex genitoribus Petro Sánchez et Francisca Perez, fidei morumque integritate conspicuis. Novemdecim annos agens Ordinem Augustinianum Eecollectorum ingressus, tyrocinio rite expleto et probato, religiosa professione se adstrinxit ac divino servitio se totum mancipa vit. Studiis litterarum et scientiarum addictus, ingenio et diligentia praestans una cum pietate aliisque virtutibus, sacerdotio insignitus fuit. Deinde ad Insulas Philippinas missus facile illam exteram linguam didicit; et sacro ministerio ac evangelica praedicatione, infidelium conversionem atque animarum salutem impenso studio ac fervore procurare sategit. Superiorum iussu, Vicarius Provincialis merito renuntiatus, die 4 Augusti an. 1632 e Manilia discessit et laponiam petiit, una cum P. Martino a S. Nicolao sibi in socium adsignato. Pius et humilis Dei famulus oratione, ieiunio et exercitiis spiritualibus ad hanc missionem se praeparavit, quam missionem ipse iam excogitaverat sed exquirere timuerat, impositam tamen a Superioribus, veluti munus divinitus datum, laeto animo et propensa voluntate recepit. - Alter missionarius P. Martinus a S. Nicolao Caesaraugustae in

Aragonia circa annum 1592 a parentibus Lázaro Lumbreres et Auna Triarte y Peralta, religione ac nobilitate claris, ortum duxit et catholica institutione informatus fuit. In sua iuventute Ordinem Augustinianum Eecollectorum amplexus est atque in tyrocinio probatus, illam religionem anno 1619 professus est. Tribus annis vix exactis, sacerdos iam ordinatus ad Mexicanas regiones mittitur, ubi doctrina, virtute et sacro ministerio ita eminuit, ut vir caelestis et sanctus appellari meruerit. - Has Mexicanas regiones Sancta Mater Ecclesia Catholica cum gemitu et lamentatione nunc videre cogitur non quidem uti locum quietis, libertatis et pacis sed tanquam mare magnum et agitatum a turbulentissima tempestate et dirissima persecutione adversus seipsam suosque filios carissimos cuiusque dignitatis, coetus, sexus et aetatis hostili dominationi subiectos, omni iure despecto, qualibet civili societate miserante ac repugnante et absque ullo timore et tremore divini et supremi Iudicis ac Vindicis Christi Iesu, Regis Regum et Domini dominantium. Sed revertamur ad nostram Causam. A mexicanis regionibus ad Insulas Philippinas translatus, P. Martinus Maniliae in Conventu S. Nicolai commoratus est, ibique Superior et novitiorum magister, haec et alia officia sibi concredita fideliter implevit, simulque sacris ministeriis fungens per novem annos, mira quoque patravit adhibito pane benedicto S. Nicolai Tolentinatis pro infirmis subveniendis. Postea Patres eiusdem Ordinis qui Nagasaki pro Christi fide in carcere detinebantur, nempe PP. Franciscus a Iesu et Vincentius a S. Antonio, Superioribus suis per litteras narrabant crudelem insectationem in illa regione exortam in fideles catholicos, eosque enixe rogabant ut necessitatibus spiritualibus et temporalibus illius Missionis quantocius providerent per bonos et idoneos missionarios. P. Martinus qui huiusmodi missionem Iaponicam iam petierat, tunc a Superioribus voti compos factus, Patri Melchiori a S. Augustino socius est datus, et ambo ad novas regiones Iaponenses iter aggressi sunt et feliciter perfecerunt. In Iaponiam cum pervenerunt, in civitate Nagasaki a fidelibus toto corde et grato animo excepti sunt et ne confratres suos missionarios in carcere reclusos invisendo, suspecti ab adversariis haberentur tanquam christiani et missionarii et eandem sortem ac poenam paterentur cum detrimento religionis et missionis, ad montes vicinos adducti sunt, ubi apud P. Dominicum Erquicia, Ordinis Praedicatorum, linguam Iaponicam studiose discere curarunt. Inde suam operam apostolicam inter christianos exemplo, sermone et,opere navarunt sacramenta administrando, verbum Dei praedicando, et christianos illos in fide catholica et in observantia mandatorum Dei et Ecclesiae confirmando* ut sanctam religionem etiam coram.persecutoribus et tyrannis impavide usque ad mortem profiterentur. Vix tres menses elapsi erant ab his sancti

ministerii operibus, et die 3 Novembris illius anni 1632 isti missionarii coram tyranno delati sunt et accusati quia Evangelii in Iaponia praedicatores et edicti promulgati hoc prohibentis violatores. Nagasaki igitur etsi aegrotantes, comprehensi, in carcere et in vinculis detenti sunt. Tyrannus autem quod nec terrore nec tormentis obtinere potuerat ab eorum consodalibus PP. Francisco et Vincentio, ut religionem catholicam abiurarent, consequi sperabat a PP. Martino et Melchiore, adhibita prius exhortatione et propositis donis et honoribus amplissimis; sed spe frustratus, clamore, minis et decreto supplicio damnavit héroes illos qui catholicam fidem strenue asserebant et praedicabant. Statuta die 1r'Decembris an. 1632 ab ergastulo in ustrinam deducti per medias civitatis vias, sententiam mortis palam ferentes scriptam quia christiani et Evangelii praedicatores, ibant gaudentes in conspectu omnium quia digni habiti sunt contumeliam et mortem pro Christo pati. Ad supplicii locum cum pervenerunt, Melchior et Martinus ad columnas ita laqueis alligati sunt ut facile solverentur si fidem christianam abnegarent; sed fortes et constantes in fide inventi et in medio ignis constituti gratias Deo agebant, fideles ad passionem excitabant ipsosque infideles ad christianam religionem exhortabantur. P. Martinus ter vocatus a Lusitanis pro sacramento poenitentiae administrando, expleto officio, in ignem rediit, ubi octodecim horas in medio flammae vixit, dum Melchior tantum quatuor horas, vi ignis voraciore combustus. Beati illi Servi propter iustitiam persecutionem passi, vitae sacrificium, pro Christo Deo et Domino suo immolantes, consummarunt; quorum cineres in mare proiecti sunt ne in manus fidelium venirent et ab eis colerentur. Fama martyrii cum opinione sanctitatis istorum servorum Dei Martini a S. Nicolao et Melchioris a S. Augustino, in passione etiam signis et prodigiis aucta, statim ab obitu exorta, temporis progressu usque in praesens magis clara et diffusa, viam aperuit Inquisitionibus Ordinaria auctoritate confectis anno 1633 ab Episcopo Iaponensi Didaco Valente, an. 1637 ab Episcopo Macaonensi et an. 1638 ab Episcopo Manilensi necnon aliis Informationibus et documentis super eadem martyrii et sanctitatis fama descriptis etiam in notabili parte ex veteri et novo Ordinis Augustinianensis archivo desumptis et Sacrae Rituum Congregationis iudicio subiectis. Quapropter instante Rmo P. Daniele Delgado a Virgine Rosarii, praefati Ordinis procuratore generali et huius Causae postulatore, Rmi P. Gerardi Larrondo a S. Ioseph, Prioris generalis, totiusque familiae Eremitarum Recollectorum S. Augustini fervida vota depromente, attentis obsequentibus litteris postulatoriis RR. PP. Archiepiscoporum, Episcoporum aliorumque Ordinariorum praesertim e regionibus Hispanicis, Philippinis, laponensibus et Macaonensibus, necnon coetuum ac virorum ecclesiastica vel civili digni-

tate ac munere praestantium, Emus ac Émus Dnus Antonius Cardinalis Vico, Episcopus Portuen. et S. Eufinae, eiusdem Causae Ponens seu Eelator, in Ordinario sacrorum rituum Congregationis coetu subsignata die ad Vaticanas aedes coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Emi Patres sacris tuendis Eitibus praepositis, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto E. P. D. Carolo Salotti, Fidei promotore generali, omnibus sedulo perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 28 Februarii 1928.

Facta postmodum de his omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per subscriptum Sacrae Bituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis seu declarationis martyrii Servorum Dei Martini a S. Nicolao et Melchioris a S. Augustino, sacerdotum Ordinis Eremitarum Eecollectorum S. Augustini. Die 14 Martii 1928. •

£g A. CAED. VICO, Ep. Portuen. et S. Eufinae,
*S. B. C. Praefectus.*

L. 83 S.

Angelus Mariani, *B. B. C. Secretarius.*

## II

## NEAPOLITANA

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI SOE. MARIAE A PASSIONE D. N. I. C, EX INSTITUTO CRUCIFIXARUM SS. EUCHARISTIAE SACRAMENTUM ADORANTI UM.

SUPER DUBIO

*An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* •

Inter electas et gloriosas virgines quas recentioribus hisce annis clementissimus Deus, veluti thesauros absconditus, dono dedit Ecclesiae sanctae suae, ut eas omni custodia in mandatis et consiliis suis duceret, servaret et perficeret, sanctisque virtutibus et charismatibus ita augeret ut ipsius Dei beneficio et gloria in illis ostenderet investigabiles divitias D. N. Iesu Christi Eegis naturae, gratiae et gloriae, inter praedictas - inquam-virgines

haud infimo in loco accensenda fertur aspectabile Virgo, aseeterii neapolitani ex Instituto crucifixarum Ss. Eucharistiae Sacramentum adorantium, condito a Maria Pia, in saeculo Magdalena Notari, in oppido S. Georgii ad Cremanum, ab Apostolica Sede adprobato et per varias domos in Italia propagato. Nomen isti virgini inditum fuit in religione Maria a Passione D. N. I. C, in familia et in saeculo Maria Gratia Tarallo. Anno 1866 mense Septembri a parentibus Leopoldo Tarallo et Concepta Boriello, christiana pietate et honestate praeditis congruoque etiam censu instructis, orta est Dei famula, postridie ad sacrum fontem baptismi regenerata in Christo. Septennis vehementer optabat angelorum pane refici, sed ob teneram aetatem exaudiri non potuit, et fiebat dum videret natu maiores ad sacram mensam accedere. Attamen pia foemina Concepta Eomano paulo post eam edocuit et praeparavit Ssmae Eucharistiae prima vice suscipiendae; et parochus quum puellam bene dispositam reperisset ipsam sui voti compotem fecit. Maria Gratia tunc sacratissimam Hostiam primum accepit cum magno animi fervore et uberrimo fletu, et ab illa foemina adstante postea interrogata cur flevisset, quidve ipsi dixisset Iesus, respondit ingenue: « Sese puerum Iesum vidisse manibus vulneratis audisseque ea vulnera ab hominum peccatis esse parta ». Ab illa die puella ita mansit mente et corde commota ut quotidie voluisset sacro convivio recreari; sed adhuc parvula veniam non assequuta est nisi semel in hebdomada, deinceps grandior et adulta per singulos dies rei licentiam habuit cum magno solatio et gaudio. Pueritiam et adolescentiam Maria Gratia in domo paterna transegit, scholam privatam apud sorores Franciscales primum frequentavi^ dein per breve tempus scholam publicam et municipalem. Sub directione magistrae artem sarcitricis aliaque manufacta muliebris formae percepit, in quibus operibus et rebus familiaribus se exercuit domi, ne panem in otio comederet sed in labore. Emptoribus operum artis erat generosa e pauperibus saepe remittebat lucrum in toto vel in parte. Quamvis recessum et vitam solitariam amaret, tamen puellas ad se congregatas mysteria Fidei legisque praecepta in forma catechistica una cum historiae congruentibus factis instruebat. Sermone suo ad virtutem excitabat et ad amorem Iesu Christi divinaeque Matris illas inflammabat et usque ad lacrymas commovebat, ipsa exemplum praebente puellis et adultis cum omnium admiratione et aedificatione. Etenim quotidie Dei Famula vicinum templum adibat una cum genitrice suisque sororibus ut sacrosancto Missae sacrificio adsisteret et angelorum pane, facto viatorum cibo, se roboraret. Modesta, pia, mitis, humilis, orationi assidua, in omni opere bono sollicita sese monstravit veram et dignam Philotheam qualem describit Deo placentem S. Franciscus de Sales, Episcopus ac Princeps Genevensis, Ecclesiae

Doctor, in aureo suo libello cui titulus: «Philotbea seu Introductio ad vitam devotam pro singulis hominum statibus ». Talis erat vita Servae Dei in famuiae domo, in qua idem benignissimus Deus vigilantem et paratam Mariam Gratiam inveniens, eam vocavit et elegit ut ad domum et familiam religiosam et ad perfectiorem vitae statum transiret. Sed prius, permittente Deo, eventus accidit inopinatus et tristis, sed utilis ad eius virtutem et vocationem probandam. Quum enim adolescens quidam nomine Raphael Aruto a patre Leopoldo Tarallo filiam suam Mariam Gratiam peteret in sponsam atque hic annuens plenum consensum daret, puella, re cognita, propositas nuptias animo resoluto recusavit. Instantius egit Pater, adductis plerisque rationibus, innuens quoque paternum consilium, familiae quietem, obedientiae virtutem in re tanti momenti pro bono communi, atque ita facilius filiam adegit ad intentum finem. Haec tamen conditionem suae adhaesioni apposuit ut sponsus electus, quem sciebat de christianis officiis oblitum, nuptiale vinculum eiusque obligationes agnosceret, et de catholica religione instructus, piis bonisque moribus et sanctis sacramentis christianam vitam duceret; quod reapse, Deo adiuvante et ipsa Maria Gratia cooperante, brevi tempore feliciter obtentum fuit. Quum omnia parata essent, ambo candidati, vir et foemina comitantibus agnatis et amicis municipium adierunt pro actu quem contractum nuptialem et civilem dicunt. Hoc expleto et sponsis cum comitatu in domum reversis, dum coena paratur, sponsus repentina haemophthisi correptus, morbo in dies ingravescente, post tres menses sacramentis religiose susceptis animam exhalavit. Post hunc luctuosum eventum, pater et filia moerore et dolore perculsi sed de instaurata vita et morte christiana defuncti adolescentis recreati in unum convenerunt consilium; siquidem ille probe noscens firmam filiae voluntatem a novis nuptiis proponendis omnino se abstinuit; haec autem quolibet vinculo soluta et virginitatis flore adhuc servato, die prima mensis Iulii, inito consilio cum sorore Drusiana quae similem vocationem sentiebat, religionem claustralem amplecti statuit. Inter asceteria quae una cum genitrice invisit, monasterium selegit Crucifixarum S. Georgii ad Cremanum quod cognovit et dixit sibi a Deo destinatum. Praehabita Superiorum licentia statim ingressa est monasterium omnibus sodalibus acceptissima. Probationis et tyrocinii curriculo absoluto habitum religiosum suscepit, mutato nomine familiae cum altero religionis Maria nempe a Passione D. N. L C. - Monasterium et Institutum virtutum" splendore illustravit, singularibus gratiae et charismatum donis Deo mirabiliter operante. Tirunculis instituendis praeposita et antistitae vicaria electa haec munia prudenti et sapienti, ratione gessit. Pro conversione et salute peccatorum divinae iustitiae sese obtulit victimam oratione, ieiuniis

aliisque vohmtariis poenis expiantem; quibus, Deo permittente, accesserunt plures aerumnae, infirmitates, dolores, necnon vexationes, percussiones et plagae eidem inflictae a malignis spiritibus, quarum stygmata in ore, in brachio, in corpore retinuit usque ad mortem. Quum ad quintum supra quadragesimum aetatis annum pervenisset Dei Famula proximum suae vitae finem parentibus et sororibus praenunciavit. Quindecim dies gravi morbo laborans et lecto decumbens Ssmae Eucharistiae et extremae unctionis sacramentis refecta et roborata, optato et accepto a suo confessario obedientiae praecepto ut e vita discederet, statim in pace Christi quievit die 27 Iulii anno 1912. Ex septem filiis famuiae Leopoldi et Conceptae Tarallo, tres enumerantur praemortui nempe duo infantes et Maria a Passione, et quatuor simul cum genitoribus superstites, videlicet: duo fratres, Gabriel et Vitalianus, et duae sorores, Prusiana et Iuditha eiusdem monasterii ubi soror germana Maria a Passione vixit, religiosae, prima soror Maria a S. Sepulcro, altera soror Maria a Lancea, in religione nuncupatae, omnesque superius nominati tanquam testes in Processibus huius causae excussi sunt. - Interim fama sanctitatis vitae virtutum et miraculorum in genere praefatae Servae Dei Mariae a Passione D. N". L C. in vita et post obitum magis magisque in dies invaluit et viam aperuit Inquisitionibus Informativis super eadem fama in ecclesiastica Curia Neapolitana conficiendis quae omni cura expletae ad Sacram Rituum Congregationem transmissae sunt. Quum vero, servato iuris ordine, scriptorum Servae Dei revisione rite peracta, per decretum eiusdem Sacrae Congregationis sub die 27 Iulii anno 1921, sancitum fuerit « nihil obstare quominus ad ulteriora procedi possit » instante E. D. Henrico Caiazzo, antistite urbano et huius Causae postulatore, vota quoque depromente antistitae generalis totiusque religiosi Instituti crucifixarum Ss. Eucharistiae Sacramentum adorantium, attentisque litteris postulatoriis Emi Dñi Cardinalis Archiepiscopi Neapolitani aliorumque Emorum DD. Patrum Cardinalium, plurium Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum, Capitulorum Cathedralium et Praepositorum Ecclesiarum atque Ordinum et Congregationum Religiosarum utriusque sexus una cum supplicationibus amplissimorum Principum et virorum ecclesiastica vel civili dignitate ac munere praestantium, Emus ac Rmus Dnus Ianuarius Cardinalis Granito Pignatelli di Belnionte, Episcopus Albanensis, eiusdem Causae Relator, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis coetu subsignata die ad Vaticanum coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Carolo Salotti, Fidei Promotore generali, omnibus

sedulo perpensis rescribendum censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem introductionis causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 28 Februarii 1928.

Facta postmodum de his omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per subscriptum Sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem Sacrae Congregationis ratum habens, manu propria signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Sor. Mariae a Passione D. X. I. 0., ex Instituto Crucifixarum Ssmae Eucharistiae Sacramentum adorantium. Die 14 Martii 1928.

£8 A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Eufinae,
***8.*** *B. C. Praefectus.*

E. & S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

## III

## PICTAVIEX.

### BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI IOANNAE ELISABETH BICHIER DES AGES, C O ^FUNDATRICIS CONGREGATIONIS FILIARUM CRUCIS VULGO SORORUM S. ANDREAE.

SUPER DUBIO

*An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum ac Proximum; nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur?*

Geminata laetitia exsultare quidem potest universa sacra sodalitas Filiarum Crucis, seu Sororum S. Andreae, uti vulgo nuncupari solet, quae postquam fundatori suo Andreae Huberto Fournet Beatorum caelitum honores comparavit, modo alteri parenti suae Ven. Ioannae Elisabeth Bichier des Ages id ipsum praestare magnopere contendit, atque de eiusdem virginis praeclarissimae heroicis virtutibus iudicii prosperum exitum hodie feliciter assequuta est. Ilaec sane est nova et nativa congratulandi ratio, quippe in familiae decus et ornamentum redundat parentum eximius honos et celebrata gloria.

In avito castro *des Ages* orta est Ven. Famula Dei, parentes sortita genere, opibus ac religione praestantes, qui omnem curam ad filiolam recte instituendam impenderunt. Optime quidem; namque puellula parentum

sollicitudinibus egregie respondit, et ab infantia se pronam exhibuit ad pietatis studium et ad caritatis opera. Decennis in disciplinam tradita Religiosis virginibus, quae Hospitantes nuncupabatur, atque Pictavii quadriennio cum iisdem contubernium servavit, modestia praesertim ac disciplina suis sodalibus in exemplum effulgens. Paternam in domum revocata, et domesticis negotiis praeposita, etsi in temporis augustus versaretur, Ecclesiam tamen adibat quotidie, ut sacris adstaret seque caelesti Dape reficeret, neque negligebat ad infirmos invisendos et pauperum necessitates sublevandas pergere. Ieiunia quoque aliasque carnis mortificationes in deliciis habebat eiusque poenitentiae fervorem cohibere opus fuit, ne nimiae austeritati se daret inconsulto.

Interea temporis ex Hispania, ubi exsul contigerat, in suam paroeciam Malliacensem reversus est Beatus Andreas Hubertus Fournet, statimque Ven. Ancilla Dei conscientiae suae moderatorem eum selegit et constituit. Qui cum de nova condenda sacrarum virginum societate cogitaret, quae de iacturis a gallica rebellione religioni illatis resarciendis sollicita foret, ad Ioannam Elisabeth suos oculos convertit, eamque suae mentis participem effecit, atque pias iuvenes eidem uti socias dedit, quibuscum novae vitae tyrocinium inivit. At matris suae mortis nuncio deturbata, paternam in domum reversa est; humillime tamen paruit Beato Fournet, eam ad initam vivendi rationem revocanti, ipsoque rogante, gubernium eiusdem suscepit. Aucto sodalium numero commodiorem domum in paroecia Malliacensi invenit, quam principem exordientis sodalitatis constituit, eique religiosas vestes cum nomine Filiarum Crucis, seu Sororum S. Andreae tribuit.

Vix dictis assequi potest, quot labores, difficultates et aerumnas perpessa sit in opere provehendo ac perficiendo Ven. Famula Dei, quantumque religioni ac civili societati emolumentum attulerit. Consiliis adiuta Beatorum Michaelis Garicoits et Andreae Huberti Fournet, quibus adhaerebat fideliter, atque divinae Providentiae auxilio firmissime confisa, etsi tempora essent rei catholicae adversa, officiis suis alacriter iuncta est, spreto etiam vitae discrimine, cui saepe sese obiecit ob secretam hospitalitatem, in suis aedibus praebitam sacerdotibus profugis, qui tutum locum non habebant, furente persecutione, ubi divinis operarentur, eosdemque eximia caritate in omnibus prosequebatur.

Sensit Pictaviensis civitatis gens, sensere remotiores etiam regiones,, quanti faciendum esset Ven. Famulae Dei sodalitium, et quot bona ex eiusdem diffusione proventura forent. Hinc late excitari, multorum rogatu, coenobia complura, magisque de eiusdem fundatricis sanctitate famam augeri. Haec' de caelitum honoribus ipsi parandis, ea vix demortua, commune excivit desiderium, et ubi primum tempora siverunt, Ordinaria

auctoritate, deinceps Apostolica quaesitum est iuridice de Ven. Servae Dei sanctimonia. Discussis autem et validis agnitis et declaratis omnibus inquisitionibus, ad disceptationem super virtutibus in specie ventum est. Inita haec fuit in Congregatione Antepraeparatoria, habita in aedibus Reverendissimi Card. Camini Laurenti, causae Ponentis, die decima quinta mensis Marth anno millesimo nongentesimo vicesimo septimo, dieque vicesima secunda Novembris eiusdem anni coactus fuit coetus Praeparatorius in Palatio Apostolico Vaticano.

Novissime, videlicet die decima tertia vertentis mensis Martii, generalia comitia celebrata sunt coram Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa Undecimo, in quibus Reverendissimus Card. Camillus Laurenti praesens Dubium discutiendum proposuit: *An constet de virtutibus theologalibus, Fide, Spe et Caritate in Deum ac proximum; nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur?* Omnes qui convenerant tum Reverendissimi Cardinales, tum Patres Consultores suffragia sua unanimi consensione protulere constare affirmantia; quibus auditis, Beatissimus Pater iudicium suum ita differendum censuit, ut spatium sibi et iis qui aderant superesset ad preces fundendas, quibus uberior divini luminis claritas in re tanti momenti impetraretur.

Quum autem mentem suam pandere statuisset, hodiernam iucundissimam diem designavit, qua per universum catholicum orbem festum solemne Patriarchae Sancti Ioseph, Virginis Deiparae Sponsi castissimi, peragitur; eapropter, rei divinae devotissime operatus, coram Reverendissimis Cardinalibus Antonio Vico, Episcopo Portuen. et S. Rufinae, sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, et Camillo Laurenti, causae Ponente, itemque R. P. Carolo Salotti, Fidei Promotore generali, meque infrascripto a Secretis, quos accersiri mandaverat, hanc nobiliorem aulam ingressus et Pontificio solio assidens, solemni decreto edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum ac proximum; nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine et Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc decretum evulgari et in acta sacrorum Rituum Congregationis referri iussit.

Quarto decimo Kalendas Aprilis, anno millesimo nongentesimo vicesimo octavo.

✠ A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
*S. R. C. Praefectus.*

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

# ACTA TRIBUNALIUM

## SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

### ACTUS REPARATIONIS SSMO CORDI IESU INDULGENTIIS DITATUR

Sanctissimus Dominus noster Pius div. Prov. Papa XI, in Audientia infrascripto Cardinali Poenitentiario Maiori die I[a] Iunii 1928 impertita, benigne concedere dignatus est ut, die. festo Ssmi Cordis Iesu, quo publice recitari debet Actus Reparationis sub titulo « Precatio piacularis ad Sacratissimum Cor Iesu», de quo in Litteris Encyclicis *Miserentissimus Redemptor* eiusdem Sanctitatis Suae, datis die 8 Maii 1928, christifideles qui eidem recitationi cum Litaniis Sacratissimi Cordis coram Ssmo Sacramento sollemniter exposito, in qualibet ecclesia aut oratorio, etiam (pro legitime utentibus) semipublico, adstiterint, *Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum* vel *plenariam,* si praeterea confessionem peregerint et S. Communionem rite susceperint, lucrari valeant; suppressis similibus Indulgentiis quae pro Actu sollemnis Dedicationis humani generis Ssmo Cordi Iesu ad libitum eliciendo, concessae fuerant. Iis vero qui, ubilibet et quandocumque, Actum Reparationis, vel privatim, recitaverint, *Indulgentiam trecentorum dierum; plenariam* autem semel in mense, si quotidie per integrum mensem praedictum Actum elicuerint, ac insuper aliquam ecclesiam aut publicum oratorium visitaverint, confessionem peregerint et sacris Epulis refecti fuerint, idem Sanctissimus clementer elargitus est. Praesenti in perpetuum valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae in Sacra Poenitentiaria, die, mense et anno ut supra.

LAURENTIUS Card. LAURI, *Poenit. Maior.*

L. © S,

Ioannes Teodori, *S. P. Secretarius.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

Mercoledì 2 Maggio, Sua Santità ha ricevuto in udienza solenne .8. E. il Signor Visconte LUIGI GABRIELE ANTONIO GIUSEPPE DE FONTÉNAT, Ambasciatore Straordinario e Ministro Plenipotenziario di Erancia, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

## SACRA CONGREGAZIONE DEI BIT!

Martedì, 15 Maggio 1928, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione *Ordinaria dei* Sacri Riti nella quale al giudizio degli Emi e Rmi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

I. Introduzione della Causa di Beatificazione e Canonizzazione della Serva di Dio Rosa Venerini, Eondatrice delle Maestre Pie, dal suo cognome chiamate *Venerini.*

IL Conferma di culto prestato da tempo immemorabile ai Servi di Dio Simeone, Ealcone, Marino, Benincasa, Pietro II, Balsamo, Leonardo, e Leone II, Abbati di Cava, detti Beati.

III. Intorno all'approvazione e concessione dell'Officio e Messa propria in onore dei Beati Martiri Engelberto Kolland e sette compagni, dell'Ordine dei Frati Minori.

IV. Intorno all'approvazione e concessione dell'Officio e Messa propria in onore di S. Pacifico Confessóre del primo Ordine, Patrono della Provincia Picena dei Erati Minori.

V. Intorno alla revisione degli scritti del Servo di Dio Fratel Muoiano Maria, dell'Istituto dei Fratelli delle Scuole Cristiane.

VI. E finalmente intorno alla revisione degli scritti della Serva di Dio Carolina de Brochard, religiosa professa dell' Ordine della Visitazione di Maria Vergine.

Martedì 22 Maggio 1928, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi l'augusta presenza del S. Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Emi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi componenti la medesima hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Maria Crocifissa Di Rosa, Fondatrice dell'Istituto delle Ancelle della Carità.

# SEGRETERIA DI STATO

## NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*24 Aprile 1928.* L'Emo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Proiettore delle Suore Orsoline della SSma Vergine* (Haverloo, Bruges).

» » » L'Emo Signor Cardinale Camillo Laurenti, *Protettore delle Suore « Auxiliatricem des Ames du Purgatoire»* (Parigi).

*25* » » L'Emo Signor Cardinale Francesco Bagonesi, *Protettore delle Suore Betlemite* (Bogota).

*1 Maggio y* L'Emo Signor Cardinale Michele Lega, *Protettore della Piccola Missione dei Sordomuti* (Bologna).

*3* » » L'Emo Signor -Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore delle Suore dei S aeri Cuori di Gesù e di Maria* (Bennes).

*10* » » L'Emo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore della Congregazione delle Suore di S. Giuseppe* (Annecy).

*11* » » L'Emo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore della Congregazione delle « Sister of Providence »* (Indianapolis).

*26* » » Monsig. Giuseppe Pasquazi, *Referendario della Segnatura Apostolica.*

» » » Monsig. Giuseppe Stella, *Referendario della Segnatura Apostolica.*

*27* » » Monsig. Biccardo Bartolom, Arcivescovo titolare di Laodicea in Siria, *Internunzio Apostolico di Lituania.*

### *Assistenti al Soglio Pontificio:*

*3 Ottobre 1927.* Monsig. Ignazio Valdespino, Vescovo di Aguascalientes.

*6 Febbraio 1928.* Monsig. Tommaso Giuseppe Shahan, Vescovo titolare di Germanicopoli.

*20 Aprile* » Monsig. Giacomo Carabelli, Arcivescovo di Siracusa.

*22* » » Monsig. Adamo Giuseppe Damiano Schmidt, Vescovo di Fulda.

### *Protonotario Apostolico* ad instar participantium

*12 Aprile 1928.* Monsig. Pietro Sinopoli di Giunta, della diocesi di Nicosia.

### *Prelati domestici di S. S.:*

*30 Luglio 1927.* Monsig. Andrea De Maurizi, dell'archid. di New Orleans.

*10 Settembre* » Monsig. Giacomo Hugh Byan, della diocesi di Indianopoli.

*10* » » Monsig. Francesco Patrizio Byves, della medesima diocesi.

*14 Dicembre 1927.* Monsig. Atanasio Cottier, della diocesi di Losanna e Friburgo.
*25 Gennaio 1928.* Monsig. Pio Fernando, della diocesi di Kandy.
*26 Marzo* » Monsig. Carlo Vincenzo Sedoch, della diocesi di Giavarino.
*23* » » Monsig. Alfredo Morisette, dell'archidiocesi di Quebec.
*23* » » Monsig. Giuseppe Lauréat Boulanger, della medesima archidiocesi.
*29* » » Monsig. Lodovico Segonzac, dell'archidiocesi di Albi.
*4 Aprile* » Monsig. Paolo Muña, dell'archidiocesi di Aix.
*14* » » Monsig. Andrea Enrico Chaumont, della diocesi di Clermont.
*24 Maggio* » Monsig. Giuseppe Pasquazi, della diocesi di Palestrina.
» » » Monsig. Stella Giuseppe, della diocesi di Albano.

## ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

*La Gran Croce dell'Ordine Piano:*

*30 Marzo 1928.* Al sig. Raffaele Ariztia Lyon, della diocesi di Valparaiso.

*La Gran Croce di San Gregorio Magno, classe civile:*

*3 Maggio 1928.* Al Sig. Duca Nicola Brady, dell'archidiocesi di New York.

*La Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*21 Aprile 1928.* Al sig. Renato Delforge (Belgio).

*La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*28 Dicembre 1927.* Al sig. Valentino Bellia, dell'archidiocesi di Torino.
*15 Marzo 1928.* Al sig. cav. Enrico Camaschella, della diocesi di Novara.
*26* » » Al sig. Berardo Langlois, della diocesi di Nizza.
*28* » » Al sig. cav. Leone Boiinel, dell'archidiocesi di Cambrai.
*28* » » Al sig. architetto Giorgio Renaud, della diocesi di Nevers.
*2 Aprile* » Al sig. Lorenzo A. Wilson, della diocesi di Walleyfìeld.
*2* » » Al sig. Donato Raymond, dell'archidiocesi di Montréal.
*12* » » Al sig. Francesco Riccardo Neubauer, della diocesi di Danzica.

*La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:*

*4 Aprile 1928.* Al sig. Comandante Francesco Giulio Maria De la Maire, della diocesi di Quimper.

*Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*25 Febbraio 1928.* Al sig. Giovanni Tiberghien, della diocesi di Lilla.
*9 Marzo* » Al sig. Loutfi Abed (Cairo).

*14 Marzo 1928.* Al sig. Lodovico Adelardo Trempe, dell'archidiocesi di Quebec.
*24* » » Al sig. Pietro Teodoro Bemtgeii, dell'archidiocesi di Parigi.
*26* . » - » Al sig. avv. Gervasio Posada Belgrano, dell'archidiocesi di Montevideo.
*27* » » Al sig. conte Alberto d'Hendecourt-Gontreuil, dell'archidiocesi di Cambrai.
*28* » » Al sig. Giorgio Stang, dell'archidiocesi di Monaco.
*31* ». » Al sig. Leone Bracq, della diocesi di Arras.
*11 Aprile* » Al sig. Angelo del Grosso, dell'archidiocesi di Milano.
*11* » » Al sig. Giovanni Adriano Douker, della diocesi di Harlem.
*21* » » Al sig. Alfonso van Overheke (Belgio).
» » » Al sig. Emilio Hotermans (Belgio).

*La Placca dell'Ordine di San Silvestro Papa:*

*20 Marzo 1928.* Al sig. comm. dott. Antonio Sánchez Eeyes, della diocesi di Madrid.

*La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:*

*17 Febbraio 1928.* Al sig. ing. Carlo Bagnasco, dell'archidiocesi di Genova.
*2 Aprile* » Al sig. Arturo Trudeau, dell'archidiocesi di Montréal.

*Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:*

*21 Marzo 1928.* Al sig. dott. Giacomo Gargiulo, della archidiocesi di Sorrento.
*21* » » Al sig. Nicola Bassino, dell'archidiocesi di Torino.
*28* » » Al sig. Antonio Linhart, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
*30* » » Al sig. Giovanni Turchetta, della diocesi di Pontecorvo.
*2 Aprile* » Al sig. Nicola Eomaniello, della diocesi di Tricarico.
» » » Al sig. Giuseppe de Eosa de Lei, della medesima diocesi.

## MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

### NOMINE

Con Biglietti di S. E. Ema Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare :

*Camerieri Segreti Soprannumerari di S. 8.:*

*13 Aprile 1928.* Monsig. Michele Inglese, dell'archidiocesi di Acerenza.
» » » Monsig. Pietro Stigliano, della medesima archidiocesi.
*14* » » Monsig. Pietro Eondoletti, della diocesi di Savona.

*23 Aprile 1928.* Monsig. Giuseppe Brunner, della diocesi di Gurk.
» » » Monsig. Valentino Marklet, della medesima diocesi.
*24* » » Monsig. Venceslao ôerny, dell'archidiocesi di Praga.
*25* » » Monsig. Nicola Claudio Luigi Hamant, della diocesi di Metz.
*8 Maggio* » Monsig. Bomano Sitko, della diocesi di Tarnovia.
» »' » Monsig. Stanislao Bulanda, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Francesco Miklansinski, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Bomano Mazur, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Andrea BÖenigh, della diocesi di Warmia.
» » » Monsig. Eugenio Brachvogel, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Luigi Marquardt, della medesima diocesi.
*9* » Monsig. Gerardo Koiter, della diocesi di Osnabrück.
» » » Monsig. Egelberto Bucholtz, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Bidders, della medesima diocesi.
*19* » » Monsig. Giuseppe Branche (Boma).
» » » Monsig. Luigi Arrigoni (Boma).

*Camerieri d'Onore in abito paonazzo di 8. 8.:*

*8 Maggio 1928.* Monsig. Pietro Simona to, della diocesi di Padova.
» » » Monsig. Angelo Candeo, della medesima diocesi.
*9* » » Monsig. Agostino Fleck, della diocesi di Rottenburg.
*14* » » Monsig. Francesco de Almeida Rolin, dell'archidiocesi di Diamantina.
» » » Monsig. Augusto Gautsch, della diòcesi di Pelotas.

*Cameriere d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. 8.:*

*21 Maggio 1928.* Il Sig. Vittorio Hlasko, della diocesi di Premislia lat.

*Cappellani d'Onore* Extra urbem *di 8. 8.:*

*'23 Aprile ' 1928.* Monsig. Giuseppe Schmutz, della diocesi di Gurk.
*8 Maggio* » Monsig. Giovanni Seckar, della diocesi di Diacovo.
*21* » » Monsig. Giuseppe Gunicevic, della medesima diocesi.

# NECROLOGIO

*5 Maggio 1928.* Monsig. Giuseppe Ernst, Vescovo di Hildesheim.
*11* ' » » Monsig. Ignazio Valdespino y Diaz, Vescovo di Aguascalientes.
*23* » » Monsig. Giovanni Battista Pita vai, Arcivescovo tit. di Amida.

Annus XX - Vol. XX 2 Iulii 1928 Num. 7

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

## COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. XI

## CONSTITUTIO APOSTOLICA

### DE RHODIENSIS ARCHIDIOECESIS RESTITUTIONE

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pastoris aeterni vices, licet immerito, gerentes omni studio curare debemus ut, succrescente in aliqua regione Christi fidelium numero, ad maius eorum bonum facilius assequendum, novae ibi erigantur dioeceses, vel temporum vicissitudine et iniuria exstinctae denuo instaurentur. Huius Apostolicae sollicitudinis partem modo exigit a Nobis vetustissima et insignis Rhodiensis Ecclesia. Illa enim merito gloriatur se ab ipsis Ecclesiae incunabulis Christi fidem amplexam esse et, archiepiscopali titulo ac dignitate iam a saeculo quarto decoratam, longo temporis spatio virtutum splendore et religionis prosperitate floruisse. Postea vero, quum, insula a Turcis capta ac Hierosolymitani Ordinis S. Ioannis Equitibus ab ea pulsis, pristinam amisisset fulgentem gloriam, fel. rec. Pius Papa Sextus, Praedecessor Noster, per Apostolicas sub plumbo Litteras ***Memores Nos,*** die tertia mensis Martii, anno millesimo septingentésimo nonagésimo septimo datas^ Rhodiensis Archiepiscopi, titulum, ne tam illustris Ecclesiae memoria periret, cum praefati Hierosolymitani Equités in insulam Melitensem se trans-

tuiissent, cathedrali Ecclesiae^ Melitensi perpetuo univit. Postremis vero temporibus catholicae religionis res in insula Rhodiensi, opera praesertim ordinis Fratrum Minorum, cui missio illa credita fuit, in melius cedere coeperunt, ita ut fel. rec. Leo Papa Decimus tertius, et ipse Praedecessor Noster, praefecturam apostolicam anno millesimo octingentesimo nonagésimo septimo ibi constitueret. Subsequentibus annis, Deo adiuvante, praefectura haec Ehodiensis et Insularum tantum incrementum est consecuta, ut opportunum in eiusdem territorio praeclaram archidioecesim Ehodiensem restituere visum sit. Nos itaque, de dilectorum filiorum Nostrorum S. E. E. Cardinalium Sacrae Congregationis Christiano Nomini propagando praepositae consilio, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest, vel qui sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, quas supra memoravimus Pii Papae Sexti Litteras abrogantes, omnibus mature perpensis, Archiepiscopi Rhodiensis titulum a cathedrali Ecclesia Melitensi seiungimus, atque, praef ectura apostolica Rhodiensi et Insularum suppressa, pervetustam et insignem archidioecesim Rhodiensem eius loco restituimus ac instauramus, eamque Nobis et Sedi Apostolicae immediate subiicimus. Huius autem archidioecesis fines eosdem esse volumus, quibus suppressa praefectura circumscripta erat, eiusque archiepiscopalem Cathedram in urbe Ehodiensi constituimus et ecclesiam S. Ioannis Baptistae ibi exstantem ad archiepiscopalis ecclesiae gradum et dignitatem evehimus, ac ipsi propterea omnia et singula iura, privilegia et praerogativas, quibus ceterae archiepiscopales sedes gaudere solent, concedimus et attribuimus. Ehodiensibus autem pro tempore Archiepiscopis ius tribuimus. tum Pallio utendi, postquam tamen illud in Sacro Consistorio postulatum et impetratum fuerit, tum Crucem ante se ferendi, et alia iura. insignia, privilegia, quibus ceteri Archiepiscopi ex iure communi vel legitima consuetudine fruuntur et gaudent, cum omnibus oneribus et obligationibus sublimi eorum dignitati inhaerentibus.

Quum autem temporum adiuncta prohibeant quominus in Ehodiensi archidioecesi canonicorum Capitulum modo instituatur,

mandamus ut eius loco dioecesani Consultores, ad tramitem can. 423 et seq., per quantum fieri poterit, constituantur. Quod vero attinet ad archidioecesis regimen et administrationem, ad Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera, aliaque huiusmodi, servanda iubemus quae sacri canones praescribunt. In huius autem archidioecesis dotem assignandus et attribuimus bona omnia et reditus, si quae sint, suppressae praefecturae, curiae archiepiscopalis emolumenta et ceteras oblationes, quae a fidelibus, in quorum bonum archidioecesis restituta est, praeberi solent, necnon annuam dotationem a civili auctoritate adsignatam. Rebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputamus dilectum filium Ambrosium Acciari, Ordinis Fratrum Minorum, hodiernum Rhodiensem et Insularum Praefectum Apostolicum ac ipsi propterea necessarias et opportunas facultates tribuimus, etiam subdelegandi. ad effectum de quo agitur quemlibet virum in officio vel ecclesiastica dignitate constitutum, ac definitive pronuntiandi de quavis difficultate vel oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura, facto insuper eidem onere ad Sacram Congregationem Christiano Nomini propagando praepositam intra sex menses transmittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis.Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest, vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis,

manu tamen alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae bisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibustpie Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem hanc paginam suppressionis, seiunctionis, instaurationis, evectionis, concessionis, statuti, derogationis, mandati et voluntatis Nostrae infringere, vel ei contraire liceat. Si quis vero, ausu temerario, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Eius, se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo octavo, die vigesima octava mensis Martii, Pontificatus Nostri anno septimo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH, *S. B. E. Cancellarius.*

CAROLUS CARD. PEROSI, *S. C. Cons. Pro-Secretarius.*

Dominicus Iorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

***Reg. in Cane. Ap., vol. XXXVII,** n. **81.*** - M. Biggi.

# LITTERAE APOSTOLICAE

## I

TEMPLUM E. M. V. SIDERIBUS RECEPTAE, IN CIVITATE VELEHRAD, ARCHIDIOECESIS OLOMUCENSIS INTRA FINES, BASILICAE MINORIS HONORIBUS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Fertur ex vetustissima traditione, antiquis etiam suffulta documentis, intra hodiernae archidioecesis Olomucensis fines, ecclesiam Velehradensem in honorem Beatae Mariae Virginis in caelum Assumptae surrexisse in locis hodierno Velehradio vicinis, scilicet in illa Bastici munitione in qua sancti fratres et apostoli Mora viae Cyrillus et Methodius, post adventum in Mora viam anno reparatae salutis DCCCLXin, sedem suam posuerant, ut in universam illam regionem Evangelii lumen inferrent. Constat Vladislaum Henricum, Moraviae marchionem, atque Octocari Bohemiae regis fratrem, an. MCLXXXXVIII Velehradii monasterium Ordinis Cisterciensium monachorum curis concreditum fundasse cum ei adiacenti ecclesia Mariae sideribus receptae dicata, mirifice quidem praestantibus artis operibus ornata atque exculta; idemque monasterium penes laudatum Ordinem mansisse ad saecularisationem usque, imperatore Austriae Iosepho II die xxvn Septembris anno MDCCLXXXIV indictam. Minime Nos latet ecclesiam eandem, quasi matrem ac reginam ceterarum ecclesiarum Moraviae merito habitam, excelluisse etiam ob insignia pontificalia illius Praelato conlata a fel. rec. Urbano Pp. VI, Nostro Praedecessore, suffragante Ioanne IX episcopo Velehradensi, anno MCCCLXXIX. Templum, vertentibus saeculis incendio aliquoties vastatum et antiquitate fatiscens, a fundamentis restitutum ac die xx m. Octobris an. MDCCXXXV sollemni ritu denuo consecratum, ad nostra usque tempora superest tamquam pietatis et artis splendidum monumentum, pluribus itemque conspicuis gratiis ac privilegiis ab hac Sancta Sede cumulatum atque a fidelibus tam vicinitatem incolentibus quam peregre confluentibus summa pietate ac religione celebratum. Sacras inter imagines et reliquias, quibus templum locupletatur, recensetur icon B. Mariae Virginis ecclesiae titularis, et pars brachii sancti Cyrilli Thessalonicensis. Ecclesia ipsa ad paroeciae dignitatem evecta, anno MDCCCLXXXX clericis regularibus Societatis Iesu concredita fuit, qui sacro inibi ministerio naviter funguntur remque divinam omni diligentia procurant. Et re quidem vera

sub eorundem patrum disciplina exstant ibidem: Institutum a sanctis Cyrillo et Methodio nuncupatum, pro Slavis Missionariis efformandis alumnisque instituendis erectum; tirocinium pro novensilibus ecclesiasticis et religiosis nationis czecoslavicae; magna domus *Stojanov* dicta pro spiri tualibus exercitationibus quolibet anni tempore habendis; nec non altera aedes materna Congregationis Sororum, nuncupatarum a sanctis patronis Cyrillo et Methodio; simulque plures catholicae associationes, quae sedem ibidem obtinent et conventus animos celebrant, frugiferum ad finem ut magis ac magis fideles imbuantur spiritu, doctrina atque exemplis tutelarium sanctorum, illorumque vestigiis adhaereant religiose. Haec animo repetentes, cum venerabilis frater Leopoldus Preçan, Archiepiscopus Olomucensium, archidioecesis sibi commissae utriusque cleri et populi fidelis communia vota depromens, ac nominatim Piae Unionis Velehradensis, cui titulus et sedes centralis est Apostolatus Ss. Cyrilli et Methodii ad sanctum finem reconciliationis Ecclesiae Orientalis cum Eomana Ecclèsia promovendum, eiusque Congressus postremi dierum xx et xxiv mensis Iulii anni nuper elapsi, Nos humillimis iteratisque supplicationibus deprecatur sit ut ecclesiam super enunciatam ad titulum ac privilegia Basilicae minoris evehere dignaremur, Nos optatis his concedendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, audito venerabili fratre Nostro Antonio Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinali Vico, Episcopo Portuensi ac Sanctae Eufinae, Sacrorum Eituum Congregationi Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore perpetuumque in modum, perinsignem ecclesiam Velehradensem Deiparae Virginis in caelum receptae titulo decoratam, nomine et privilegiis liturgicis aliisque honorificentiis, quae Basilicis minoribus iuxta Apostolicas concessiones competunt, cohonestamus atque cumulamus.

Haec edicimus, mandamus, praecipimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere illisque, ad quos spectant sive spectare poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII m. Februarii anno MDCCCCXXVIH, Pontificatus Nostri septimo.

P. CAED. GASP ARRI, *a Secretis Status/*

# II

EXTENSIO IURISDICTIONIS DELEGATI APOSTOLICI AEGYPTI ATQUE ARABIAE AD VICARIATUS APOSTOLICOS ERYTHRAEAE ET ABYSSINIAE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Eomauorum Pontificum Decessorum Nostrorum vestigiis haerentes, ea sedulo studio decernere maturamus, quae catholico nomini aeternaeque christiani populi saluti bene prospere ac feliciter eveniant. Iamvero cum multis de causis, quas inter praecipua est ut intimior nexus cum hac Sancta Apostolica Sede foveatur in vicariatibus apostolicis Erythraeae et Abyssiniae, nec non maiore cum sollicitudine ea tractentur negotia, quae tum ad bonum animarum tum ad incrementum vicariatuum eorundem apostolicorum spectant, peropportunum visum fuerit ad enunciatos apostolicos vicariatus Delegati Apostolici Aegypti atque Arabiae iurisdictionem extendere: Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus Congregationi pro Orientali Ecclesia praepositis, omnibusque rei momentis attente perpensis, haec quae infra scripta sunt decernenda existimavimus. Nimirum motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, statuimus ac mandamus ut Delegatus Apostolicus pro tempore Aegypti atque Arabiae pariter ac simul sit Delegatus Apostolicus vicariatuum apostolicorum tam Erythraeae quam Abyssiniae, ideoque iurisdictionem illius ad praedictos vicariatus eadem Nostra auctoritate in posterum extendimus.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum ac definiendum esse: irritumque ex nunc et inane fore si quidquam secus super his a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vn m. Martii an. MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

# III

## ERIGITUR MISSIO DE MIYAZAKI INTRA FINES DIOECESIS DE FUKUOKA

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Supremi apostolatus officium Nobis divinitus commissum utiliter exsequi satagentes, ea sedulo studio decernenda curamus, quae in Ecclesiae incrementum christianique populi spirituale bonum bene prospere ac feliciter eveniant. Iamvero non sine gaudio comperimus in dioecesi de Fukuoka, commissa curis Societatis Parisiensis pro exteris missionibus, duas civiles provincias reperiri, alteram de *Miyazaki* et alteram de *Oita* appellatas, quae iam duobus ab annis a patribus Piae Societatis Salesianae, Episcopo moderante, ad Christi fidem excoluntur. Porro cum praefato in territorio iam adeo religio christiana adoleverit ac tam uberes susceperit progressus, qui iam spem prope certam portendant amplioris futurique augmenti, et dilectus filius moderator hodiernus generalis superenunciatae Salesianae Societatis ad Christi fidem validius promovendam, humiles Nobis porrexerit preces ut, Apostolica auctoritate, dictae provinciae de *Miyazaki* et *Oita* a dioecesi de Fukuoka seiunctae in Missionem sui iuris erigerentur: Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis ac praehabito voto tam venerabilis fratris Marii Giardini, Archiepiscopi titulo Edesseni, Delegati Nostri Apostolici in Iaponia, quam venerabilis fratris Ioannis de Guebriant, Archiepiscopi titulo Marciänopolitani, Superioris generalis Societatis Parisiensis pro missionibus exteris, precibus supra enunciatis moderatoris generalis Congregationis Salesianae ultro libenterque concedendum existimavimus. Quam ob rem motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, civiles sub-praefecturas *de Miyazaki* et *Oita* in Iaponia a dioecesi dé Fukuoka separamus sive dismembramus, easdemque, ita per Nos rite seiunctas sive separatas, in Missionem sui iuris erigimus atque constituimus, cui nomen facimus de *Miyazaki,* eamque curis concredimus Piae Societatis Salesianae.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc atque inane fieri si quidquam

secus super his, a quovis, auctoritate quavis, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvn mensis Martii anno MDCCCCXxvm, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE ARAUCANIA AD VICARIATUM APOSTOLICUM EVEHITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Sublimi veluti e specula ex hac Divi Petri Cathedra, quam divinitus obtinemus, in omnes vel longo terrarum marisque spatio seiunctas orbis Christiani regiones oculos" mentis Nostrae convertimus et quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene prospere ac feliciter eventura videantur sollicito studio decernere maturamus. Iamvero cum praefectura apostolica Araucaniae in Republica Cilena Fratribus Ordinis Minorum Capulatorum provinciae Bavaricae commissa, novissimis temporibus insigne religionis incrementum ex auspicato fuerit assequuta, opportunum Nobis visum est eandem ad vicariatus apostolici dignitatem promovere. Collatis itaque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, praefecturam apostolicam Araucaniae in Republica Cilena, servatis eisdem limitibus, in vicariatum apostolicum, item de Araucania dictum atque ab Ordinario episcopali aucto dignitate regendum, erigimus atque constituimus.

Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant, siye spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvrn m. Martii an. MDCCCcxxvm, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

V

ERECTIO APOSTOLICAE PRAEFECTURAE DE KOANGO IN VICARIATUM APOSTOLICUM.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Aucto pastorum numero, incolumitati gregis consulere, de Eomanorum Pontificum Decessorum Nostrorum more institutoque, maturamus. Iamvero cum in praefectura apostolica de Koango in Congo Belgico, clericis regularibus Societatis Iesu concredita, novissimis hisce temporibus catholica fides non modo quod attinet ad christifidelium et catechumenorum numerum, sed etiam ad bonorum operum multiplicitatem, uberrima incrementa susceperit, venerabilibus fratribus nostris Sanctae Bomanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis peropportunum visum est consilium Nos flagitare enixis precibus ut dicta apostolica praefectura de Koango in vicariatum apostolicum, auctoritate Apostolica, erigeretur. Nos autem omnibus rei momentis cum enuntiatis Cardinalibus amplissimis sollicito studio perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, praefecturam apostolicam de Koango in Congo Belgico, servatis eisdem quibus actu continetur finibus, in vicariatum apostolicum, proprio Episcopo committendum, erigimus.

Porro haec statuimus decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectat, sive spectare poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Bomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvin m. Martii an. MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASP ARRI, *a Secretis Status.*

# YI

DISTRACTO TERRITORIO E VICARIATIBUS APOSTOLICIS DE HANCHUNG-FU ET DE SIAN-FU, ERIGITUR IN SINIS PRAEFECTURA APOSTOLICA DE HIN-GAN-FU.

## PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ut aucto pastorum numero christiani gregis bono satius consulamus id monet Supremi Apostolatus officium, quo in terris, licet immeriti, fungimur. Iam inde ab anno MDCCCCXXIV venerabilis frater Antonius Capettini, episcopus titularis Enariensis, eo tempore Vicarius Apostolicus de Hanchung-fu, nec non venerabilis frater Eugenius Massi, episcopus titulo Ioppidanus, tunc Vicarius Apostolicus de Sian-fu, instanter Nos postulaverunt, ut, ob territorium latissime patens suae cuique iurisdictioni subiectum et incolarum ibique commorantium multitudinem, nonnullae fmitimae sub-praefecturae civiles ad proprios vicariatus pertinentes, in quibus solum inchoata erat evangelica praedicatio, aliis traderentur Missionalibus. Horum votis benigne annuentes, praedictis Vicariis apostolicis moderantibus, Nos easdem civiles sub-praefecturas excolendas tradidimus sacerdotibus alumnis Ordinis Fratrum Minorum Conventualium. Attamen cum in enunciato territorio religio christiana diligenti industria eorundem Patrum Conventualium nova atque ampliora in praesens incrementa susceperit feliciter, adeo ut tam Minister generalis F. M. Conventualium Ordinis, quam venerabilis frater Eugenius Massi administrator apostolicus vicariatus de Hanchung-fu et vicariatus de Sian-fu, humiles Nobis atque iteratas preces porrexerint ut dictas civiles sub-praefecturas, a propriis vicariatibus seiunctas, in novam condamus apostolicam praefecturam: Nos, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, ac praehabito voto venerabilis fratris Celsi Costantini, archiepiscopi titularis Theodosiopolitani, Delegati Apostolici in Sinis, enuntiatis precibus concedendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore civiles sub-praefecturas de *Tze-yang, Pingli, Ning-shen, SMJi-chucm, Sun-yang, Han-yin, Chuan-ping, Pai-ho, Hinganfu* seu *Án-hang* a vicariatu apostolico de Hanchung-fu seiungimus sive dismembramus. Item a vicariatu apostolico de Sianfu sub-praefecturas civiles de *Siao-yi, Chen-an, Shan-yang* separamus ac seiungimus. Totum autem territorium continens

has duodecim sub-praefecturas, sic per Nos separatas atque dismembratas, in novam Praefecturam Apostolicam erigimus atque constituimus, cui nomen facimus de *Hinganfu* et quam Ordinis Fratrum Minorum Conventualium curis concredimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvni m. Martii an. MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

## YII

APPROBANTUR AUCTORITATE APOSTOLICA CONSTITUTIONES ORDINIS SERVORUM MARIAE AD NORMAM CODICIS RE VISAE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Religiosorum virorum coetibus, qui, pro opportunitate temporum a Deo Optimo Maximo suscitati, virtutum christianarum exempla christifidelibus apte praebuere, tamquam praeclaris servandisque pietatis monumentis, quibus orbis christianus inclyte splendei, Romani Pontifices providentia continentique cura iugiter attenteque consulunt. Quos quidem inter sacros coetus, omni laude dignus, Ordo Servorum Mariae celebrandus est, qui tertio decimo saeculo Florentiae plane mirabili modo ortum habuit. Illum enim septem inlustres e fiorentina nobilitate viri anno reparatae salutis MCCXXXIII instituere, quos rec. mem. Decessor Noster Leo Pp. XIII sub unico titulo Septem Fundatorum Ordinis Servorum Beatae Mariae Virginis, anno MDCCCLXxxvin Sanctorum honoribus cumulavit. Orationi, paupérrimo usi generi vitae, *in* villa « Camarza » primum vacarunt septem illi viri Dei, quorum in Libro vitae sunt nomina: videlicet Bonfilius de Monaldis, Bonaiuncta sive Ioannes de Manettis, Benedictus seu Manettus ab Antella, Bartolomaeus idest Amideus de Amideis, Recoverus seu Uguccio Uguccionum, Sosteneus sive Gerardus de Sostenéis et Alexius de Falconeriis; dein vero, Dei

flatu ducti, ad Senarium montem se contulere, atque ibidem, Deiparae Virginis ope, posuerunt firma novae religiosae familiae fundamenta, quae popularium atque infantium voce iam ab incunabulis « Ordo Servorum B. Mariae » feliciter meritoque nuncupata est. Et re quidem vera Leo XIII, rec. mem. Decessor Noster, testatus est « clementissimam Virginem ipsam non modo inspirasse, sed, Beatis Fundatoribus apparentem, die Parasceves anni MCCXL, totam etiam futuri Ordinis rationem designasse et descripsisse; ad dolorum suorum memoriam iussisse ut novi Ordinis sodales nigra veste induti incederent et iuxta Sancti Augustini regulas monasticam vitam agerent; denique sacrasse beneplacitu suo illud religiosae familiae nomen, quod pridem per infantes et lactentes Deus ipse sibi valde placere significaverat ». Ab ipsis igitur Septem Fundatoribus novus Ordo Servorum Mariae sua prima statuta habuit; quae una cum decretis posterius latis Sanctus Philippus Benitius, inclytus Ordinis propagai or, in unum conlegit atque in ordinem redacta anno MCCLXXX evulgavit. Statuta autem eadem Benedictus Pp. XI sanctione sua roboravit, cum Servorum Mariae Ordinem, quem iam etiam Innocentius IV anno MOCLI et Alexander IV anno MCCLV approbaverant, Litteris Apostolicis sub plumbo III Idus Februarii, anno MCCCIV datis, Sancto Alexio Faleonerio annorum ac bonorum operum pleno adhuc vivente, sollemniter confirmavit. Magna quidem cum reverentia susceptis traditisque, huiusmodi Constitutionibus Ordinis sodales per tria ferme saecula obedivere, easdemque fideliter servarunt; sed postea ob mutatas rerum condiciones et praesertim ob inductam a Concilio Tridentino disciplinam, nova aptaque forma Regulae sunt conditae, quas, iterato editas, iterato quoque Romani Pontifices Decessores Nostri, quos inter memoratu digni S. Pius V, die XXV Aprilis anno MDLXIX, Gregorius XIII, die xxi Septembris anno MDLXXix, atque Urbanus VIII die xv Octobris anno MDCXLIII, SUO consensu honestarunt. Hisce vero Constitutionibus usque ad recentiora tempora Ordo Servorum Mariae usus est, donec anno MOMVII Sacra Episcoporum et Regularium Congregatio, decreto die xv m. Maii dato, easdem Ordinis constitutiones, quarum interea magno studio magnaque diligentia textus revisus et ad meliorem formam digestus erat, denuo approbavit. At, evulgato iuris canonici Codice, ut ad ipsius praescripta Constitutiones opportune conf ormarentur, de mandato Capituli generalis anno MDCCCCXX habiti, Moderator generalis Ordinis peculiarem aliquorum sodalium coetum constituit, qui regulas easdem accommodarent. Novissimis propterea diebus ad iuris canonici Codicem tandem conformatae Ordinis Servorum Mariae Constitutiones, eisdem etiam aliquibus additis insertisque immutationibus seu additamentis a generali Capitulo anni MDOCCCXX vi statutis, novo pon-

tifìcio consensu honestandae, Sacrae Congregationis pro Religiosorum Sodalium negotiis examini et iudicio propositae sunt. Nos vero id animo repetentes, quod iam rec. mem. Decessor Noster Pius Pp. X anno MDCCCCXIII de eadem religiosorum virorum familia rectissime asserebat, illum nempe Ordinem tam utiliter in provehenda apud christianum populum Beatae Mariae Virginis veneratione adlaborasse; tot alumnos sanctitate conspicuos caelo inseruisse; tot diligentibus administris Ecclesiam praeclarisque viris civitatem auxisse, ut religiosas inter familias honestissimum merito locum obtineret: luculentum Nostrae benevolentiae pignus eiusdem Ordinis sodalibus exhibere censuimus quod ipsos voti compotes reddat. Audito propterea, uti mos est, dilecto filio Nostro Sacrae Congregationi pro Eeligiosorum Sodalium negotiis S. E. E. Cardinali Praeposito, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, Ordinis Servorum Mariae Constitutiones, quarum exemplar tum in Sacrae praefatae Congregationis, tum in Brevium tabulario servabitur, plenissime adprobamus, eisdemque Apostolicae sanctionis robur adiicimus. Haec, quae in tam frugiferae familiae religiosae bonum atque emolumentum maxime cessura rati decrevimus, statuimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos spectat et in posterum spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Eomae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Martii anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

# EPISTOLAE

## I

AD EMUM P. D. DONATUM, TÎT. S. SILVESTRI IN CAPITE S. R. E. CARD. SBARRETTI, QUEM LEGATUM MITTIT AD CONCILIUM PLENARIUM APULIAE.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et, apostolicam benedictionem. — Ex quo tam opportune novus Codex iuris canonici promulgatus est, maiore quidem frequentia ac fructu quam antea non modo dioecesanae Synodi sed etiam plenaria Concilia feliciter agi per catholicum orbem coepta sunt; ita enim, cum omnes ex una eademque provincia ecclesiastica vel regione conveniunt sacrorum Antistites ut collatis consiliis délibèrent, tum multa quae obsoleverant tollendo et multa innovando vel congruenter his temporibus accommodando, melius profecto communibus propriisque dioecesium necessitatibus prospiciunt. Quamobrem libenter Nos certiores facti sumus Plenarium mox Apuliae Concilium, Melphicti celebratum iri; iamque diu actuosam fervere episcopatus et cleri illius sollertiam ut omnia rite apparentur optatosque exitus res habeat. Iamvero in more ac lege positum est, quemadmodum nosti, ut Pontificius Legatus conciliis huiusmodi praesideat: siquidem consentaneum omnino est, ut cum de negotio agatur gravioris momenti, id ab ipso Christi Vicario et auspicium capiat et ad perfectionem exsequendi operis incitamentum. Quapropter, te, dilecte fifi Noster, his litteris Nos eligimus qui, Nostram gerens personam, nomine et auctoritate Nostra Apulo illi Concilio praesis, coetus modereris, sacrasque peragas caeremonias; nec dubitamus quin, pro tuo in Dei Ecclesiam studio, pro tua prudentia usuque rerum, pro romanae Purpurae amplitudine, digne plane exspectationem omnium sustineas. Inter alia quae in coetibus, te duce, de disciplina sacra, de praeservanda iuventute tot periculis circumventa, de fovenda in populo christiana fide, disceptabuntur, id praecipue tuum erit, non modo efficere ut certi quidam abusus prorsus tollantur qui ad processiones sacras et sodalitia pertinent, sed etiam, occasione data, hortari omnes verbis Nostris ut maxima illic adhibeatur cura in adulescenti clero augendo recteque conformando : nimis enim ad communem salutem interest ut de sacro ordine homines, hac aetate praesertim, non desiderentur qui, virtutis doctrinaeque laude praestantes, omnem

sibi creditum populum ad Redemptorem Iesum, qui unus *via* est, *veritas et vita,* conducant. Certe ardor ad optima quaeque capessenda, consociatio virium et fraterna concordia, quibus Apuli commendantur, sperare iubent catholicam vitam illic novo quodam robore auctum iri et prosperiorem fore dioecesium illarum conditionem. Interea tibi damus, dilecte fili Noster, ut in utroque sacro ritu qui sollemniter ante et post Concilium peragetur, benedictionem adstantibus nomine Nostro impertías, plenariam quidem admissorum veniam eisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Atque, caelestium praenuntia munerum itemque paternae benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, singulis Episcopis iisque omnibus qui Concilio intererunt, effuso animo largimur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die v mensis Aprilis anno Müccooxxvni, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

## II

AD R. P. ALOISIUM ZAMBARELLI, ORDINIS CLERICORUM REGULARIUM A SOMASCHA PRAEPOSITUM GENERALEM, QUARTO EXEUNTE SAECULO A CONDITO ORDINE.

PIUS PP. XI

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Ecclesia mater sanctissima quae, divino quidem Spiritu afflante, tam varia nitet religiosorum Ordinum corona, valde sane de faustis eventis laetari consuevit, quae identidem ab eisdem celebrantur: fit enim per huiusmodi celebrationes ut, cum memoria recolatur veterum gestarum rerum hominumque clarissimorum, non modo sodales sed etiam ceteri fideles ad maiorum imitanda exempla excitentur. Itaque libenter admodum Nos di dicimus quartam mox saeculum expletum iri ex quo iste Ordo a Somascha, quem ipse moderaris diligenter, necessario tempore constitutus est. Iamvero norunt omnes instituti initium et incrementa. Nempe Hieronymus, ex Aemiliana gente Venetiis ortus, cum adulescens, ingenio quidem ac virtute pollens, militiae operam daret, contra Reipublicae hostes acriter pugnans,, in arce defendenda Castrinovi ad Querum, captus est et in carcerem coniectus: sed a Virgine Beatissima mirum in modum liberatus, divinae caritatis

miles repente factus est. Etenim cum. confecto bello, plurimi essent pueri qui orbati parentibus in egestate summa versarentur, eos Dei famulus in hospitales domos recipiendos christianoque more educandos curavit. Brevi igitur non pauca is condidit orphanotrophia: Mediolani et Ticini, Brixiae et Bergomi, Novocomi et Somaschae, unde Ordo nomen traxit. Singulari quodam incensus apostolatus ardore, alia plura ac praeclara is gessit in rei christianae utilitatem; praesertim egentibus puellis opitulando, aegrotis in valetudinariis inserviendo, pauperibus per agros catechismum tradendo, illa quidem ratione primus utens rogandi et respondendi, quae deinde, ob rei perspicuitatem, a S. Carolo Mediolanensi et ab Ecclesia universa adhibita est. Pestilentia demum correptus legifer Pater vester, cum eodem morbo aegrotantibus subveniret, caritatis victima Somaschae sanctissime obiit, dignus profecto quem Nos recens « Orphanorum et derelictae iuventae Patronum universalem » declararemus. Ita a caritate Christi profectus, mirifice sane Ordo vester per Italiam propagatus est, et caritatis spatia dilatando, impensiorem operam non modo orphanis alendis et educandis, sed etiam studiosae iuventuti recte instituendae dare coepit. Quapropter evenit ut Somaschenses Sodales plurima regerent instituta, altioribus etiam studiis excolendis: Seminaria, academias et collegia, ubi adulescentes cuiusvis ordinis cum christianis moribus tum doctrina egregie imbuebantur. Ac longum hic est clarissimos viros recolere qui apud vos instituti, disciplinis sacris, profanis, litteris amplissimasque honoribus floruere: ut verissime dici queat optime quidem de catholica civilique re Ordinem vestrum meruisse. Quapropter valde est vobis laetandum de eventi faustitate. Quod si olim, ob magnam illam rerum omnium conversionem, Somaschensium quoque Familia non pauca passa est detrimenta, est tamen in praesens cur ex frequentiore quae vobis succrescit sobole spem multo laetioris incrementi capiatis: idque eo certius assequemini quo studiosius vestigiis institeritis legiferi Patris, non modo in caritatis campo, sed etiam in religione fovenda erga Virginem Deiparam, quam ab ipso veluti hereditate accepistis. Interea, libenter equidem in partem venimus laetitiae vestrae; ac fore confisi ut saecularia haec sollemnia uberrimas christiano populo utilitates afferant, in divinorum munerum auspicium et in paternae benevolentiae Nostrae signum, tibi, dilecte fili, singulisque tuis sodalibus et alumnis apostolicam benedictionem effuso animo impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x Apr. MDCOCOXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

# ACTA SS. CONGREGATIONUM

## SUPREMA SACKA CONGREGATIO S. OFFICII

### DUBIUM

### DE LIBRIS GABRIELIS D'ANNUNZIO

Proposito Supremae huic Sacrae Congregationi Sancti Officii dubio: « An praeter omnes fabulas amatorias, omnia opera dramática et librum *" Prose scelte „* GABRIELIS D'ANNUNZIO Decreto 8 Man 1911 proscripta, etiam reliqua eiusdem generis opera *(tragedie, commedie, misteri, romanzi, novelle, poesie)* fidei et morum offensiva, scripta vel edita post supradictum Decretum, habenda sint eodem modo prohibita »!

*Feria IV, die 27 Iunii 1928*

Emi ac Revmi DD. Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, praehabito RR. DD. Consultorum voto, respondendum decreverunt:

*Affirmative,*

atque responsionem istam in Indicem librorum prohibitorum inserendam mandarunt.

Et insequenti Feria V, die 28 eiusdem mensis et anni Ssmus D. N. D. Pius Divina Prov. Pp. XI in solita audientia Assessori S. Officii impertita, relatam sibi Emorum Patrum resolutionem approbavit, confir» mavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 30 Iunii 1928.

Aloisius Castellano, *Supremae S. G. S. Off. Notarius.*

# SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

## i

## PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

*25 Maii 1928.* — Titulari episcopali Ecclesiae Pergamensi praefecit R. D. Ioachimum Bonardi, canonicum metropolitanae Florentinae, Vicarium generalem archidioecesis eiusdem, quem constituit Auxiliarem Emi P. D. Alfonsi Mariae Card. Mistrangelo, Archiepiscopi Florentinorum.

*2 Iunii.* — Cathedrali Ecclesiae Cotronensi, R. P. D. Antonium Calati, Archiepiscopum Sanctae Severinae, propter unionem *in personam.*

*8 Iunii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Oropensi, R. D. Iosephum Marazzi, Antistitem Urbanum, archidiaconum cathedralis Albanensis ibique Vicarium generalem, quem constituit Auxiliarem Emi P. D. Ianuarii Card. Granito Pignatelli di Belmonte. Episcopi Albanensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Bargalensi, R. D. Ioannem Tomazic, Antistitem Urbanum, decanum Capituli cathedralis Davantini, quem constituit Auxiliarem R. P. D. Andreae Karlin, Episcopi Davantini.

*13 Iunii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Sindensi, R. D. Antonium Teixeira, Vicarium generalem S. Thomae de Meliapor, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Theotonii Ribeiro Vieiro de Castro, Episcopi S. Thomae de Meliapor.

*15 Iunii.* — Archiepiscopali Ecclesiae Lucanae praefecit R. P. D. Antonium Torrini, hactenus Episcopum Alatrinum.

— Cathedrali Ecclesiae Aesinae, R. P. D. Godefridum Zaccherini, hactenus Episcopum Civitatis Castellanae, Hortanum et Gallesinum.

— Cathedrali Ecclesiae Harlemensi, R. D. Ioannem Dominicum Iosephum Aengenent, Canonicum theologum Capituli cathedralis eiusdem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Antandrensi R. P. Georgium Weig, e Societate Verbi Divini, quem deputavit Vicarium Apostolicum de Tsingtao.

— Titulari episcopali Ecclesiae Narensi, R. P. Raphaelem Angelum Palazzi, O. F. M., quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Ioannis Mondami, Vicarii Apostolici de Changsha.

— Titulari episcopali Ecclesiae Muliensi, R. P. Odilonem Fáges, ex Instituto Oblatorum S. Francisci Salesii, quem deputavit Coadiutorem

cum iure futurae successionis R. P. D. Ioannis M. Simon, Vicarii Apostolici Orange Fluminis.

*20 Iunii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Lamiensi, R. P. D. Antonium Augustum de Castro Mifeilles^actenus Episcopum Angrensem, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis E. P. D. Antonii Barbosa Leao, Episcopi Portugalliensis.

— Cathedrali Ecclesiae Brigantiensi, R. D. Antonium Benedictum Martins Iunior, secretarium curiae archiepiscopalis Bracharensis.

— Cathedrali Ecclesiae Angrensi, E. D. Gulielmum Augustum da Cunha Guimarâes, parochum loci *Vizela* in archidioecesi Bracharensi.

*22 Iunii.* — Metropolitanae Ecclesiae Armacanae, R. P. -D. Iosephum Mae Rory, hactenus Episcopum Dunnensem et Connorenseni.

— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Petrensi, R. P. D. Aemilium Ferrais, hactenus Episcopum Lystrensem et Coadiutorem cum iure futurae successionis Emi P. D. Iosephi Card. Francica Nava, Archiepiscopi Catanensis.

— Cathedrali episcopali Ecclesiae Assisiensi, R. P, D. Placidum Nicolini O. S. B., hactenus Abbatem Ordinarium Ssmae Trinitatis Cavensis.

## II

### DESIGNATIO

Ad normam can. 1592 § 2 Emus P. D. Dionysius S. R. E. Card. Dougherty Archiepiscopus Philadelphiensis designavit pro appellationibus Ordinarium Baltimorensem. Quam designationem Ssmus Dnus Noster decreto Consistoriali diei 28 Maii 1928 approbavit.

# 8ACEA CONGREGATIO
# PRO ECCLESIA ORIENTALI

## i

### RESTITUTIO SEDIS ET TITULI ARCHIEPISCOPALIS CONSTANTINOPOLITANI ARMENORUM.

### DECRETUM

Pius Pp. IX extinxit et abolevit titulum primatialem atque archiepiscopalem Armeniae Constantinopolitanae Ecclesiae. Deinde Constantinopolitanam ecclesiasticam Armenorum provinciam patriarchatu Ciliciae

perpetuo univit, mandans ut novus Patriarcha eiusque successores titulo fruerentur Patriarcharum Ciliciae Armenorum, ut iidem in urbe Constantinopolitana résidèrent, eamdemque Constantinopolitana!». Ecclesiam ordinaria iurisdictione gubernarent. Voluit autem ut praedictus Patriarchatus iisdem limitibus coèrceretur, quibus Ciliciae Patriarchatus et Primatiatus Constantinopoleos tunc temporis continebantur.

Verum cum in praesenti rerum conditiones aliae omnino sint ac tunc temporis fuerunt, Ssmus Dnus Noster Pius div. Provid. Pp. XI, praehabitis votis ac deliberationibus Patriarchae Ciliciae Armenorum Pauli Petri XIII Terzian et Armenorum Episcoporum in Urbe congregatorum, de consulto Emorum Patrum Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, hisce votis annuens, decernit et mandat ut, attentis praesentibus rerum adiunctis, sedes seu residentia Patriarchae Ciliciae Armenorum, eiusque successorum restituatur in Libano, seu in urbe Beyruth prope Bzommar, ubi primi Patriarchae Armeni commorati sunt; Ecclesia vero Constantinopolitana Armenorum titulo archiepiscopali iterum decoretur, sine ecclesiastica provincia, eidemque Ecclesiae praefiniatur Antistes qui eam iure ordinario gubernet ac regat: firmis tamen manentibus memorata sedium unione, titulo Patriarchae Ciliciae Armenorum et iurisdictione Patriarchae in totum patriarchatum a Pio Pp. IX statutis. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Ecclesia Orientali, die 23 Iunii 1928.

A. CARD. SINCERO, *Secretarius.*

L. @ S.

H. I. Cicognani, *ad interim Ads.*

II

APPROBATIO

Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI, decreto S. C. pro Ecclesia Orientali, die 30 Aprilis 1928 dato, Congregationem Sororum indigenarum, vulgo « Tertiaires Dominicaines Régulières de Sainte Catherine de Sienne », cuius domus princeps Mausilii in Mesopotamia sita est, laudavit; eiusque Constitutiones, experimenti gratia, ad septennium approbavit ».

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

Die 19 Augusti

8. JOANNIS EUDES CONFESSORIS

*Duplex*

*Omnia de Communi Confessoris non Pontificis, praeter sequentia:*

*Oratio*

Deus, qui beatum Joannem, Confessórem tuum, ad cultum Sacrorum Cordium Jesu et Mariae rite promovendum, mirabiliter infiammasti, et per eum novas in Ecclesia tua Familias congregare voluisti: praesta quaesumus; ut cujus pia mérita veneramur, virtutum quoque instruámur exemplis. Per eumdem Dominum.

IN II NOCTURNO

*Lectio IV*

Joannes, anno millesimo sexcentésimo primo, in pago vulgo Ri, Sagiénsis dioecesis, e piis honestisque parentibus ortus est. Adhuc puer, Angelorum pane refectus, perpetuam castitatem alacriter vovit. In Cadoménse Collegium a Patribus Societatis Jesu directum exceptus, singulari pietate emicuit; et Mariae Virginis tutelae sese committens, speciale foedus initum cum ea vix adoléscens suo sanguine signavit. Litterarum ac philosophiae curriculo multa cum laude peracto, spretisque sibi oblatis nuptiis, Berulliáni Oratorii Congregationi nomen dedit, et sacerdotio Parisiis auctus est. Mira caritate erga proximum flagrävit: nam apud plura loca, corporibus, asiática lue percúlsis, animisque curandis sedulam operam dedit. Domus Oratoriánae Cadómi Rector factus, quum diu cogitáret ad Ecclesia) ministerium júvenes idóneos instituere, a sodalibus, quibuscum viginti annos vixerat, divina ope implorata, licet aegre, forti ánimo discéssit.

*Lectio V*

Quinque igitur sacerdotes sibi consocians, anno millesimo sexcentésimo quadragesimo tertio, die festo Annuntiationis Beatae Mariae Virginis, Congregationem Presbyterorum instituit, cui Sanctissima Jesu et Mariae nomina dedit et Cadómi primum Seminarium aperuit, quod in Norman-

nia et Britannia minóri complura, eodem auctore, subsecuta sunt. Pro peccatricibus feminis ad christianam vitam revocándis, Ordinem Bóminae Nostrae a Caritate fundavit; cujus nobilissimae arboris ramus est Congregatio Andegavensis a Bono Pastore. Insuper Societatem a Matris Dei Corde Admirabili, et alia caritatis opera condidit. Scripta plura praeclare edidit, et Missionarius Apostolicus tot pagos, oppida et urbes ipsamque régiam aulam, usque ad extremam aetatem, evangelizávit.

*Lectio VI*

Singulare ejus studium emicuit in salutari devotione promovenda erga Sacratissimo Corda Jesu et Mariae, quorum liturgicum cultum eisdem praestandum non sine aliquo divino afflatu, primus omnium excogitavit ideoque ejúsdem cultus pater, doctor et apostolus habitus est. Jansenistárum doctrinis fortiter resistens, immutatum erga Petri cathedram obsequium, servavit, et pro suis inimicis, tamquam pro fratribus, assidue Deum precatus est.. Laboribus, potius quam annis fractus, cupiens dissòlvi et esse cum Christo, die décima nona augusti, anno millesimo sexcentésimo octogésimo, suavia Jesu et Mariae nómina saepius repetens, placide expira vit. Quem pluribus miraculis clarum Pius Papa Decimus Beatorum albo adscripsit eumque novis signis fulgentem Pius Papa Undecimus, anno sacro, in dominica Pentecostes inter Sanctos retulit ejúsque Officium ac Missam ad universam Ecclesiam extendit.

## IN III NOCTURNO

*Lectiones de Communi primo loco.*

*Lectio pro festo commemorato legenda juxta Rubricas:*

*Lectio IX*

Joannes, anno millesimo sexcentésimo primo, in pago vulgo Ri, Sagiénsjs dioecesis, ex piis honestisque parentibus ortus est. Adhuc puer, iam Angelorum pane refectus, perpetuam castitatem vovit. In scholis, ubi laudabiliter studia peregit, mira pietate enituit. Beatam Virginem summopere dilexit, et eximia erga proximum caritate exarsit. Berulhani Oratorii Congregationi nomen dedit et sacerdotio Parisiis auctus est. Domus Oratoriánae Cadómi Rector factus, ab eadem, licet aegre, discéssit, ut ad Ecclesiae ministerium júvenes idóneos institueret. Quare quinque sibi adscitis sociis, Congregationem Presbyterorum fundavit, cui Sanctissima Jesu et Mariae nómina dedit, et Cadómi primum Seminarium aperuit, quod postea plura subsecuta sunt. Ut peccatrice^ mulieres ad vitam christianam revocaret, Dominae Nostrae a Caritate Institutum fundavit: cujus nobilis-

simae arboris ramus est Congregatio Andegavensis a Bono Pastóre. Societatem aï) admirabili Corde Matris Dei, et alia caritatis ópera adjécit. Singulari erga Sanctissima Jesu et Mariai Corda flagrans amóre, de liturgico eis cultu praestando non sine aliquo divino afflatu primus cogitavit. Missionarius Apostolicus plurimos pagos et urbes evangeJizávit. Tot laboribus fractus, morti proximus, die décima nona augusti, anno millèsimo sexcentésimo octogésimo placide expirávit. Quem Pius Papa Decimus miraculis clarum, inter Beatos, Pius vero Undecimus, anno sacro, die Pentecostes, inter Sanctos retulit, ejusque Officium ac Missam ad universam Ecclesiam extendit.

*Missa* Os justi *de Communi prœter orationem:* Deus, qui beatum Joannem, *ut supra.*

## IN MARTYROLOGIO BOMANO

*Die 19 Augusti (primo loco)*

Cadómi, in Gallia, sancti Joannis Eudes, Confessoris, Missionarii Apostolici, fundatoris Congregationis Presbyterorum Jesu et Mariae necnon Ordinis Monialium Dominae Nostrae a Caritate et promotoris liturgici cultus erga Sacratissimo Corda, quem Pius Papa Undecimus fastis sanctorum adscripsit.

## URBIS ET ORBIS

Quum festum sancti Ioannis Eudes, Confessoris^ Fundatoris Congregationis Presbyterorum Iesu et Mariae, nec non Ordinis Dominae Nostrae a Caritate, ad universam Ecclesiam Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa XI extendere statuisset, Sacra Rituum Congregatio concinnatum de more Officium et Missam et Elogium in Martyrologio inserendum, a se revisum et approbatum, supremae Apostolicae sanctioni submisit. Sanctitas porro Sua, referente subscripto Domino Secretario, oblatum Officium cum Missa et Elogio, prouti in superiori legitur exemplari, benigne approbare dignata est; illudque in festo Sancti Ioannis Eudes ab universa Ecclesia adhibendum decrevit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 9 Maii 1928.

iß A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Eufinae,
*S. B. C. Praefectus.*

L.©S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

# II

## DUBIUM

Sacrae Rituum Congregationi sequens dubium pro opportuna solutione propositum fuit, nimirum:

« An in Missa Sabbati Sancti addenda sit oratio Ssmi Sacramenti, si statim post Missam fiat in eodem altari expositio Ss. Eucharistiae pro oratione XL Horarum seu pro publica causa?»

Et Sacra eadem Congregatio, audito specialis Commissionis suffragio, omnibus perpensis, rescribendum censuit: *«Affirmative,* ad normam Decretorum Sacrae Rituum Congregationis dierum 27 Aprilis 1927 et 11 Februarii 1928 ». Atque ita rescripsit et declaravit, die 8 Iunii 1928.

£8 A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,

*S. M. C. Praefectus.*

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

# ACTA TRIBUNALIUM

## SACRA ROMANA ROTA

### *Citatio edictalis*

ANNECIEN.

NULLITATIS MATRIMONII (DE FORAS-OAMPBELL)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Caroli Campbell, in causa conventi, eundem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procura*-torem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. E. Eotae (Boma, via delia Dataria, 94) die 8 Augusti 1928, hora 12, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis-pro causae definitione:

*An sententia Rotalis diei 11 Augusti 1928 sit confirmanda vel infirmanda in casu.* •

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis predicti Caroli Campbell curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur. *

L. £8 S. Massimi Decanus, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. E. Eotae, die 29 Maii 1928.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de M. Charles Campbell, défendeur en cette cause, Nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Bote Romaine (Roma, Yia della Dataria, n. 94), 8 Août 1928, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

*Doit on confirmer ou casser la sentence de la Rote du 11 Août 1928 dans cette cause?*

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, le fidèles ayant connaissance du heu de la résidence du dit M. Charles Campbell devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SUPREMA SACRA CONGREGAZIONE DEL S. OFFICIO

### AVVISO DI CONCOESO

Sono aperti, presso la Suprema S. Congregazione dei S. Offizio, due concorsi: uno per un posto di Sostituto-Notaro — l'altro per uh posto di Scrittore.

I sacerdoti che volessero prendervi parte, purché abbiano compiuti gli anni trenta di età e non abbiano oltrepassati gli anni quarantacinque, dovranno esibire alla Cancelleria della stessa S. Congregazione, entro tre mesi dalla data del presente avviso, la domanda corredata delle opportune generalità e del «nulla osta » del proprio Ordinario.

A titolo d'informazione si avverte che:

1. il concorso per l'ufficio di Sostituto-Notaro consisterà in una prova scritta su tèmi di Teologia e di Diritto canonico, con riguardo particolarmente alle materie che sono di competenza propria della S. Congregazione;
2. per tale ufficio si terranno in particolare considerazione i gradi accademici e la conoscenza di lingue estere;
3. il concorso per il posto di Scrittore consisterà in una prova su temi di cultura ecclesiastica;
4. per questo ufficio si terrà in gran conto la conoscenza della dattilografia.

I due concorsi avranno luogo nella prima decade del prossimo Novembre, in giorni che saranno resi noti ai singoli interessati.

Dal Palazzo del S. Offizio, I° Luglio 1928.

Nicola Canali, *Assessore,*

## SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 5 Giugno 1928, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Emi Signori Cardinali, e col voto dei Emi Prelati officiali e dei Consultori teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Eiti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dalla Ven. Serva di Dio Caterina Labouré, della Società delle Figlie della Carità.

Martedì, 19 Giugno 1928, presso l'Emo e Emo Signor Cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, Ponente della causa di beatificazione e canonizzazione dei Ven. Servo di Dio Fr. Francesco da Camporosso, Laico professo

dell'Ordine dei Minori Cappuccini, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Eiti *Antipreparatoria,* per discutere il dubbio sopra due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione del medesimo Venerabile, i quali vengono proposti per la sua Beatificazione.

Martedì, 26 Giugno 1928, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi l'augusta presenza del S. Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Riti, nella quale gli Emi e Rmi Signori Cardinali, i Rmi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa di beatificazione e canonizzazione della Ven, Serva di Dio Paola Frassinetti, Fondatrice dell'Istituto delle Suore di S. Dorotea.

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*31 Marzo 1928.* L'Emo Signor Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore delle Suore di San Francesco d'Assisi* (Milwaukee).
. *1 Giugno* » L'Emo Signor Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore della Congregazione delle Suore del Ssmo Nome di Gesù* (S. Francisco di California).
*6* » » L'Emo Signor Cardinale Basilio Pompifj, *Protettore dei Missionarii della Salette* (Susa).
*8* » » L'Emo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore delle Suore di S. Tommaso di Villanova* (Neuilly-sur-Seine).
*9* » » L'Emo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore delle Suore della Presentazione di Maria* (Viviers).
*12* » » L'Emo Signor Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore delle Religiose di Nostra Signora della Mercede* (Barcellona).
*16* » » L'Emo Signor Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore delle Suore di N. S. de la Delivrande* (Grenoble).

*Protonotarii Apostoliei* ad instar participantium:

*12 Marzo 1928.* Monsig. Tito Vojnarowski, dell'archidiocesi di Leopoli.
*17 Gennaio* » Monsig. Giuseppe Orazio Campillo, dell'archidiocesi di Santiago del Cile.
*26 Marzo* » Monsig. Alessandro Evreinoff (Parigi).
*2 Aprile* » Monsig. Ladislao Mysor, della diocesi di Tarnovia.
*10 Maggio* » Monsig. Pietro Cauley, della diocesi di Erie.

*Prelati Domestici di S. 8.:*

*17. Febbraio 1928.* Monsig. Giuseppe Perardi, dell'archidiocesi di Torino.
*15 Marzo* » Monsig. Gerardo J. Kealy, dell'archidiocesi di Chicago.

*15 Marzo 1928.* Monsig. Dionigi F. Dunne, della medesima archidiocesi.
» Monsig. Dionigi P. O'Brien, della medesima archidiocesi.
» Monsig. David L. Me Donald, della medesima archidiocesi.
*22* » » Monsig. Francesco Bogacs, della diocesi di Sabaria.
*28* » » Monsig. Andrea Lukasiewicz, dell'archidiocesi di Leopoli degli Armeni.
*30* » Monsig. Carlo Conti, della diocesi di Cremona.
*17 Aprile* Monsig. Biagio Budelacci, della diocesi di Faenza.
Monsig. Vincenzo Sortino, dell'archidiocesi di Siracusa.
Monsig. Giuseppe Caracciolo, della medesima archidiocesi.
Monsig. Cosimo Lanza, della medesima archidiocesi.
*1 Maggio* » Monsig. Edoardo J. Hackett, della diocesi di Mobile.
» » Monsig. Tommaso Eaton, della medesima diocesi.
*9* » Monsig. David Hickey, della diocesi di Erie.
» » Monsig. Giovanni Link, della medesima diocesi.
Monsig. Giacomo Mac Adam, della medesima diocesi.
Monsig. Andrea Ignasiak, della medesima diocesi.
*15* » Monsig. Francesco Calamita, della diocesi di Bitonto.
» » Monsig. Pasquale Ferrante, della medesima.diocesi.
*28* » Monsig. Giuseppe Cesarmi (Boma).
*29* » Monsig. Enrico Bivoire, dell'archidiocesi di Lione.
*18 Giugno* Monsig. Filippo Klein, della diocesi di Spira.
» » Monsig. Giacomo Hildenbrand, della medesima diocesi.
» » Monsig. Agostino Dannecker, della diocesi di Rottenburg.
*19* » Monsig. Giacomo Dey, della diocesi di Birmingham.
Monsig. Eugenio Bacchion, della diocesi di Treviso.

## ONORIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

*L'Ordine dello Speron d'oro:*

*25 Aprile 1928.* A S. E. il gen. Oscar Cannona, Presidente della Repubblica del Portogallo.

*La Gran Croce dell'Ordine Piano:*

*25 Aprile 1928.* A S. E. il Dr. Bettencourt Rodrigues, Ministro degli Affari Esteri del Portogallo.
» » » A. S. E. il Dr. Gonçalves Teixeira, Segretario generale del Min. degli affari esteri del Portogallo.
» » » A S. E. Augusto de Castro, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario del Portogallo presso la Santa Sede.
*25 Maggio* » A S. E. Demetrio Pennesco, Ministro di Romania presso la Santa Sede.

*La Commenda dell'Ordine Piano:*

*5 Maggio* » AI sig. conte Ferdinando Leonzio de Montenon, della diocesi di Lavai.

*Il Cavalierato dell'Ordine Piano:*

*5 Maggio 1927.* Al sig. Gastone de la Bardonnie (Francia).

*La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*25 Aprile 1928.* Al Dr. Luiz Teixeira de Sampaio (Portogallo).
*26 Maggio* » Al sig. conte Alvaro de Sizzo Noris y Fontanals, della diocesi di Madrid.

*La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe militare:*

*25 Aprile 1928.* A S. E. il gen. Ivens Ferraz, Ministro delle Colonie del Portogallo.

*La Placea dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*2 Maggio 1928.* Al sig. dott. comm. Stanislao Masciarelli (Boma).

*La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*19 Settembre 1927.* Al sig. avv. Francesco Correrà di Domenico, della diocesi di Campobasso.
*28 Aprile 1928.* Al sig. dott. Adolfo Casassa, dell'archidiocesi di Torino,
*30* » » Al sig. dott. Umberto Stampa (Boma).
» » » Al sig. cav. Bomolo Donsante (Boma).
*12 Maggio* » Al sig. ing. Bosario Zappala (Boma).
*14* » » Al sig. Ottavio Pasteau, dell'archidiocesi di Lione.
*15* » » Al sig. cav. Carlo Lyonnet, della medesima archidiocesi.
*16* » » Al sig. dott. Stefano Campodonico, dell'archidiocesi di Lima.
» » » Al sig. not. Severino Urbani (Boma).
*19* » » Al sig. Giacinto de Gailhard-Bancel, della diocesi di Valence.
*23* » » Al sig. cav. Francesco Giuseppe Giacomo Gibbons, dell'archidiocesi di Birmingham.
*4 Giugno* » Al sig. cav. Ferdinando de Bailliencourt, dell'archidiocesi di Cambrai.
*14* » » Ai sig. cav. Pietro Carello dell'archidiocesi di Torino.
*18* » » Al sig. Giovanni Badaelli, dell'archidiocesi di Milano.

*Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*27 Ottobre 1927.* Al sig. Giacomo Eyzaguirre, della diocesi di Linares.
*5 Novembre* » Al sig. Isidoro Francesco Florizoone, della diocesi di Bruges.
*9 Gennaio 1928.* Al sig. Ernesto Buban, dell'archidiocesi di Bennes.
» » » Al sig. Marcello Benedetto Perrier, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Emilio Leduc, della medesima archidiocesi.
*13* » » Al sig. avv. Benato Debuisson, dell'archidiocesi di Cambra,
*1 Marzo* » Al sig. Biccardo G. Berry, della diocesi di Columbus.
*15* » » Al sig. Giovanni Troisi, del vicariato apostolico d'Egitto.
*13 Aprile* » Al sig. Gulielmo Wehsle, della diocesi di Columbus (U. S. A.).
» » » Al sig. Bernardo Smith, della medesima diocesi.
» » Al sig. Agostino Wehsle, della medesima diocesi.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *25* | *Aprile* | *1928.* | Al sig. dott. Hynek Dostal, dell'archidiocesi di San Luigi del Minnesota. |
| *1* | *Maggio* | » | Al sig. Ludovico Micara, della diocesi di Viterbo. |
| *2* | » | » | Al sig. Francesco Bucher, della diocesi di Rottenburg. |
| *3* | » | » | Al sig. Gabriele Amenabar y Cabello, dell'archidiocesi di Avana. |
| *5* | » | | Al sig. Tommaso Anselmi, della diocesi di Viterbo. |
| » | » | | Al sig. Giovanni Maria Conrad, della diocesi di Saint-Claude. |
| *11* | » | | Al sig. Armando Cavigìione, dell'archidiocesi di Torino. |
| *14* | » | | Al sig. Alfredo Courcoux, dell'archidiocesi di Lione. |
| » | » | | Al sig. Giovanni Hallé, della medesima archidiocesi. |
| *15* | » | | Al sig. Donaldo Cameron Me Donald, della diocesi di Antigonish. |
| *21* | » | » | Al sig. Domenico Agliardi, della diocesi di Monaco (Principato). |
| *23* | | | Al sig. Giorgio Motte, della diocesi di Lilla. |
| » | » | | Al sig. Gerolamo Decroos, della diocesi di Arras. |
| *29* | » | | Al sig. Carlo Boson fu Giuseppe, della diocesi di Aosta. |
| *16* | *Giugno* | | Al sig. Giorgio Emanuele Fromage, dell'archidiocesi di Rouen. |
| *19* | » | | Al sig Paolo de Villeneuve, della diocesi di Monaco (Principato). |
| *20* | | | Al sig. rag. Achille Pio Palmerini (Roma). |
| » | | | Al sig. Virgilio Bedoni (Boma). |
| *21* | | | Al sig. Adolfo Domec, dell'archidiocesi di Bordeaux. |
| | | | Al sig. Ludovico Yzermans, della diocesi di Harlem. |
| | | | Al sig. Francesco Nivard, della medesima diocesi. |
| | | | Al sig. Enrico G. E. Moller della diocesi di Bois-le-Duc. |
| | | | Al sig. Giovanni Hollemons, della medesima diocesi. |

*La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa:*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *25* | *Aprile* | *1928.* | Al sig. Luigi D'Arenas De Lima (Portogallo). |

*La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *28* | *Aprile* | *1928.* | Al sig. Attilio Turchetta, della diocesi di Pontecorvo. |
| | | » | Al sig. Luigi Zerboglio (Roma). |
| *11* | *Maggio* | » | Al sig. Duarte Giulio da Silveira, del Patriarcato di Lisbona. |
| *24* | | » | Al sig. Alessio Pantaleoni (Roma). |

*Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *18* | *Febbraio* | *1928.* | Al sig. Enrico Luigi, dell'archidiocesi di Torino. |
| *20* | *Marzo* | » | Al sig. Vincenzo Lo Magro, dell'archidiocesi di Siracusa. |
| *12* | *Aprile* | » | Al sig. Luigi Perticucci de' Giudici, dell'archidiocesi di Firenze. |
| *28* | | » | Al sig. Emilio Serra, della diocesi di Ivrea. |
| *11* | *Maggio* | » | Al sig. Attilio Alessandro Marchese, della diocesi di Alessandria. |
| *24* | | » | Al sig. Antonio Marocco, dell'archidiocesi di Torino. |
| *25* | | » | Al sig. Francesco S. R. Biondo, della diocesi di Nizza. |

# MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

## NOMINE

Con Biglietti di S. E. Bma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:*

*9 Marzo 1928.* Monsig. Giuseppe A. Caffuzzi, dell'archidiocesi di New York.
*23 Maggio* » Monsig. Emilio Kriegs Au, dell'archidiocesi di Strigonia.
• » » » Monsig. Bodolfo Sziklai, della medesima archidiocesi.
*25* » » Monsig. Giov. Battista Merisio, della diocesi di Bergamo.
» » » Monsig. Giovanni Biava,, della medesima diocesi.
*6 Giugno* » Monsig. Stefano Ugniewski, dell'archidiocesi di Varsavia.
» » » Monsig. Giovanni P. Durham, della diocesi di Fort Wayne.
» » » Monsig. Carlo Thiele, della medesima diocesi.
*13* » » Monsig. Zoltano Hanusz, della diocesi di Vacz.
» » » Monsig. Antonio Kovács, della medesima diocesi.
*15* » » Monsig. Giuseppe Grönheim, della diocesi di Münster.
» » » Monsig. Andrea Lovrec, dèlia diocesi di Lavant.
*18* » » Monsig. Massimiliano Pittrmann, della diocesi di Budweis.

*Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. S.:*

*23 Maggio 1928.* Monsig. Gin seppe B oeddicker, della diocesi di Paderborn.
*28* » » Monsig. Francesco di Paola Zweytick, della dioc. di Seco via.
*30* » » Monsig. Luigi Pinto Bastos, della diocesi di Caetitë.
*15 Giugno* » Monsig. Giovanni Giorgio Marquart, della diocesi di Bottem burgo.
» » » Monsig. Carlo Ummenhofer, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Carlo Fleck, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Vito Hassl, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Massimiliano Kheer, della medesima diocesi.
*18* ». » Monsig. Francesco Pitrocha, della diocesi di Nitra.
» » » Monsig. Bodolfo Formanek, della medesima diocesi.

*Camerieri d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:*

*28 Maggio 1928.* Il sig. Giovanni Jaksche, della diocesi di Seccovia.
*30* » » Il sig. Michele Boniecki, della diocesi di Sandomir.
*31* » » Il sig. Floriano Klöckner, della diocesi di Paderborn.
*12 Giugno* » Il sig. Francesco Lucifero, della diocesi di Cotrone.
*19* » » Il sig. Antonio Kornecki, dell'archidiocesi di Varsavia.

# NECROLOGIO

*1 Giugno 1928.* Monsig. Giovanni Agostino Germain, Vescovo di Tolosa.
*30* » » Emo Sig. Card. GIOVANNI TACCI, del titolo di S. Maria in Trastevere.

A^mis XX - Vol. XX 1 Augusti 1928 Num. 8

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

## COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. XI

## BEATISSIMI PATRIS NUNCIUM *

AD VENERABILES FRATRES LOCORUM ORDINARIOS ET AD DILECTOS FILIOS SACERDOTES ET FIDELES SINARUM ET PER EOS AD NOBILISSIMUM ILLARUM REGIONUM POPULUM.

Il Santo Padre, che ha seguito e segue con vivo interesse il corso degli avvenimenti in China, e che è stato il primo a trattare la China non solamente sul piede di perfetta uguaglianza, ma con atteggiamento di vera e specialissima simpatia, consacrando di Sua mano, a Roma, in San Pietro, i primi Vescovi Chinesi, si compiace vivamente e ringrazia l'Altissimo per la fine della guerra civile e fa voti che sia instaurata costì una pace duratura e feconda, interna ed esterna, basata sui principii della carità e della giustizia. Per il raggiungimento di questa pace si augura Sua Santità che siano pienamente riconosciute le legittime aspirazioni ed i diritti di un popolo che è il più numeroso della terra, popolo di antica cultura, che conobbe periodi di grandezza e di splendore, ed al quale, ove si

* Ad R. P. D. Celsum Costantini, Archiepiscopum Theodosiopolitan, Delegatum Apostolicum in Sinis, télégraphiée transmissum cum Sinarum Ordinariis communicandum.

mantenga nelle vie della giustizia e dell'ordine, un grande avvenire non può mancare.

Vuole il Santo Padre che le Missioni cattoliche portino il loro contributo alla pace, al benessere, al progresso della China, e secondo quanto scriveva nella lettera del 15 Giugno 1926, ***Ab ipsis Pontificatus primordiis,*** diretta agli Ordinari della China, ripete ora che la Chiesa Cattolica professa, insegna e predica il rispetto e l'ubbidienza alle Autorità legittimamente costituite e che essa domanda per i suoi missionari e fedeli la libertà e la sicurezza del diritto comune.

Ai medesimi Ordinari raccomanda Sua Santità, come integrazione dell'opera evangelizzatrice, di organizzare e sviluppare l'Azione Cattolica, affinchè i fedeli cattolici dell'uno e dell'altro, sesso, e specialmente i cari giovani, con la preghiera, con la buona parola e con le opere portino essi pure il debito contributo alla pace, al benessere sociale e alla grandezza della loro patria, facendo sempre meglio conoscere i santi è salutari principii del Vangelo e aiutando i Vescovi ed i Sacerdoti nella diffusione dell'idea cristiana e dei benefìci individuali e sociali della cristiana carità.

Sua Santità infine, reiterando auguri e voti per la pace e la prosperità della China e supplicando Iddio onnipotente di esaudirli con ogni larghezza, impartisce a tutti quanti la sua paterna ed Apostolica Benedizione.

Dal Vaticano, I° Agosto 1928.

# CONSTITUTIO APOSTOLICA

## DE DAMANENSIS DIOECESIS SUPPRESSIONE AC DE EIUSDEM TERRITORII ARCHIDIOECESIBUS GOANAE ET BOMBAYENSI UNIONE.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter Apostolicam Sedem et Lusitanam Rempublicam nuper inita est conventio, iii qua, praeter alias de nova nonnullarum dioecesium circumscriptione in Indiis Orientalibus definienda pactiones, statutum quoque est Damanensem dioecesim esse supprimendam eiusque territorium, causis ibidem descriptis, partim archidioecesi Goanae, partim vero archidioecesi Bombayensi esse tribuendum. Quare Nos ad huiusmodi negotium perficiendum, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel qui sua interesse praesumant consensu, de Apostolicae potestatis plenitudine ea quae sequuntur decernimus atque statuimus. Imprimis Damanensem dioecesim, in praesens suo Pastore destitutam, supprimimus, eiusque territorii partem Lusitano dominio subiectam et ad septentrionem urbis Bombayensis exstantem una cum insula vulgo ***Diu,*** ad oram ***KatMavar*** sita, Goanae archidioecesi adiungimus et attribuimus; reliquum vero territorium quod superest archidioecesi Bombayensi adnectimus. Decernimus pariter ut in utraque archidioecesi, Goana et Bombayensi, territoriis extinctae dioecesis Damanensis, quo supra diximus modo aucta, universus clerus ac fideles inibi commorantes, paroeciae, ecclesiae, oratoria aliaque instituta omnia, salvis dumtaxat exemptionibus iure communi statutis, iurisdictioni subsint Ordinarii loci respectivae archidioecesis, in cuius territorio exstant; duplici quae dicitur iurisdictione penitus exinde extincta ac sublata. Iubemus insuper ut documenta omnia, iura et acta Suppressae dioecesis Damanensis, iuxta territoria ad quae pertinent, quam

primum fieri poterit, cancellariis Goanae et Bombayensis archidioecesis tradantur, ut in earum archivo serventur. Volentes vero ut modo suppressae Damanensis dioecesis memoria servetur, decernimus ut Archiepiscopus Goanus, patriarchali titulo Indiarum orientalium, quo pollet, etiam in posterum retento, Archiepiscopus Goanus et Damanensis exinde appelletur. Praeterea cum Episcopus Damanensis titulo archiepiscopali Cranganorensi, ab hac antiqua sede, hucusque decoratus fuerit, ne huius quoque Ecclesiae memoria pereat, libenter annuimus ut idem Archiepiscopus Goanus et Damanensis titulum etiam Archiepiscopi Cranganorensis sibi adiungat. Hisce itaque omnibus ut supra dispositis, ad eadem omnia exsequenda venerabilem fratrem Eduardum Mooney, Archiepiscopum titularem Irenopolitanum in Isauria, et in Indiis Orientalibus Delegatum Apostolicum, deputamus, eidemque tribuimus necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, itemque pronuntiandi super quavis oppositione vel difficultate in exsecutionis actu quomodolibet oritura, iniuncto eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem infra annum transmittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet, quorum interest, vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu, notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen

alicuius notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius-viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae bisce Litteris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent. Non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini autem hanc paginam suppressionis, dismembrationis, unionis, statuti, mandati, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel eis contraire liceat. Si quis vero, temerario ausu, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo octavo, die prima mensis Maii, Pontificatus Nostri anno septimo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH,
***£. E. E. Cancellarius.***

CAROLUS CARD. PEROSI,
***S. C. Cons. Pro-Secretarius.***

Dominicus Iorio, *Protonotarius Apostolicus.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

**Loco *ffr* Plumbi**

***Reg. in Cane. Av., voi. XXXVII, n. 81.* - M. Riggi.**

# LITTERAE APOSTOLICAE

NOVA APPROBATIO CONSTITUTIONUM ORDINIS SORORUM A VISITATIONE BEATAE MARIAE VIRGINIS.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Eraucisci Salesii inter opera, quae ad spirituales animarum in Ecclesia progressus augendos, Dei spiritu ductus, ipse sanctus Doctor incepit explevitque, Sororum a Visitatione fulget Institutum, constitutionibus regulisque « sapientia, discretione, suavitate » mutabilibus ditatum. Anno quidem MDCX die festo Sanctissimae Trinitatis sua habuit initia domus Visitationis Anneciensis, quae prima ac veluti mater est totius Instituti; in eademque Sancta Ioanna Francisca Frémiot de Chantal, paucissimis tunc sibi sociis adiunctis, a Salesio Episcopo mandatum novae fundationis simulque nondum perfectas constitutiones recepit. Ab illa quidem Anneciensi parva Sororum a Visitatione domo, quam piissimus fundator cum humili sed profunda radice comparare solebat, a qua nulli rami nullaeque fìbrae evelli possunt sine eorumdem mortis periculo, ceterae sororum a Visitatione familiae -— et prima quidem Lugdunensis ab eadem Fundatrice mox efformata — emanarunt, quae variis in locis, alia post aliam, progressu temporis constitutae sunt. Sicut *granum sinapis, quod minimum quidem est omnibus seminibus et cum seminatum fuerit crevit et fit arbor magna,* ita suum habuit initium et crevit Religiosarum a Visitatione Institutum, quod Salesius voluerat ad interiorem vitam spiritualem augendam quarundam animarum, quae Sanctissimum Iesum Dominum Nostrum vestigiis secutae, possent, speciali Dei gratia, se abdere a mundanis, atque ita, imitatrices effectae humilitatis Redemptoris Nostri, vitam in Deo absconditam plane "vivere, quasi in divino Corde latere, cogitatum, sensus, passiones, cupiditates animique inclinationes quoquo pacto coercentes, veluti denique cruci fixae soli Iesu cruci fixo inservire. Quum pia fundatrix ex hac vita mortali migravit, paucis post annis a Sancti Francisci obitu,,quo tempore tredecim tantum monasteria a Visitatione exstabant, iam intra Galliae, Helvetiae atque Italiae fines septem et octoginta domus Instituti florebant; et haud multo post in Belgio, in Germania, in Hispania atque etiam in Palaestina Sororum a Visitatione monasteria constituta sunt. Gallica vero rerum perturbatione grassante, quae exeunte xvni saeculo omnia rei sacrae religionisque vesti-

gia evellere conata est, moniales quoque Ordinis Visitationis Beatae Mariae Virginis ad sancta et dilecta claustra relinquenda et deferenda coactae sunt, sed postea, turbine ac tempestate rei publicae illius sedatis, denuo in patria domos sibi constituerunt in quibus fideliter pieque observari possent tum primi Anneciensis monasterii *Consuetudines,* quibus, uti caritatis unionisque ligamine, ad invicem inter se domus alligantur, tum *Constitutiones* Regulaeque, quas Sanctus Doctor ad Institutum ab ipso conditum gubernandum accommodaverat, et iam rec. mem. Decessor Noster Urbanus Pp. VIII sanctione Apostolica munierat. Eaedem quidem Constitutiones ita in omnibus moderationem ac suavitatem spirant, ut moniales omnia sibi imperata facile explere queant, pietatem, sanctitatem ceterasque virtutes adipisci possint, quae sunt propriae animarum earum, quae, a mundo segregatae, peculiari modo se Deo voverunt, et Christo sponso dicarunt. Et revera ob easdem regulas Ordo a Visitatione haud parvo numero piarum sanctarumque sodalium in Ecclesia fulsit, quas inter Sancta Francisca de Chantal et Sancta Margarita Maria; ac propterea nil mirum si has mirabiles Constitutiones, tamquam pretiosa hereditate a Sancto Fundatore relictas, integras inviolatasque ad haec nostra tempora adservarint sorores, quibus iugiter fuit maxima cura ne quid novi in easdem irreperet, quo piae Ordinis Consuetudines et domorum observantia labefactari possent. Sed post Codicis iuris canonici promulgationem, ad spirituale Sororum a Visitatione bonum magis prospiciendum, peropportunum visum est Constitutiones praefatas ad Codicis praescripta conformare, eisdem etiam additis aliquibus,immutationibus, quae recentiorum temporum necessitatibus accommodatae viderentur. Sacrae vero Congregationis pro Religiosorum Sodalium negotiis S. R. E. Cardinalis Praefectus Nobis sic emendatas Constitutiones proposuit denuo adprobandas; Nosque, animo repetentes Religiosarum familiam a Visitatione optimum locum merito obtinere inter Ordines Institutaque, quibus Ecclesia in terris redimatur, loculentum Nostrae benevolentiae pignus eiusdem Ordinis sororibus exhibere censuimus, quod ipsas voti compotes reddat. Itaque motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Ordinis Monialium Visitationis Beatae Mariae Virginis Immaculatae Constitutiones, quarum exemplar tum in Sacrae praefatae Congregationis tum in Brevium tabulario servabitur, plenissime adprobamus, eisdemque Apostolicae sanctionis robur adiicimus.

Haec, quae in tam frugiferae familiae religiosae bonum atque emolumentum maxime cessura rati decrevimus, statuimus, mandamus, decer-

nentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exsistere ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectat et in posterum spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIX mensis Ianuarii anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri sexto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Satus.*

# EPISTOLAE

## I

AD R. P. MELCHIOREM A BENISA, ORDINIS FRATRUM MINORUM CAPULATORUM \ MINISTRUM GENERALEM, QUARTO EXEUNTE SAECULO A CONDITO ORDINE.

### PIUS PP. XI

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Merito quidem laetatur Ordo iste capulatorum Fratrum, cui tu praees sollerter, quarto exeunte saeculo ex quo is feliciter conditus est. Etenim eum praeclara haec religiosorum Familia, ineunte saeculo xvi ab iis franciscalibus viris constituta sit qui propius voluere legiferi Patris vestigia sequi; tanto spiritus ardore capulati Fratres severiorem quandam caritatisque plenam vitam agere coeperunt ut optime sane de re christiana civilique meruerint. Àc norunt omnes apostolatu maxime studioque praecellentium virorum factum esse ut ex magna Fratrum" Minorum familia, quasi ex arbore, novum nasceretur virgultum, quod in aliam arborem pedetentim succrescens, longe lateque suos ramos protenderei. Itaque auspicato evenit ut brevi capulatorum Fratrum numerus mirum in modum, Deo favente^ augeretur: in Italia, in Gallia, in Germania atque in aliis Europae regionibus; his quidem praesertim consiliis ut, non modo mutuo se ipsos ad virtutis apicem excitarent, sed etiam, caritate duce, et iis qui in mortis discrimine versarentur spiritualem opem ferrent, et omnibus, concionando,

catholicam veritate populari modo traderent. Historia docet quantopere in nosocomiis, in carceribus, in calamitatibus demum omne genus ad proposita huiusmodi exsequenda istorum Fratrum desudarit industria. Inter alias, pestilentias illas hic memoramus quae bis Mediolani, anno scilicet /MDLXXVi, Car oh Borromaei tempore, et anno MDCXXX, Massiliae autem anno MDCCXX vehementissime saeviere; in quibus capulati Fratres laetali morbo affectis opitulati sunt ex eisque non pauci, caritatis victimae, occubuerunt. Praeterea, militibus nautisque iidem prodesse consuevere; ut in navali illo proelio quod apud E chinadas insnias factum est ac deinde in pugnis apud Albam Begalem et Vindobonani; quarum in altera S. Laurentii a Brundusio, in altera vero Marci ab Aviano mirifice sane virtus eluxit. Sed multo magis praedicationi divini verbi et haereticorum conversioni, ad Tridentinae Synodi optata, dederunt operam; adorationem simul Sacramenti augusti per XL horas et sodalicia Ss. Passionis per varia loca constituendo. Passim autem populares missiones instituerunt; quo in campo S. Ioseph a Leonissa et B. Didacus a Gadibus praecipue enituere: atque omnes ex Ordine isto oratores, secundum Regulam S. Francisci *vitia et virtutes, poenam et gloriam, ad utilitatem et aedificationem populi* eloquio potenti nuntiaverunt. Ad exteras autem missiones quod attinet, iam inde a saeculo xvi dissitas Africae plagas ad Evangelii lumen afferendum captivosque redimendos petierunt capulati Fratres; quorum nonnulli a Xysto Pp. V merito laudum praeconio honestati sunt. Item in plures alias Asiae, Europae et Americae regiones, catholicis provehendis missionibus, se contulerunt; in eisque tam invicto quidem animo pericula difficultatesque omne genus superare soliti sunt, et promptos se paratosque praeberent ad ipsius vitae iacturam subeundam, uti S. Fidelis a Sigmaringa, Beati Agathangelus a Yendösimo et Cassianus a Nannetibus aliique multi, sanguinem pro Christi nomine fuderunt. Neque illum heic silentio praeterire volumus virum fortissimum, Guilehrium Massaia Cardinalem, qui recens in media Africa tot tantaque religionis et caritatis opera patravit ut eius memoria apud omnes in benedictione sit. Ex his quae summatim scripsimus manifesto patet quam praeclara sint istius Ordinis promerita; ideoque mirum non est, si decessores Nostri, occasione data, benevolentiam suam' ei testati sint eundemque meritis laudibus honestaverint. Nos vero, non secus atque illi, paterno plane amore vos prosequimur, debitas Deo grates de beneficiis acceptis vobiscum agentes. Vehementer autem vobis de eventu tam fausto gratulati, id potissimum ominamur ut, ex saeculari hac commemoratione alacritatem novam sumentes, incorruptam vel in posterum vestri Ordinis notam retineatis, imitationem scilicet Francisci Patris severiorem. Ad hanc rem, opportuna vobis auxilia a Dei benignitate implo-

ramus; atque interea, in horum munerum auspicium itemque in peculiaris voluntatis Nostrae signum, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili, singulisque tuis sodalibus amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xxm mensis Iunii anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

## II

## AD RR. PP. DD. IOSEPHUM SKVIRECKAS ARCHIEPISCOPUM KAUNENSEM, CETEROSQUE LITHUANIAE EPISCOPOS: NONNULLA SUADET QUIBUS IN POPULO CHRISTIANAE VITAE USUS MAGIS MAGISQUE EXCITETUR.

PIUS PP. XI

Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Peculiari quadam alacritate ac studio, postquam provincia ecclesiastica haud ita pridem a Nobis, per constitutionem *Lithuanorum gente* istic condita fuerat, Romam, catholicae fidei sedem, coniunctim petere maturavistis; merito quidem censentes — in lithuana ista religiosarum ac civilium rerum renovatione **- r -** non posse vos felicius utili usque apostolatum vestrum auspicare quam efficiendo ut grex cuiusque vester in dies arctius Pastori Summo adhaereret, ab eoque salutis normas, in posterum sequendas, per vos acciperet. Quoniam igitur gratum Nobis contigit, occasione tam praeclara, vestro frui aspectu et alloquio, maximeque cum de patria vestra sermo esset, quam Nosmet" ipsi invisimus et cognovimus, idcirco facere non possumus quin, pietati vestrae respondentes, aliquid vobis scribamus; eo magis quod, lithuanarum conditione rerum a vobis exposita, placet nonnulla suadere, quibus in populo isto Nobis carissimo christianae vitae usus etiam atque etiam excitetur. Principio, laetamur equidem magnae vobis curae esse ut recte iuvenes educentur: quam quidem ad rem assequendam, cum necesse sit ut tria illa societatis humanae fundamenta, familia scilicet religio, civitas, mutua opera conspirent, tum patet praecipuum id esse ecclesiasticae auctoritatis munus, penes quam rationes ipsae nituntur rectae honestaeque vitae, fides nempe ac pietas. Quare libenter propositum vestrum laudamus ea promovendi instituta, scholas imprimis atque collegia, ubi et christianis principiis iuvenum mentes imbuuntur, et ipsorum animi bonis moribus con formantur. Ita, per ephebaea huiusmodi itemque per consociationes Mariales aliasque pias sodalitates, per oratoria

demum domosque studiosae iuventuti excipiundae, seiunctis videlicet maribus a feminis, illud fiet feliciter ut tam multa arceantur pericula et damna, quae praesertim ex pravis quibusdam educandi rationibus, in societatis humanae perniciem, oriri prorsus necesse est. Quo in genere valde interest ut adulescentulorum parentes ne obliviscantur cum sibi esse ius officiumque liberos bene educandi, tum facere se non posse quin Episcoporum et cleri utriusque sollertiae obsecundent, quo per sobolem ita excultam facilius Ecclesiae Oivitatisque bonum promoveant. Quoniam vero «pendet a religione, qua Deus colitur, reipublicae status; multaque inter hunc et illam cognitio et familiarità^ intercedit», sequitur non modo a familia sed etiam a Civitate ipsa iuvandam esse Ecclesiam in recta iuvenum institutione, utpote quae et fidei custos sit et bonorum morum magistra. Ea igitur duce, illi exspectandi sunt cives lectissimi qui, conscientia quidem legibus obtemperantes, in suorum perfunctione munerum ad patriae decus prosperitatemque plurimum conferent. Nos ceterum, ut aliis rebus iisdemque gravibus, ita iuvenili eiusmodi institutioni per pacta illa conventa opportune perspeximus quae feliciter Apostolicam Sedem inter et Lithuaniam recens inita sunt: ac fore confidimus conventa ipsa sancte inviolateque servata eam fructuum copiam in hoc etiam rerum genere allaturam, quam in optatis habemus, quaeque ab Ecclesia sperari licet cum vim suam inter populos exercere libera potest. Quo quidem loco temperare non possumus quin memoriam recolamus Praesulis illius clarissimi Georgii Matulewieii, qui, mandatis Nostris plane obsequendo naviterque laborando, ad istam religiosarum rerum renovationem viam munivit; e cuius exemplo manifeste apparet quantum geminata Dei patriaeque caritas ad optabilia omnia sane assequenda possit ac valeat. Praeterea, quod maxime Nobis cordi est, impensam vos operam dabitis, venerabiles fratres, ut et iuvenes qui in spem sacerdotii adolescunt rite instituantur et ecclesiasticam disciplinam qui iam sacerdotio aucti sunt firmiter constanterque retineant. Novum profecto clerum instructum omnino esse oportet a pietate, a doctrinaba virtute, cum non solum sibi sed etiam aliis, boni pastoris ac magistri partibus obeundis, sempiternam salutem parere debeat: etenim si, in tanta errorum vitiorumque colluvie^ quibus periclitantur animae, virtute is ac doctrina careret, fideles ipsos sibi concreditos in extremum interitum secum traheret. Habetis igitur, venerabiles fratres, quomodo dioecesium vestrarum bono consulatis: recte adulescentem clerum fìngendo. Itaque in eo desudet uniuscuiusque vestrum industria ut Seminaria, ad normam sacrorum canonum, condatis, quibus optimi moderatores ac magistri praeficiantur; et qui inde proficiscetur maior cotidie instructiorque sacerdotum numerus, erit is corona vestra et

solacium praemiumque vestrorum laborum optatissimum. Esto clerum apud vos iampridem sacris initiatum, ob animarum studium ceteraque ingenii ornamenta, merito commendari Nostraque laude dignum esse: attamen cum sollicitudines illae, quas Nos habuimus hisce annis in religiosis Lithuaniae rebus fovendis, eo spectarent ut istic christiana pietas magis magisque floreret, clare liquet quantopere *novas ascensiones in corde suo disponere,* procedendo *de virtute in virtutem,* non modo populus sed etiam, praecipueque, clerus teneatur. Quamobrem sacerdotes omnes vestigia prementes Pastorum Principis, Iesu Domini, factique *forma gregis ex animo,* contendant oportet ut fideles non modo *vitam habeant,* sed *abundantius habeant.* Quapropter vos hortamur ut diligenter admodum ecclesiasticam disciplinam in clero confirmare studeatis: primum quidem eorum animos erigendo qui pietate, pastoralium perfunctione munerum sacrorumque canonum observantia excellant, dein vero defectus et abusus, sicubi sint, emendando, prohibendo quominus clerici vel iis rebus dent operam quae ipsos dedeceant, vel profana loca frequentent, vel sacerdotalem vestem gestare omittant; hanc enim ii tantum erubescunt qui saecularium hominum more vivere volunt. Denique de Actione catholica, quam vocant, vos, venerabiles fratres, alioqui cupimus; de qua nostis peculiarem quandam mentionem in pacta illa conventa inductam esse, quae supra memoravimus. Yalde equidem eam probamus, dummodo ubivis iis regatur legibus quas cum in primis Nostris Encyclicis Litteris, tum pluries postea, occasione data, descripsimus. Quandoquidem enim per ipsam a lectis de populo viris actuosa opera sacris Pastoribus navatur, non potest res catholica non provehi, cum virtus in singulis et in convictu domestico sanctitudo foveatur; itemque Societati civili prosperitas veri nominis afferetur, quae caritatis operibus et avitae fidei tuitione continetur. Permagni sane ad communem salutem interest, quemadmodum patet, ut actio huiusmodi — quae quidem ab omnibus ex eadem natione catholicis, cum omnibus prosit, promoveri debet — ne, politicis rebus implicata, intra augustos alicuius factionis fines coerceatur. Etenim seponantur oportet factionum commoda cum de religionis rebus agatur, per quas maximae et verae civitati ipsi utilitates afferuntur. Cumque *actio catholica* nihil sit aliud nisi *actio religiosa,* non eadem studiis partium, sed plena catholicorum concordia niti ac consistere debet eo conspirantium ut communis christianae vitae sensus atque usus privatim publice retineantur. Meminerint ergo catholici - quatenus Actionem catholicam moderantur vel participant - quae hac in re decessor Noster Leo XIII f .r. (in Epist. Enc. *Cum multa),* opportune sapienterque edixit : « fugienda illorum opinio praepostera, qui religionem cum aliqua parte civili permiscent, usque

adeo, ut eos, qui sint ex altera parte, prope deservíase a catholico nomine decernant. Hoc quidem est factiones politicas in augustum religionis campum perperam compellere, fraternam concordiam velle dirimere, funestaeque incommodorum multitudini aditum iamiamque patefacere ». Quatenus -inquimus-actionem catholicam moderantur vel participant; ipsi enim, ut cives sunt, prohiberi nequeunt quominus, nulla Actionis catholicae, qua talis, opera interposita, civili suffragii iure utantur. Quin immo a gravi officio iidem deficerent nisi politicis rebus civitatis, provinciae, Status, pro viribus consulerent; eo vel magis quod, ut verba eiusdem Pontificis Leonis XIII referamus (Enc. Litt. *Immortale Dei)* « catholici homines ipsius, quam profitentur, admonitione doctrinae, ad rem integre et ex fide gerendam impelluntur. Contra, ipsis otiosis, facile habenas accepturi sunt ii, quorum opiniones spem salutis haud sane magnam afferant ». At praesertim cleri est actionem catholicam a politicis rebus seiungere; cum enim religiosas res populi universi is curare debeat, prorsus eum dedecet factioni alicui studere; siquidem cavendum est ne ministerii eius dignitas inter partium conflictus deteratur neve qui ad contrarias factiones pertinent, errore fortasse decepti, a religione abalienentur. Quae si quidem omnia serventur, nullum catholicae actioni detrimentum obveniet.

Interea vehementer confisi fore ut omnes, hisce consiliis monitisque Nostris obtemperando, istud renovationis opus auspicato initum, alacri animo urgere pergatis, opportuna auxilia a Deo vobis precamur; quorum praenuntia munerum itemque paternae benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam vobis, venerabiles fratres, universoque clero et populo vigilantiae uniuscuius vestrum concredito, amantissime in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xxiv mensis Iunii, in Nativitate S. Ioannis Baptistae, anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

# ACTA SS. CONGREGATIONUM

## SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

### RHODIENSIS - MELITENSIS SETI MELEYITANA

DECRETUM

Apostolicis Litteris *Memores nos quantum decoris* diei vigesimae tertiae mensis Martii anni millesimi septingentesimi nonagesimi septimi, Pius Pp. VI, f. r., archiepiscopalem Ecclesiam Rhodiensem Ecclesiae cathedrali Melitensi seu Melevitanae unire et incorporare simulque Ordinariis Melitensibus, pro tempore exsistentibus, usum pallii nec non crucis, ante se praeferendae, per civitatem et dioecesim, indulgere atque concedere dignatus est. Cum vero Ssmus Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI, Apostolicis Litteris *Pastoris aeterni vices,* die vigesima octava mensis Martii huius anni datis, praefatas Litteras Apostolicas f. r. Pii Pp. VI abrogans, titulum archiepiscopalem Rhodiensem a cathedrali Ecclesia Melitensi seu Melevitani seiunxerit atque praefectura apostolica Rhodiensi et Insularum suppressa, pervetustam et insignem archidioecesim Rhodiensem eius loco restituerit ac instauraverit, Episcopi pro tempore dioecesis Melitensis seu Melevitanae, non amplius in posterum retinere poterunt titulum archiepiscopalem Rhodiensem nec frui privilegiis pallii et crucis, quae ob memoratam unionem archidioecesis Rhodiensis cum Ecclesia Melitensi seu Melevitana obtinuerant, prout hoc Sacrae Congregationis Consistorialis decreto declaratur ac statuitur. Ssmus Dominus Noster autem benigne insimul statuere dignatus est ut hodiernus Episcopus Melitensis seu Melevitanus, idest R. P. D. Maurus Caruana, titulo Archiepiscopi *ad personam* in posterum, quoad vixerit, adhuc decoretur, ita ut in praesens sit et vocari possit Archiepiscopus-Episcopus Melitensis seu Melevitanus, privilegiis quoque pallii et crucis, ut supra, perdurante munere in Ecclesia Melitensi frui privative poterit. Contrariis quibusvis minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die vigesima nona mensis Martii anno millesimo nongentesimo vigesimo octavo.

C. CARD. PEROSI, *Pro-Secretarius.*

L. œs.

f Pr. Raphaël C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

## II

## PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia Pp. XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

*15 Iunii 1928.* — Cathedrali Ecclesiae .Ioliettensi praefecit R. D. Iosephum Papineau, canonicum ad honorem capituli cathedralis Marianopolitani, rectorem CoUegii S. Ioannis in civitate Marianopolitana.

*22 Iunii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Irenopolitanae in Cilicia, R. D. Antonium Wladislaum Szlagowski, canonicum ecclesiae metropolitanae ac rectorem Universitatis studiorum Varsaviensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P; D. Alexandri S. R. E. Card. Kakowski, Archiepiscopi Varsaviensis.

*30 Iunii.* —; Cathedrali Ecclesiae Signinae, E. D. Alfonsum de Sanctis, archipresbyterum-parochum ad S. Ioannis Florentinorum, in Urbe.

*2 Iulii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Garbensi, R. P. Paulum Mohn, e Societate Missionariorum ad Afros, vulgo « Pères Blancs », quem deputavit Vicarium Apostolicum de Bamako.

— Titulari episcopali Ecclesiae Cercinitanae, R. P. Augustum Haouissée, S. I., quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Prooperi Paris, Vicarii Apostolici Nankinensis.

— Titulari Episcopali Ecclesiae Ezerensi, R. D. Antonium Sévat e Congregatione Missionis, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Iacobi Crouzet, Vicarii Apostolici de Fort-Dauphin.

*6 Iulii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Hierisensi, E. P. D. Iosephum Antonium Caruso, hactenus Episcopum Oppidensem.

— Cathedrali ecclesiae Asculanae in Piceno, E. P. D. Ludovicum Cattaneo, hactenus Episcopum Anglonensem-Tursiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Baiocensi, R. D. Emmanuelem Suhard, vicerectorem ac professorem in Seminario dioecesis Vallis Guidonensis.

*13 Iulii.* — Cathedrali Ecclesiae Sancti Miniati, R. D. Hugonem Giubbi, parochum ad Sancti Nicolai in civitate Florentina.

— Titulari episcopali Ecclesiae Sabadiensi, E. D. Ioannem Schauer, canonicum ecclesiae metropolitanae Monacensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Michaelis S. E. E. Card. Eaulhaber, Archiepiscopi Monacensis et Frisingensis.

*16 Iulii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Cassandrensi, E. D. Caietanum Mignani, e Congregatione Missionis, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis B. P. Í). Nicolai Ciceri, "Vicarii Apostolici de Kianfu.

•— Titulari episcopali Ecclesiae Conanensi, R. D. Eugenium Lebouille e Congregatione Missionis, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Ernesti Geurts, Vicarii Apostolici de Yungpingfu.

# SACRA CONGREGATIO PRO ECCLESIA ORIENTALT

(PONTIFICIA COMMISSIO PRO RUSSIA)

## DECRETUM

Ad vitandam documentorum ecclesiasticorum dispersionem, quae non sine gravi detrimento, praesentibus rerum circumstantiis in Russia permanentibus facilius accidere posset, Pontificia Commissio pro Russia, approbante Ssmo Domino Nostro Pio, divina Providentia Papa XI, haec statuit: Donec aliter provisum fuerit, notificationes omnes, ad normam canonum 470 § 2, 576 § 2, 798, 1011 et 1103 § 2, parocho baptismi faciendae, si parochia baptismi inter fines Russiacae ditionis exsistat, ab iis qui ad id iure tenentur, ad hanc unam Pontificiam Commissionem transmittantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Secretaria Pontificiae Commissionis pro Russia, die 13 Iulii 1928.

A. CARD. SINCERO, *Praeses.*

L. © S.

Carolus Margotti, *Secretarius.*

# SACRA CONGREGATIO CONCILII

## SS. CONCEPTIONIS DE CHILE ET ALIARUM

SEPULTURAE

*Die 10 Decembris 1927*

QUAESTIO. - Episcopus Ssmae Conceptionis in Republica Chilensi haec Pontificiae Commissioni ad Codicis canones authentice interpretandos exponebat, quae eadem Commissio ad H. S. C. detulit. « Hic in more positum cernimus, haud paucos christifideles ditiores, sacerdotes praesertim, cum condunt testamentum, inter alia suae voluntatis statuta heredibus adimplenda, hoc etiam committere, nempe suas se velle exuvias post aliquod temporis lapsum, decem vel quindecim annos, in hanc vel illam ecclesiam e communi coemeterio transferri ibique demum sepeliri.». Adsunt enim ad parietes ecclesiarum, vel ibidem fiunt ex commissione heredum, nonnullae excavationes seu loculi, ubi ossa et cineres in parvis arculis definitive componuntur. Id frequentatur etiam — ut alius Episcopus eiusdem regionis exposuit — in Oratoriis semipubhcis monialium seu sororum, quae maxime cupiunt ut eadem .Oratoria fiant locus definitivae ipsarum sepulturae. Praeterea placet nonnullis christifidelibus testamento disponere, ut, corpore sepulturae tradito, extrahantur tamen cor et praecordia, ut in ampulla rite clausa perpetuo asserventur in parietibus ecclesiarum aut oratoriorum. «At vero - prosequitur Episcopus - eiusmodi praxis non videtur posse componi cum can. 1205 § 2, qui sic effertur: *In ecclesiis cadavera ne sepeliantur.* Hinc quaeritur:

« 1. Potestne tolerari praxisj de qua supra, saltem pro sacerdotibus aut Religiosis!

« 2. Can. 1205 § 2 intelligendusne est etiam de ossibus; ita ut haec quoque sepeliri interdicantur in ecclesiis?

« 3. An vero sensus verbi *cadavera* presse sit accipiendus? »

ANIMADVERSIONES. - Quoad primum dubium, animadvertendum inprimis ex praescripto canone 1214 § 1 « nullum cadaver perpetuae sepulturae ecclesiasticae traditum » exhumari posse sine licentia Ordinarii. Porro sepultura, quae fit in coemeterio *communi,* ut in casu, ex lege ecclesiastica natura sua perpetua est. Si igitur in can. 1214 sermo est tantummodo de *perpetua* sepultura, permissio exhumandi in ceteris casibus, intelligenda est de sepultura *provisorie tacta extra coemeterium* pro-

prie dictum, seu de loco sepulturae more occasionali et extraordinario, uti v. g. tempore belli. Unde S. Congregatio Ep. et Reg., 28 Ian. 1603, censuit « cadaver, *quod alicubi positum non est per modum depositi,* sed traditum est perpetuae sepulturae, exhumari non licet, nec alio asportari, nisi de licentia Ordinarii ». Cfr. Ferraris, v. *Cadaver,* n. 53.

Proinde sepultura rite facta iu coemeterio *communi* sive *ordinario* natura sua perpetua est, nec ullo pacto eam temporaneam facit voluntas testatoris, de qua supra. Ratio enim perpetuae vel temporariae sepulturae non ex defuncti intentione aut familiae vel heredum voluntate aut forte ex lege civili desumenda est, sed ex ipsa rei natura nimirum ex lege Ecclesiae et circumstantiis obiective ac generaliter perspectis. Itaque, cum sepultura in casu sit profecto *perpetua* ad normam iuris, applicandum est praescriptum can. 1214 § 1, scilicet « nullum cadaver... exhumare licet, *nisi de licentia Ordinarii)).*

Olim satis non erat licentia Ordinarii, sed expressa venia Sedis Apostolicae in multis casibus requirebatur. S. C. Imm. *Aesina,* 17 Dec. 1602; *Sutrina,* 1 Iun. 1604: *Maceraten.,* 8 Aug. 1645, etc. Cfr.Ferraris, 1.c,-n". 16ss.

Accedit quod ne ipsa quidem cadavera Servorum Dei exhumari possunt absque peculiari facultate a legitima auctoritate ecclesiastica obtenta, etsi plures vel plurimi anni iam praeterlapsi sint, etc. Cfr. Bened. XIV, *De serv. Dei beati].,* etc., lib. IV, part. II, cap. 22 ss.

Praeterea animadvertendum est, nomine *cadaverum* non solum corpora adhuc integra et incorrupta intelligi, verum etiam corpora plus minusve iam dissoluta et corrupta, seu generatim exuvias, ut expresse docet Benedictus XIV (loc. cit.).

Demum notandum, cadavera etiam post decem aut quindecim pluresve annos interdum reperiri integra et incorrupta. Nam dissolutio sive *deeompositio,* quam vocant, corporis ocius vel serius contingit multiplici de causa, nempe non modo ex ipsa corporis physica constitutione atque ex natura morbi unde mors accidit, verum etiam ex causis extrinsecis, praesertim ex hunloribus terrae ubi cadaver humatum fuit. Cfr. De Sentis, *De coemeteriis,* Parisiis, 1875, p. 68 s.; Petrucci, *I cimiteri,* Roma, 1905, p. 18 ss.

Can. 1205 § 2 statuit hoc principium generale: *«In ecclesiis cadavera ne sepeliantur,* nisi agatur de cadaveribus Episcoporum residentialium... » Quo praescripto Codicis ius sepeliendi in ecclesiis, quod inde a saec. xii consuetudine primum, dein lege scripta invaluerat, abrogattir et ad veterem usum sepeliendi in coemeteriis reditur.

Praxis igitur cadavera e communi coemeterio transferendi in ecclesiam ibique ea sepeliendi, adversatur tum can. 1214 § 1, si exhumatio fiat sine Ordinarii licentia, tum can. 1205 § 2, ideoque improbanda reii-

ciendaque omnino est. Neminem sane fugit, ex privata voluntate leges ecclesiasticas nullatenus mutari posse, in iis potissimum quae ad ius publicum spectant. Idcirco clausula, de qua agitur, a testatore heredibus adimplenda relicta, nimirum « se velle exuvias post aliquem temporis lapsum, decem vel quindecim annos, in hanc aut illam ecclesiam, e communi coemeterio transferri ibique sepeliri », pro *non adiecta* habenda est.

Vox autem *ecclesia,* in can. 1205 § 2, attento legis fine et perspectis legibus liturgicis, accipi debet sensu lato, nimirum pro quolibet loco sacro cultui divino publice exercendo destinato, signanter pro oratoriis semipublicis ad normam can. 1193. Lex enim aliter non cavet nisi de sepulcro familiari seu gentilicio, ac de aediculis coemeteriorum, de quibus in can. 1190. Ex reprobata vero consuetudine qua de agitur, non sequitur stricta obligatio removendi cadavera iam condita, in ecclesiis seu oratoriis, extra casus can. 1205 § 2, et can. 1242: nisi Episcopus hanc remotionem iubeat, quod potest, si res in dedecus loci sacri cedat.

2. Alterum dubium *affirmativa* responsione esse dimittendum, tum ex dictis tum ex dicendis facile perspicitur. Lex ecclesiastica *cineres* et *ossa* cadaveribus plane aequiparat quoad locum benedictum ubi sepelienda sunt, et quoad ritum sacrum sive funus quod in eorumdem translatione ac tumulatione peragi potest. Haec Sacra Congregatio in *Amerina,* 31 Mart. 1708, censuit *ossa* ad novam ecclesiam paroecialem, non secus ac cadavera, esse transferenda.

S. R. C, *S. Iacobi de Venezuela,* 11 Aug. 1888, sequentes normas statuit servandas, si quando *cineres* vel *ossa* eorum qui in exteris regionibus mortui sunt in patriam transferantur, ut ibi in sepulcro maiorum aut in Pantheon virorum illustrium recordamur: 1) huiusmodi cineres aut ossa exponi posse, post reditum in patriam, in aliqua cappella ardenti, ut fieri solet pro defunctis in die obitus et depositionis; 2) clerum huiusmodi ossa et cineres comitari posse eadem sollemnitate et iisdem ritibus qui in die obitus adhibentur; 3) funera pro ipsis fieri posse in ecclesia vel saltem in aliqua sacra cappella *(Decreta auth.,* n. 3696).

Eadem S. E. C. *Carthaginien. in Indiis,* 23 April. 1875, edixit tamen *ossa* acatholicorum (non secus atque cadavera) iam condita in ecclesia, esse omnino amovenda *(Decreta auth.,* n. 3344).

S. C. S. Officii die 3 Aug. 1897 declaravit ipsa *membra* corporis humani *amputata* in loco sacro sive benedicto esse sepelienda *(Collect. 8. C. de Prop, Fide,* II, n. 1975).

Igitur ossa et cineres cadaveribus aequiparantur. Idque antiquissimi excultarum gentium mores probe confirmant, praesertim Romanorum, apud quos sollemne reMgiosunique erat, *ne insepulta manerent ossa.*

Proinde can. 1205 § 2, qui vetat ne in ecclesiis sepeliantur cadavera, vetat quoque ne in iisdem ossa et cineres recondantur. Urget sane eadem ratio.

3. Ex dictis manifesto sponteque consequitur responsio ad tertium dubium, nimirum vocabulum *cadaver,* de quo in can. 1205 § 2, accipiendum esse lato sensu, ita ut comprehendat etiam ossa et cineres et amputata membra.

Ad *cor* autem quod attinet, de quo praecise hic quaeritur, adest explicita declaratio S. Rituum Congregationis. Sequens nempe dubium propositum fuit: « Quum in archidioecesi Sancti Iacobi de Cile aliquando contingat ut, mortuis Episcopis aliisque praeclaris sacerdotibus, *cor* eorum extrahatur ut honorifice servetur in domo vel pio loco ab ipsis fundatis vel praedilectis; atque conservatio ita fiat ut claudatur cor in ampulla vitrea, in visibili loco et inter flores ordinarie collocata; quaeritur: Potestne haec praxis continuari? » S. R. C. die 11 Febr. 1898, re accurate perpensa, respondendum censuit: « *Affirmative; dummodo descripta conservatio cordis non fiat in loco sacro » (Decreta auth.,* n. 3982).

Quare, etc.

RESOLUTIO. - Propositis in plenariis Emorum Patrum comitiis die 10 Decembris 1927 ad Vaticanum habitis supradictis dubiis nimirum:

I. *Potestne tolerari praxis statuendi per testamentum voluntatem transferendi proprias exuvias e communi coemeterio in aliquam ecclesiam post aliquod temporis lapsum a morte?*

II. *Canon 1205 § 2 intelligendusne est etiam de ossibus ita ut haec quoque sepeliri interdicantur in ecclesiis?*

III. *An vero verbum « cadavera » presse sit accipiendum?*

Sacra Congregatio Concilii respondendum censuit prout respondit:

Ad I. *Negative* et Episcopus prudenter praxim removeré curet.

Ad II. *Affirmative:*

Ad III. Provisum in altero.

Facta autem de praemissis Ssmo Dno Nostro Pio divina Providentia Papae XI, relatione per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium in Audientia diei 13 insequentis, Ssmus datas resolutiones approbare et confirmare dignatus est.

f Iulius, Ep. tit. Lampsacen., *Secretarius.*

# SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

## i

## PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dnus Noster Pius div. Provid. Pp. XI, decretis Sacri Consilii Christiano nomini propagando, Ecclesias quae sequuntur de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

*15 Februarii 1928.* — Cathedrali Ecclesiae de Ranchi praefecit R. P. D. Ludovicum van Hoeck, e S. L, hactenus Episcopum Patnensem.

—- Abbatiali nulhus Ecclesiae de Lindi, R. D. Gallum Steiger, O. S. B.

*28 Martii.* — Cathedrali Ecclesiae Lahorensi, R. D. Hectorem Catry, O. F. M. Capuccinorum.

*13 Iunii.* — Cathedrali Ecclesiae Sappensi, R. P. D. Iosephum Gjonali, hactenus Episcopum titularem Callinicensen.

*3 Iulii.* — Metropolitanae Ecclesiae Madraspolitanae, R. P. Eugenium Méderlet, e Pia Societate Salesiana ven. Ioannis Bosco.

Insuper decreto diei 4 Maii 1928 constituit Administratorem Apostolicum restitutae archidioecesis Rhodiensis, R. P. D. Ambrosium Acciari, O. F. M.

## II

## NOMINATIONES

Eadem Sacra Congregatio de Propaganda Fide successivis ut infra rescriptis renunciavit ad suum beneplacitum.

*11 Ianuarii 1928,* — R. P. Caesarium Ioannem Hippolytum Esquerre, e Societate Missionariorum ad Afros vulgo « Pères Blancs », *Praefectum Apostolicum de Bobodjoulasso.*

*1 Februarii.* — R. P. Iosephum Zambonardi, e Congregatione Filiorum Cordis Iesu, *Praefectum Apostolicum de Bahr-el-Gebel.*

*30 Martii.* — R. P. Bernardum Merizalde, O. E. RecoUectorum S. Augustini, *Praefectum Apostolicum de Tumaco.*

*2 Maii.* — R. P. Marcellum Grandia, e Congregatione Spiritus Sancti, *Praefectum Apostolicum de Ubanghi Kart.*

*29 Maii.* — R. P. Vitum Bouma, e Congregatione Ss. Cordium,, vulgo de Picpus, *Praefectum Apostolicum de Banka et Biliton.*

*6 Iunii.* — R. D. Theophilum de Backere, e Congregatione Missionis, *Praefectum Apostolicum de ßaerabaja* (in insula Java).

Decretis S. C. de Propaganda Fide diei 27 mensis Iunii c. a., R. D. Aloisius Drago renuntiatus est Secretarius Generalis Consilii Superioris Generalis Pontificii Operis a Propagatione Fidei, et R. D. Petrus Coffano renuntiatus est Praeses eiusdem Operis pro Italia.

(PONTIFICIUM OPUS A PROPAGATIONE FIDEI)

## DE RELATIONE INTER PONTIFICIUM OPUS A PROPAGATIONE FDDEI ET INSTITUTA RELIGIOSA MISSIONALIA.

### DECLARATIO

In coetibus plenariis Consilii Superioris Generalis Pontificii Operis a Propagatione Fidei Romae habitis mense Aprili huius anni, haec vota sunt prolata de mutua consuetudine inter Pontificium Opus a Propagatione Fidei et Instituta Religiosa Missionalia:

I. Religiosi, sicut ceteri omnes, prae quocumque opere Missionibus iuvandis destinato, studiose ac sedulo favere velint Pontificio Operi a Propagatione Fidei. Nam

*a)* est Opus Pontificium et a Summo Pontifice Pio divina Providentia Pp. XI, Motuproprio *Bomanorum Pontificum,* die 3 Maii a. 1922 edito, ad dignitatem instrumenti Apostolicae Sedis evectum;

*b)* Missiones vero Religiosis Institutis concreditae ab ipso Pontificio Opere quotannis non parva accipiunt adiumenta atque Missionum Praepositi subsidia extra ordinem saepe petunt.

II. Velint iidem Religiosi operam dare ad felicem exitum peculiaris Festi pro Missionibus mense Octobri celebrandi.

III. Velint insuper Religiosi abstinere et ab ineundis viis et ab adhibendis mediis et ab operibus condendis, quae sub quacumque specie aliquid prae se ferant, quod cum Pontificio Opere a Propagatione Fidei confundi possit, quaeque impediant Pontificii Operis maius incrementum..

IV. Quibus positis, ad meliorem conspirationem et pleniorem succès - sum operum missionalium, Consilium Superius Generale, cui perspectum est Pontificium Opus a Propagatione Fidei haud posse occurrere omnibus et singulis Missionum necessitatibus, libenter declarat se nolle impedire quominus Instituta Missionalia ab amicis et benefactoribus stipem con-quérant pro suarum Missionum necessitatibus,- sed sperat f ore, ut eadem Instituta commendent amicis et benefactoribus ipsum Pontificium Opus et curent, ut iidem nomina dent etiam Pontificio Operi propter rationes supra allatas.

Ex Secretaria, die 9 Iulii 1928.

L« S2& f Ioseph Nogara, Archiepiscopus ei. Utinensis,
*Pro-secretarius generalis.*

# SACKA CONGREGATIO RITUUM

## ROMANA SEU VITERBIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI ROSAE VENERINI, FUNDA-TRICIS MAGISTRARUM PIARUM QUAE AB EIUS COGNOMINE NUNCUPANTUR.

SUPER DUBIO

*An signanda sit Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?*

In illustri civitate Viterbiensi, die 9 Februarii anno 1656, in lucem prodiit in f an tuia, cui, cum sequenti die in sacro fonte baptismali unda ablueretur. Rosae nomen impositum, bonum omen futurae eiusdem flore-scentis sanctitatis, piorumque parentum Gotefridi Venerini et Martiae Zampichetti insignis devotionis testimonium erga perillustrem concivem beatam Rosam, quae civitatem totamque provinciam meritis perpetuoque praesidio laetificat, defendit et ornat. Paterna in domo, christiana et civili educatione ac instructione imbuta, excogitare coepit simulque excitare sensus et affectus peculiares in statum vitae perfectioris, non sine spe boni exitus. At specie ac aetate cum floreret, honesti iuvenis, cum quo nuptias iniret, amore illecta, saeculi vanitatibus et pompis aliquantulum indulsit, pietatis fervore tepescente.

Hinc angustias luctasque intimas sustinere coepit, animi anceps an potius nova prosequi vota, quam ad. pristina se converteré expediret, donec haesitanti et supplicanti misericors succurreret Deus. Quadam feria sexta, cum Rosa in memoriam et honorem Dominicae Passionis, a prospiciendi e fenestra iuvene a se dilecto ahstinuisset, statim, nova luce a Deo indita, pericula quae animae propriae imminerent, clare persensit.

Eodem tempore, Deo providente, rus, animi relaxan di causa, una cum fratre et sorore, concessit, ibique non sine aliquo superno mentis instinctu, ipsa scivit et retulit iuvenem illum fuisse improvisa morte misere abreptum, quod reapse confirmavit eventus. Gravi afflicta moerore et luctu, effusis ad Deum propitiationis precibus, Rosa reviviscere in se sensit pristinum animi fervorem, voluntatemque status religiosi amplectendi. Interim, de parentum consensu, cum decimum septimum annum ageret, in monasterium S. Catharinae se recepit, ibique permansit, donec paucos post menses, patre emortuo, ob rei familiaris necessitates et matris praesertim infirmitatem domum redire cogeretur. Fratre natu maiore, matreque haud ita post vita functis, cum soror Magdalena ad honestas nuptias transiisset, ancilla Dei, curam domus minorisque fratris suscipere adigitur, atque ingressum in aliquod monasterium ad opportuniores circumstantias differre.

Interim apud sanctuarium Ordinis Praedicatorum B. M. Virgini *de Quercu* nuncupatae dicatum, piis adhibitis precationibus et Sacramentis rite receptis, a prudenti confessario curae committitur P. Bonaventurae Bandinelli, Collegii Societatis Iesu Rectoris, ad Ssmi Nominis Iesu, in ipsa civitate Viterbiensi; quo suasore non exiguos in via Domini progressus fecit. Post ipsius discessum, P. Dominici Balestra, deinde P. Ignatii Martinelli, consilio et hortatu, puellas in propria domo convocare, atque ab optimis adolescentibus adiuta, religiosae et civilis institutionis elementis, praesertim doctrinae christianae, non sine uberibus fructibus imbuere coepit. Quod opus, gratuito incoeptum, Rosa domi prosecuta est donec stabili sede et tuto censu provisum perficeretur. Nec exspectationi et spei Ancillae Dei defuerunt opportuna divinae Providentiae auxilia: domus scholaris et habitationis pro Magistris a domina Artemisia Marzanti oblata; sociae Hieronyma Coluzelli et Portia Bacci pro puellarum magistris adscitae; alumnae complures adscriptae. Itaque consensu et auctoritate Emi Episcopi Viterbiensi Urbani Sacchetti, annuente etiam Adm. Rev. P. Carolo de Noyelles, Praeposito Generali Societatis Iesu, die S. Rosae Limanae sacro, anno 1685, Rosa, aetatis anno vigesimo septimo, una cum sodalibus ingressa est domum scholis instituendis paratam. Istae magistrae omni necessaria doctrina et virtute exornatae puellas docebant; hae quod in scholis didicissent domi repétebant, non parvo pietatis ac religionis mere-

mento. Haec autem feliciter procedebant, etsi mordacia quorumdam dicteria Famulae Dei eiusque sociis ipsarumque instituto non parcerent; nec aliae defuerunt difficultates, ut infirma Portiae Bacci valetudo, quae pergere in laborioso scholae officio non valuit; maxime autem discessus prudentissimi Magistri spiritus P. Martinelli, qui ad sacram docendam theologiam in Lauretanum Collegium Illyriciim Societatis Iesu, aliquot post annos a scholae fundatione, missus est. Interim dum ita res se haberent, Episcopus Montisfalisci, Marcus Antonius Cardinalis Barbadicus, vir sanctitate, dignitate et zelo pastoralis officii insignis, puellis in sua episcopali civitate et dioecesi recte instituendis, propensa voluntate animum intendebat. Is, quum audivisset Eosam Venerini ad christianam puellarum institutionem scholam in civitate Viterbiensi fundasse, consensu Emi Episcopi eiusdem dioecesis Dei Famulam in civitatem Faliscodunensem ad se advocavit, eiusque consilio et opere, schola pro puellis in ipsa civitate fundata est; quod Rosa, Episcopo Cardinali iubente, etiam in pluribus dioecesis pagis praestitit, magna ipsius Episcopi satisfactione, qui omnia movit ut Famula Dei Faliscoduni, scholarum dirigendarum causa, permaneret. Restitit pia Virgo, cum optime nosset quibus incommodis et periculis sua Viterbiensis schola, ob propriam absentiam, laboraret. Libenter tamen Emo Episcopo promisit se, quotannis aut saepius, si res expostularet, scholas urbis episcopalis, totiusque dioecesis invisuram.

Interea cum optima puella, Lucia Filippini, cornetana, Faliscoduni, sub Rosae Venerini magisterio formata, optima virtutis doctrinaeque specimina praebuisset, eam Famula Dei Emo Episcopo proposuit, ut suo loco omnibus dioecesis scholis praeesset. Cuius consilio arrisit prudentissimus Pastor, cum ea exspectationes spe eoque exitu, quos tota Beatae Luciae vita, opera insignia virtutesque praeclarae demonstrarunt. Viterbium Rosa cum rediisset, magno animo totiusque viribus Institutum ad maiorem Dei gloriam incoeptum perficere, alumnas religione ac pietate in dies promovere, scholas, Episcopis aliisque religiosis viris expostulantibus, in alias quoque dioeceses propagare contendit. In hac ipsa alma Urbe, ut votis ipsius Summi Pontificis Clementis XI satisfieret, inde ab anno 1707 prima schola Magistrarum Piarum pro puellis aperta est, opera B. Luciae Filippini, ad hoc munus a civitate Faliscodunensi advocatae, quae post aliquot menses Faliscodunum, ad scholam quam praeerat, reversa est. Anno demum 1712 Rosa Venerini, consiliis pluribus adhibitis, scholam aperuit apud Sanctum Marcum, quam ipse Summus Pontifex Clemens XI anno 1714 visitare, laudare atque probare dignatus est.

Alia etiam schola in ipsa Urbe a praeclara Fundatrice, apud Ss. Vincentium et Anastasium aperta est; multis praeterea in locis, praesertim Status

ecclesiastici, RE. Episcopis petentibus, Institutum Magistrarum Piarum, magno Dei gloriae animarumque salutis incremento, similes fundavit scholas, quae late floruere et florent usque ad hodiernum diem.

Magistrae Piae, uti ipsa vox populi, inde ab initio, appellavit, quae dilectissimae Matris et Fundatricis Rosae Venerini cognomine nuncupantur; Apostolica auctoritate adprobatae, propriisque legibus munitae, ab antistita generali eiusque consilio reguntur et gubernantur. Earum Institutum S. R. E. Cardinali Protectore, a Romano Pontifice designando, praeclare honoratur.

Sed, ut ad ipsam Matrem Rosam sermo redeat, ipsa Dei Famula orationi et operationi, Sacramentis suscipiendis, lectionibus spmtualibus, aliisque pietatis exercitiis semper intenta, devotissima Passioni Dominicae, Virgini Immaculatae, Angelis et Sanctis Titularibus; parca in victu et in somno, sui status studiosissima, vera magisterii ac pietatis exemplum et forma¿ in dies inclaruit. Tandem Dei Ancilla, assiduis laboribus, diuturnis aerumnis acerbisque doloribus et quadam spiritus ariditate patientissime toleratis, in perfecta conformitate cum divina voluntate, Ecclesiae Sacramentis rite refecta ac roborata, obdormivit in Domino, Romae, die 7 Maii 1728. Funere solemniter peracto, in templo Farnesiano Ssmi Noininis Iesu, cum magna populi frequentia, ibidem Famulae Dei corpus conditum est, in sepulchro Magistrarum Piarum.

Recurrente autem hoc anno 1928, die 7 Maii eiusdem pretiosae mortis anniversario ultra bis saeculari, ad eamdem ecclesiam Ssmi Nominis Iesu complures convenerunt Magistrae ex familia Venerinia, cum suis alumnis: quae Sacrosancto Missae Sacrificio religiosa pietate adstiterunt in memoriam benemerentissimae Fundatricis et Matris.

Tandem adveniente die diu exspectata et optata, de Causa beatificationis et canonizationis Servae Dei apud Sacram Rituum Congregationem disceptatum est. Inchoatis enim et absolutis in hac Alma Urbe et in civi-' tate Viterbiensi Ordinariis inquisitionibus super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere Sor. Rosae Venerini, et Sacrorum Rituum Congregationi traditis eiusque iudicio subiectis, quum, eiusdem Servae Dei scriptis perquisitis^et revisis, nihil obstet quominus ad ulteriora, iuxta ordinem iuris, procedi possit, instante Rmo P. Nicolao Monaco, Soc. Iesu, Pont. Collegii Pii Latini Americam Rectore, et huius causae Postulatore legitime constituto, attentisque litteris postulatoriis Emi ac Rmi Dñi Gulielmi Card. Van Possum, Instituti Magistrarum Piarum Venerini Protectoris, atque S. R. E. Patrum Cardinalium Petri Lafontaine, Venetiarum Patriarchae, et Alexii Ascalesi, Archiepiscopi Neapolitani, necnon quorundam RR. PP. Archiepiscoporum, Episcoporum et virorum

ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, supplicante M. Maria Anna Piccinetti, antistita generali eiusdem Instituti cum suo Consilio, Emus ac Emus Dnus Alexander Card. Verde ipsius Causae Eelator seu Ponens, in ordinariis Sacrorum Eituum Congregationis comitiis, subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit Commissio Introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?*

Et Emi ac Emi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto E. P. D. Carolo Salotti, Eidei Promotore generali, omnibus sedulo perpensis, rescribere censuerunt: *Affirmative seu signandam esse Commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Die 15 Maii 1928.

Pacta postmodum de his omnibus Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae XI per eundem Promotorem generalem Eidei relatione, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae Eituum Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae Servae Dei Eosae Venerini, Fundatricis Instituti Magistrarum Piarum ab eius cognomine nuncupatarum. Die 16 Maii 1928.

£B A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Eufinae,
*S. R. C. Praefectus.*

L. £g S.

Angelus Mariani, *S. R. C. Secretarius.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 3 Luglio 1928, uel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Emi e Emi Signori Cardinali e col voto dei Emi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Eiti, si è tenuta la Congregazione *Nuova Preparatoria* per discutere il dubbio sopra l'eroicità delle virtù esercitate dalla Ven. Serva di Dio Alice le Clerc, Fondatrice dell'Istituto di Nostra Signora.

Martedì, 17 Luglio 1928, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è tenuta la Congregazione *Ordinaria* dei Sacri Eiti, nella quale al giudizio degli Emi e Emi Signori Cardinali, componenti la medesima, sono state sottoposte le seguenti materie:

1. Introduzione della Causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Vincenza Maria Lopez Vicuña, Fondatrice dell'Istituto delle Figlie dell'Immacolata, per le Fanciulle addette al servizio.
2. Intorno alla Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propria in onore del Beato Luca Belludi Conf. Socio di S. Antonio.
3. Intorno alla Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propria in onore dei Beati Carlo Hurtrel, Sacerdote dell'Ordine dei Minimi e Lodovico Hurtrel, Diacono nell'arcidiocesi di Parigi, Martiri.
4. Intorno alla Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propria in onore del Beato Ugone Fossense, Abbate dell'Ordine dei Premonstratensi.
5. Intorno alla Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propria in onore della Beata Osanna da Cattaro, Vergine del Terz'Ordine di S. Domenico.
6. Intorno alla Concessione ed approvazione dell'Officio e Messa propria in onore della Beata Maria Vergine del Eosario v. d. «de Chiquinquira ».
7. Intorno alla revisione degli Scritti del Servo di Dio Giovanni Battista da S. Michele Arcangelo, Sacerdote professo dei Chierici Scalzi della Ssma Croce e Passione di N. S. G. C.
8. E finalmente intorno alla revisione degli Scritti del Servò di Dio Pio da S. Luigi, Chierico professo dei Chierici Scalzi della Ssma Croce e Passione di N. S. G. C.

Martedì, 24 Luglio 1928, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi l'augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Eiti, nella quale gli Emi e Emi Signori Cardinali, i Emi Prelati ed i Consultori teologi, componenti la medesima, hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa di beatificazione e canonizzazione del Servo di Dio Corrado da Parzham, laico professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini.

# SEGRETERIA DI STATO

## NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*6 Maggio 1928.* L'Emo Signor Cardinale Francesco Ragonesi, *Protettore della « Compañia de Hermanas de la Crux de /Sevilla ».*

*15 Giugno* » Monsig. Gaetano Cicognani, Arcivescovo titolare di Ancira, *Nunzio Apostolico nel Perii.*

*21* » » Monsig. Giovanni Beda Cardinale, Arcivescovo titolare di Chersona, *Nunzio Apostolico a Lisbona.*

*28* » » L'Emo Signor Cardinale Bonaventura Cerretti, *Protettore delle Suore di Santa Maria, Terziarie Francescane* (St. Louis, Missouri).

*2 Luglio* » L'Emo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore delle Suore di S. Giuseppe* (Tarbes).

*3* » , » L'Emo Signor Cardinale Luigi Capotosti, *Protettore delle Suore Francescane degli Afflitti* (Varsavia).

*Assistente al Soglio Pontificio:*

*2 Maggio 1928.* Monsig. Ismaele Perdomo, Arcivescovo di Bogota.

*Protonotarii Apostolici* ad instar participantium:

*3 Maggio 1928.* Monsig. Lorenzo Luigi Francesco Rousselot, della diocesi di Ghâlons-sur-Marne.

» » » Monsig. Giulio Leopoldo Nottin, della medesima diocesi.

*23* » » Monsig. Michele Bucci, della diocesi di Montefeltro.

*20 Giugno* » Monsig. Riccardo Barry Doyle, della diocesi di Ferns.

*19 Luglio* » Monsig. Liberato Dionigi Da Costa, dell'archidiocesi di Fortaleza.

*Prelati domestici di S. S.:*

*4 Maggio 1928.* Monsig. Carlo Uberto Sarazin, della diocesi di Châlons-sur-Marne.

» » » Monsig. Gabriele Maria Royer, della medesima diocesi.

*9* » » Monsig. Giuseppe Zumbo, dell'archidioc. di Reggio Calabria.

*4 Giugno* » Monsig. Luigi Cammarata, della diocesi di Caltanissetta.

*6* » » Monsig. Desiderato Dubar, deD'archidiocesi di Cambrai.

*15* » » Monsig. Antonio Dedola, della diocesi di Campagna.

*20* » » Monsig. Giovanni Pauly, dell'archidiocesi di Praga.

*23* » » Monsig. Giovanni Schaefers, della diocesi di Paderborn.

*28* » » Monsig. Francesco Gleiss, della diocesi di Sant'Ippolito.

*30* » » Monsig. Pietro Marzocco, della diocesi di Adria.

*2 Luglio* » Monsig. Eduardo Gorski, della diocesi di Sandomir.

*4* » » ' Monsig. Giuseppe Morcos, del Patriarcato di Gerusalemme.

» » » Monsig. Carlo Alessandro Leimbach, della diocesi di Fulda.

*6* » » Monsig. Teodoro Geiger, dell'archidiocesi di Bamberga. ,

» » » Monsig. Giuseppe Nagengast, della medesima archidiocesi.

*6 Luglio 1928.* Monsig. Giovanni Battista Dietz, dell'archidiocesi di Bamherga.
*13* » » Monsig. Andrea J. Clohessy, della diocesi di Kansas City.
» » » Monsig. Giacomo J. Me Caffrey, della medesima diocesi.
*19* » » Monsig. Giuseppe Dos Santos Mauricio (Boma).
*21* » . » Monsig. Michele Wonisch, della diocesi di Secovia.
*26* » » Monsig. Ulderico Bomeu y Bubio, della diocesi di Matanzaz.

## ONOBIFICENZE

Con brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

*La Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*20 Marzo 1928.* Al sig. comm. Giuseppe Scott, della diocesi di Los Angeles.

*La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:.*

*4 Dicembre 1926.* Al sig. dott. Francesco Bracht, dell'archidiocesi di Colonia.
*30 Maggio 1928.* Al sig. prof. Eugenio De le poulie, della diocesi di Lilla.
*30 Giugno* » Al sig. Eduardo Jelen (Cecoslovacchia).

*La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*5 Giugno 1928.* Al sig. Colomanno Andrassy, dell'archidiocesi di Agria.
*9* » » Al sig. Diran Philippossian, della diocesi di Alessandria degli Armeni (Egitto).
*14* » » Al sig. Vito Domenico Accettura, dell'archidiocesi di Bari.
*25* » » Al sig. cav. Alfredo Angelini (Boma).
*4 Luglio* » Al sig. Felice Leone Thiel, della diocesi di Breslavia.
*7* ' » » Al sig. dott. Angelo De Angeli, dell'archidiocesi di Milano.
*10* » » Al sig. Gioacchino Gonzalez y Fernandez, della diocesi di Madrid.

*Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*20 Settembre 1927.* Al sig. Biccardo Staz, dell'archidiocesi di Colonia.
*1 Febbraio 1928.* Al sig. Alfredo Buvey, della diocesi di Tourna-y.
*24 Marzo* ) Al sig. Enrico Lahaye, della diocesi di Liegi.
*11 Maggio* ) Al sig. Domenico Grillo, della diocesi di Oppido Mamertina.
*11 Giugno* » Al sig. Angelo Biello, della diocesi di Ceneda.
*14* » » Al sig. Francesco Bassi, dell'archidiocesi di Milano.
» » ) Al sig. Vincenzo Marinaro, dell'archidiocesi di Atene.
*22* » » Al sig. Luigi Guglielmo Carlo Blijderistein, della Prefettura Apostolica di Malang.
*25* ) Al sig. ing. Baffaele Bottazzi, della diocesi di Treviso.
*26* » > Al sig. Giuseppe Bonet del Bio, della diocesi di Barcellona.
*30* » f> Al sig. Borneo Bennicelli (Boma).
» » > Al sig. Giovanni Straub, della diocesi di Erbipoli.
« ) Al sig. Arturo Tirinnanzi, dell'archidiocesi di Firenze,
*1 Luglio* t Al sig. dott. Daniele Orth, della diocesi di Spira.

*5 Luglio 1928.* Al sig. Giuseppe Lardeur, della diocesi di Arras.
*10* » » Al sig. Claudio Delgado Eiguera, della diocesi di Segovia.
*19* « » Al sig. Paolo Denis du Péage, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Pietro Aronio de Borablay, della medesima diocesi.

*La Gran Croce dell'Ordine di San Silvestro Papa:*

*28 Giugno 1928.* A S. E. il sig. Carlo Arsenio Henry, Ministro Plenipotenziario.

*La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:*

*26 Maggio 1928.* Al sig. Giovanni Alves de Figueredo, della dioc. di Guaxupé,
» » » Al sig. Giuseppe Onorio Vieira, della medesima diocesi.

*Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:*

*1 Giugno 1928.* Al sig. Emilio Appiano, della diocesi di Asti.
*1 Luglio* » Al sig. Carlo Peill, della diocesi di Spira.
» » » Al sig. Giuseppe Wilhelm, della medesima diocesi.
*3* » » Al sig Antonio Myslivec, della diocesi di Budwéis.
*16* » » Al sig. Elia Coudsi, dell'archidiocesi di Aleppo.
» » » Al sig. Luigi Cachecho, della medesima archidiocesi.

## MAGGIORE OMATO DI SUA. SANTITÀ

### NOMINE

Con Biglietti di S. E. Bma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente; regnante, si è degnato di nominare:

*Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:*

*31 Maggio 1928.* Monsig. Mariano Bijasiewicz, della diocesi di Sandomir.
» » » Monsig. Enrico Gierycz, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Bronislao Ekiert, della medesima diocesi.
*23 Giugno* » Monsig. Antonio Borek-Dohalsky, dell'archidiocesi di Praga.
» » » Monsig. Gin seppe Kaspar, della medésima archidiocesi.
» » » Monsig. Celestino Pastor, della medesima archidiocesi.
». » » Monsig. Carlo Vrátny, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Hauer, della medesima archidiocesi.
*28* » » Monsig. Mario Zanin, della diocesi di Belluno e Peltre.
*30* » » Monsig. Gustavo Bianchi, della diocesi di Montepulciano.
*3 Luglio* » Monsig. Terzo Nicolini, della diocesi di Montefeltro.
*6* » » Monsig. Antonio Zeitun, del patriarcato di Gerusalemme.
*11* » » Monsig. Ernesto Favagrossa, della diocesi di Cremona.
*13* » » Monsig. Antonio Sinaitis, della diocesi di Telsiai.
*17* » » Monsig. Angelo Martinelli, della dioces di Adria.
*20* » » Monsig. Luigi Sacchi (Valle di Pompei).
» » » Monsig. Giuseppe Domenico Scotto di Pagliara (Valle di Pompei).
» » , » Monsig. Attilio Oriani (Boma).

*Cameriere ßegreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:*

*25 Giugno 1928.* Il sig. JSotaro Paszkowski, dell'archidiocesi di Varsàvia.

*Camerieri. d'Onore in abito paonazzo di S. S.:*

*25 Giugno 1928.* Monsig. Stanislao Mystkowski, dell'archidiocesi di Varsavia
*3 Luglio* » Monsig. Luigi Mariotti, della diocesi di Montefeltro.

*Camerieri d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerari di S. S.:*

*31 Maggio 1928.* Il sig. Wladislao Jelski, della diocesi di Sandomir.
*22 Giugno* » Il sig. Salvatore M. de Ayerbe y Marin, della diocesi di Huesca.

*Cappellani Segreti d'Onore di S. S.:*

*13 Giugno 1928.* Monsig. Giuseppe Koncz, della diocesi di Vácz.
» » » Monsig. Alessandro Sághy, della medesima diocesi.
*15* » » Monsig. Michele Umek, della diocesi di Lavant.

*Cappellano d'Onore* extra Urbem *di S. S.:*

*1 Giugno 1928.* Monsig. Angelo Lolli, dell'archidiocesi di Eavehna.

## NECROLOGIO

*9 Aprile 1928.* Monsig. Michele O' Farrell, Vescovo di Bathurst.
*2 Giugno* » Monsig. Santino Taveggia, Vescovo di Dinajpur.
*20 Luglio* » Monsig. Giovanni Tavares de Moura, Vescovo di Garanhuns.

Annus XX - Vol. XX 10 Septembris 1928 Num. 9

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. XI

## LITTERAE ENCYCLICAE

AD RR. PP. DD. PATRIARCHAS, PRIMATES, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE STUDIIS RERUM ORIENTALIUM PROVEHENDIS.

PIUS PP. XI

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Rerum Orientalium studiis et subtilior! cognitioni inter Christifideles, potissimum vero inter sacerdotes, provehendis quantam decessores Nostri, superioribus saeculis, operam dederint, neminem latet qui Catholicae Ecclesiae annales vel propere evolverit. Siquidem ii noverant et complura antehac mala et miserrimum illud discidium quod tam multas easque florentissimas olim Ecclesias ab radice unitatis abstraxerat, cum ex mutua imprimis populorum ignoratione et despicientia, tum ex praeiudicatis opinionibus, quas diuturna animorum alienatio consecuta esset, necessario exstitisse; nec posse, nisi ea impedimenta amoverentur, tot malis medicinam adhiberi. Iamvero, ut nonnulla historiae, ex iis ipsis aetatibus quibus antiquae vincula unitatis relaxari coepta sunt, documenta summatim attingamus, quae Romanorum Pontificum in hac parte curas sollicitudinesque testantur, omnibus compertum est qua benevolentia, immo etiam veneratione, utrumque Slavorum Apostolum, Cyril-

lum et Methodiùm Hadrianus II sit complexus, quibusque singularis honoris significationibus honestarit; quove idem studio, missis quoque legatis, octavo oecumenico Concilio, quarto Constantinopoli coacto, adiumento fuerit, cum haud multo ante tanta dominici gregis pars lacrimabili discidio a Bomano Pontifice, Pastore supremo divinitus constituto, avulsa esset. Qui quidem sacri conventus, Ecclesiae rebus inter Orientales procurandis, temporum decursu alii post alios celebrati sunt; ut cum Barii ad S. Mcolai Myrensis sepulcrum, 8. Anselmus, Doctor ille Augustanus idemque Cantuariensis Archiepiscopus, doctrina vitaeque sanctitate eximia mentes omnium animosque commovit; ut Lugduni, quo duo illa Ecclesiae lumina, Angelicus Thomas et Bonaventura Seraphicus, a Gregorio X convocati una fuere, quamquam alter in ipso itinere, alter inter graves Concilii labores morte praerepti; ut Ferrariae Floren tiaeque, ubi, primas facile ferentibus illis Orientis christiani ornamentis, Romanaeque Ecclesiae mox Cardinalibus, Bessarione Mcaeno et Isidoro Kioviensi, catholici dogmatis veritas, ratione et via confirmata et Christi caritate veluti perfusa, iisdem orientalibus christianis cum Pastore Supremo reconciliandis iter pandere visa est.

Pauca haec, Venerabiles Fratres, quae adhuc commemoravimus, paternam profecto huius Apostolicae Sedis erga nationes orientales providentiam studiumque manifestant; illustriora ea quidem, sed suapte natura rariora. Alia tamen permulta, neque unquam intermissa^ a Romana Ecclesia-continenti quadam atque, ut ita dicamus, cotidiana beneficiorum effusione - in totius Orientis plagas profecta sunt commoda, missis praesertim religiosis viris qui vitam ipsam insumerent ut orientalium nationum utilitati consulerent. Huius enim Apostolicae Sedis auctoritate veluti suffulti, magnanimi illi viri ex Francisci Assisiensis potissimum atque ex Dominici religiosis familiis, prodiere, qui, domibus excitatis novisque sui Ordinis provinciis institutis, cum theologica tum ceteris doctrinis, quae ad civilem religiosumque cultum pertinent, non sine ingentibus laboribus, non modo Palaestinam et Armeniam sed regiones quoque alias excoluerunt, ubi Orientales, Tartarorum Turcarumve dominationi obnoxii, per vim a Romana

•unitate seiuncti, optimis quibusque ac religiosis praesertim disciplinis destituerentur.

Quae quidem insignia promerita atque Apostolicae Sedis mentem optime perpendisse et perspexisse visi sunt iam inde a saeculo xin Parisiensis Athenaei Doctores, qui, ut memoriae proditam est, Sedis eiusdem votis optatisque obsecundantes, collegium 'quoddam orientale Athenaeo suo coniunctum condidere : quod quidem quibus progressionibus studiorum orientalium floreret, quos ederet fructus, decessor Noster Ioannes XXII Hugonem Parisiensem Episcopum, aliquanto post, sollicite percontabatur.[1]

Huc alia accedunt haud minus praeclara, earundem aetatum testata monumentis litterarum. Humbertus de Eomanis vir sapientissimus, Ordinis Praedicatorum Magister generalis, in libro quem conscripsit « de iis quae tractanda videbantur in Concilio generali Lugduni celebrando » haec, singillatim conciliandis animis Orientalium veluti necessaria commendabat:[2] scientiam seu peritiam linguae graecae, « quia per genera linguarum diversitas gentium in unitate fidei congregatur »; tum graecorum copiam librorum: ac nostrorum item librorum in Orientalium sermones conversorum opportunam supellectilem; idemque fratres obtestabatur suos, Mediolani in capitulo generali congregatos, ut orientalium idiomatum notitiam studiumque magni facerent sancteque excolerent, ut sacris ad illas gentes expeditionibus promptos se paratosque, si Dei voluntas ferret, praestarent. Haud aliter e Franciscanum familia Eogerius Bacon, doctissimus ille- et Clementi IT, decessor! Nostro, caris simus vir, non solum de linguis Chaldaeorum, Arabum, Graecorum erudite conscripsit[3] sed aliis etiam earundem notitiam explanavit. Hos autem aemulatus Raymundus ille Lullus, singularis item eruditionis ac pietatis vir, multa multoque vehementius, - quod erat viri ingenium - a decessoribus Nostris Caelestino V ac Bonifatio VIII rogando impetravit, pro ratione temporum nonnulla audacius excogitata, de negotiis studiisque Orientalium tractandis, de uno aliquo ex

[1] **Denifle-Chatelain,** ***Ghartul. Univ. Paris.,*** **t. II, n. 857.**

[2] **Mansi, t. XXIV, col. 128.**

[3] ***Opus maius,*** **pars tertia.**

ipsis Purpuratis Patribus studiis iisdem praeficiendo, de sacris denique expeditionibus iisque assiduis instituendis, cum apud Tartaros, Saracenos aliosque infideles, tum apud « schismaticus » ad unitatem Ecclesiae revocandosi -

At vero sollemnius illud et praecipue memorandum, quod, eodem hortatore ac duce, ut referunt, in Conciliò Viennensi generali latum et a Clemente V, decessore Nostro, promulgatum est decretum, quo veluti adumbratum Institutum Nostrum Orientale deprehendimus : « Hoc sacro approbante Concilio, scholas in subscriptarum linguarum generibus, ubicumque Eomanam curiam residere contigerit, necnon in *Parisiensi, Oxoniensi, Bononiensi* et *Salamantino* studiis, providimus erigendas, statuentes ut in quolibet locorum ipsorum teneantur viri catholici sufficientem habentes *hebraicae, graecae, arahicae* et *chaldaicae* linguarum notitiam, duo videlicet uniuscuiusque linguae periti, qui scholas regant inibi, et libros de linguis ipsis in latinum fideliter transferentes, alios linguas ipsas sollicite doceant, earumque peritiam studiosa in illos instructione transfundant; ut instructi et edocti sufficienter in linguis huiusmodi fructum speratum possint Deo auctore-producere, fidem propagaturi salubriter in ipsos populos infideles.... ».[1]

Quoniam vero, apud orientales illas nationes, rebus omnibus tunc temporis perturbatis ac plerisque scientiarum adiumentis dissipatis, vix aut ne vix quidem studiosorum hominum mentes, ceteroquin perspicacissimae, altioribus doctrinis institui poterant atque exornari, idcirco nostis, Venerabiles Fratres, eam quoque fuisse decessorum Nostrorum curam, ut, cum alia in praecipuis, quae per id temporis essent, sedibus seu Universitatibus studiorum propria Orientalium magisteria paterent, tum vero potissimum in hac almae Urbis luce opportuniora quaedam veluti seminaria excitarentur, unde illarum gentium alumni, omni doctrinae ornatu diHgentissime instructi, ad bonum certamen certandum in aciem paratissimi descenderent. Quamobrem monasteria primum ac Collegia pro Graecis Ruthenisque Romae constituta, et domus Maronitis Armenisque attributae : quo

[1] Denifle-Chatelain, ***Chartul. Univ. Paris,*** t. Il, n. 695.

autem animarum emolumento doctrinaeque progressu, sive liturgica sive ceterarum disciplinarum documenta luculentissime testantur quae Sacra Congregatio a Fide Propaganda variis Orientalium linguis evulganda curavit, sive codices pretiosissimi orientales quos Vaticana Bibliotheca diligenter collectos religiosissime servavit.

Nec res hic ullo pacto constitit : cum enim proximi decessores Nostri, ut supra docuimus, probe intelligerent, ad caritatem mutuamque aestimationem fovendam plurimum conferre uberiorem rerum orientalium inter Occidentales cognitionem, ad tantum bonum comparandum omni contentione incubuerunt. Testis est Gregorius XVI, qui, ad Summi Pontificatus fastigium evectus eo ipso anno quo pontificia legatione apud Alexandrum I, Russorum imperatorum, perfuncturus erat, res russicas diligentissime expiraverat; testis Pius IX, qui, et ante et post coactum Concilium Vaticanum, orientalium rituum avitarumque doctrinarum studia evulganda impensius commendaverat; testis Leo XIII, qui, cum Coptos et Slavos, tum Orientales universos tanto amore ac pastorali sollicitudine prosecutus est, ut, praeter novam Augustinianorum familiam a Beata Virgine in caelum Assumpta nuncupatam, alios quoque Religiosorum coetus ad orientalium rerum notitiam hauriendam augendamve incitaverit, Orientalibus ipsis nova Collegia cum in eorum regionibus tum in hac ipsa Urbe erexerit, Berytensem Societatis Iesu studiorum Universitatem, hodiedum florentissimam Nobisque carissimam, amplissimis laudibus decoraverit; testis Pius X qui, Pontificio Instituto Biblico in Urbe excitato, novum erga res et linguas orientales ardorem, nec sine laetissima fructuum segete, in multorum animis incendit.

Quam quidem in gentes orientales paternam providentiam, sacra veluti haereditate a Pio X acceptam, proximus decessor Noster Benedictus XV studiosissime aemulatus, ut, pro viribus, rebus Orientalium praesidium atque incrementum afferret, non solum Sacram Congregationem a ritibus rebusque omnibus Orientalium constituendam curavit, verum etiam « proprium altiorum studiorum domicilium de rebus orientalibus in hac Urbe, christiani

nominis capite »¿ condere statuit, « idque et omni apparatu quem .huius aetatis eruditio postulat ornatum, et doctoribus in unoquoque genere peritissimis Orientisque perstudiosis insigne », [1] immo facultate etiam « doctorales laureas, in ecclesiasticis dumtaxat disciplinis quae ad Orientales Christianas gentes attinent », conferendi donatum,[2] quod non solis Orientalibus pateret vel iis ipsis qui a catholica unitate seiuncti essent, sed latinis maxime sacerdotibus qui aut sacrae eruditioni operam dare ^aut apud Orientales sacrum ministerium obire voluissent. Summa igitur laus doctissimis illis viris est tribuenda, qui quatuor ferme annos sedulo in eo elaborarunt ut novensiles Instituti alumnos orientalibus disciplinis imbuerent.

Illud tamen eiusdem peropportuni Instituti incrementis non leve incommodum obstabat, quod etsi Vaticanis aedibus erat propius, longius tamen ab ea Urbis parte distabat, quae maxime incolitur. Quamobrem, quod Benedictus XV faciendum cogitarat, Nos quidem inde ab inito Pontificatu ad effectum deducere volentes, Institutum Orientale in Biblici Instituti aedes, quippe studiis atque propositis maxime cognati, transferendum decrevimus, distinctum tamen, eaque mente, ut, simul ac res ferret, sede sua peculiari donaremus. Porro praecaventes ne unquam virorum copia in posterum deesset qui orientalibus disciplinis tradendis pares essent, idque facilius rati Nos esse assecuturos si unam Religiosorum familiam tantae rei gerendae praeficeremus, Nostris Ipsi litteris,[3] die xiv Septembris anno MCMXXII datis, Praeposito Generali Societatis Iesu praecepimus ut, pro amore suo debitaque Sanctae Sedi Christique Vicario obedientia, difficultatibus quibuslibet superatis, omnem Instituti administrationem susciperet hisce legibus: ut, eiusdem Instituti magisterio supremo Nobis ipsis Nostrisque- successoribus avocato, Praepositi

[1] **Benedictus** PP. XV, **Motu proprio** ***Orientis catholici,*** **xv Octobris** MDCCCCXVII \ *Acta Ap. Sedis,*- IX (1917), **n.** 11, **pp.** 531-533].

[2] **Benedictus** PP. XV, **Litterae Apostolicae** ***Quod Nobis,*** **xxv Septembris** MDCCCCXX *[Acta Ap. Sedis,* XII (1920), **n.** 11, **pp.** 440-441].

[3] *Decessor Noster [Acta Ap. Sedis,* XIV (1922), **n.** 15, **pp.** 545-5461-

Generalis Societatis Iesu esset, viros ad Instituti.munera, difficillima sane, idoneos comparare, sive Praesidis sive doctorum; utque perpetuo, cum per se ipse tum per Praesidem, Nobismet Nostrisque successoribus approbandos proponeret quos ad varias Instituti disciplinas tradendas deligere censuisset, eaque demum omnia referret quae ad eiusdem Instituti vitam tutandam atque incrementa fovenda conducere viderentur.

Iamvero, sexto mox anno elapso, cum haec decernere, nec sine quodam divino instinctu, placuit, licet Nobis gratias Deo maximas agere quod Nostris laboribus messis iam laetissima arriserit. Alumnorum enim auditorumque, quamquam - ut fert natura ipsa Instituti - numerus ingens nec fuerit nec sit futurus, non adeo tamen exiguus exstitit, ut non summopere delectemur, quod iam valida hominum manus in dies succrescens ex umbratili hac palaestra mox in apertum campum sit proditura, doctrinae pietatisque praesidiis instructa quibus Orientalium commodis non parum profutura videatur.

Atque hoc loco, Ordinarios, sive Episcopos sive familiarum religiosarum Moderatores vehementer dilaudantes, qui,, optatis Nostris ultro obsecuti, ex amplissima gentium regionumque diversitate, ex Oriente atque Occidente, sacerdotes aliquot suos orientalibus disciplinis imbuendos in urbem miserunt; atque hortantes praeterea reliquorum coetuum Antistites, qui per orbem latius propagantur, ut, tantum exemplum secuti, alumnos, quos ad huiusmodi studia noverint aptiores atque propensiores, ad hoc Nostrum Institutum Orientale mittere erudiendos ne negligant, liceat, Venerabiles Fratres, in mentem vobis revocare quae fusius Litteris Encyclicis « Mortalium animos » nuper disséminais. Quis enim iam possit ignorare quam frequentes misceantur sermones de certa quadam unitate, a mente Christi; Ecclesiae Conditoris, prorsus aliena, christianos inter omnes procuranda? vel cui non sunt auditae disceptationes quae in plurimis Europae praesertim et Americae partibus passim exagitantur, eaeque gravissimi momenti, cum de Orientalium coetibus vel cum Romana Ecclesia consentientibus vel ab eadem etiamnum dissidentibus inquiritur? At vero, si nostrorum Seminariorum alumni,

quod certe laetandum, qua sunt de Novatorum erroribus toto studiorum curriculo doctrina imbuti, facile quidem illorum argumentationes captiosas et discernunt et dissolvunt; verum iidem, plerumque, non ea doctrina sunt instructi qua certam, in quaestionibus de Orientalium rebus moribusque, ac de legitimis eorumdem ritibus, in catholica unitate tam sancte retinendis, sententiam ferre possint, cum gravissima id genus argumenta peculiare quoddam idemque accuratissimum studium expostulent.

Quare, cum nihil omnino negligendum sit quod ad optatissimam tam conspicuae dominici gregis partis unitatem cum vera Christi Ecclesia restaurandam conferre videatur, vel ad maiorem caritatem erga illos fovendam, qui, ritibus diversi, Eomanae Ecclesiae Christique Vicario mentibus animisque intime adhaerent, vehementer vos, Venerabiles Fratres, obsecramus ut singuli unum aliquem saltem e sacerdotibus vestris deligendum curetis, qui, orientalibus disciplinis probe eruditus, easdem Seminarii alumnis opportune tradere sit paratus. Equidem non ignoramus Universitatum Catholicarum esse peculiarem quandam de rebus orientalibus facultatem, quam vocant, instituere; cui quidem officio, Nobis ipsis auctoribus atque adiutoribus, Parisiis, Lovanii, Insulis, satisfieri iam coeptum esse ex animo gratulamur: quemadmodum in nonnullis aliis theologicorum studiorum sedibus, gaudemus, ipsorum etiam rerum publicarum moderatorum sumptibus, nec sine sacrorum Antistitum consensu hortatuque, recens instituta fuisse orientalium huiusmodi magisteria disciplinarum. Verum, haud ita difficile sit in singulis theologicis Seminariis unum aliquem haberi doctorem, qui una cum disciplina vel historica vel liturgica vel iuris canonici, nonnulla de rebus orientalibus saltem elementa tradere valeat. Atque ita alumnorum mentibus animisque ad Orientalium doctrinas ritusque conversis, non tenue emolumentum capiatur necesse est; neque id solum in Orientalium commodum, at ipsorum alumnorum, quos par est et uberiorem exinde catholicae theologiae latinaeque disciplinae cognitionem haurire et vehementiorem erga veram Christi Sponsam amorem animis concipere, cuius

miram pulchritudinem, et in ipsa rituum varietate unitatem, splendidiore quodam modo effulgentem conspexerint.

Cum autem omnia eiusmodi commoda, quae in rem christianam ab ea, quam descripsimus, iuniorum institutione proficiscerentur, animo reputavissemus, Nostri muneris esse duximus nullis unquam parcere laboribus ut Orientalis Instituti a Nobis confirmati vitam, non modo tutissimam, sed etiam, quoad fieri posset, novis in dies incrementis florentissimam praestaremus. Quare cum primum Nobis licuit, propriam illi sedem ad S. Mariae Maioris in Exquiliis attributam voluimus, eam inprimis pecuniae vim in Antoniana domo redimenda novoque muneri aptanda collocantes, quae ex liberalitate munifici Antistitis, vita haud ita pridem functi, et pii cuiusdam viri e Foederatis Americae Civitatibus Nobis ob venerat : quibus propterea amplissimam caelestium praemiorum remunerationem cupimus ac precamur. Neque illud silentio praetereundum, quod ex Hispania Nobis suppeditatum est unde ampliorem atque honestiorem in nova ipsius Instituti sede bibliothecam adornaremus. Qua liberalitate in exemplum dilaudata, cum ex usu experientiaque tot annorum, quos in Bibliothecis Ambrosiana et Vaticana regendis traduximus, optime percipiamus quanti momenti sit novam hanc bibliothecam instrumentis exornare quibus cum doctores tum alumni commode orientalium rerum notitias quasi ex quibusdam, abditis iis quidem ignotisque interdum, verum ditissimis venis haurire et in publicam utilitatem possint derivare, Nos, nullis perterriti difficultatibus, quas nec paucas nec leves futuras praesentimus, toti erimus in iis omnibus, quae Orientis regiones, mores, linguas, ritus attingant, comparandis; gratissimi si qui, pro sua erga Christi Vicarium pietate, tantae rei conficiendae, sive stipe conferenda, sive libris, codicibus, tabulis, aliisque id genus Orientis christiani monumentis vestigiisque suppeditandis, opem auxiliumque Nobis pro viribus contulerint. .

Atque exinde confidimus futurum, ut nationes orientales, cum tot maiorum suorum pietatis, doctrinae, artium, luculentissima monumenta suis -ipsae oculis conspexerint, re ipsa edoceantur quanto in honore vera, perennis, legitima « orthodoxia » a Eomana

Ecclesia habeatur, quantaque religione conservetur, defendatur, propagetur. Quibus omnibus tamquam validissimis argumentis, ut sperare aequum est, perculsi, maxime si mutuo studiorum commercio caritatis christianae momentum accesserit, quidni Orientalium plerique, avitas repetendo glorias praeiudicatasque opiniones deponendo, ad optatissimam gestiant redire unitatem, quae non manca quadam, sed - ut genuinos Christi cultores decet in uno ovili sub uno Pastore consolandos - integra atque aperta fidei professione fulciatur?

. Quae laetissima dies ut tandem orbi christiano affulgeat, desideriis effusisque a Deo precibus postulamus. Interea iuverit fortasse, Venerabiles Fratres, vel breviter indicare qua ratione in praesenti Institutum Nostrum Orientale industriam laboremque suum, Nobiscum conspirando, tanto exsequendo operi adhibeat. Duo enim sunt genera studiorum quibus doctorum navitas absolvitur; alterum quod inter domesticos cancellos^ veluti continetur, alterum quod in publicum prodit, editis Orientis christiani documentis, aut inexploratis adhuc aut temporum iniuria oblitteratis.

Iamvero, in ipsa iuniorum institutione praeter dogmaticam dissidentium theologiam, Patrum orientalium explanationem, rerumque item omnium quae sive ad orientalia studia ratione et via aggredienda sive ad historiam, liturgiam, archaeologiam ceterasque sacras disciplinas, variasque earum nationum linguas, pertinent, illud prae ceteris libentissime commemoramus, byzantinis institutionibus islámicas etiam - quod in romanis Athenaeis ad haec usque tempora-fuerat forte inauditum-Nos tandem adiicere potuisse. Quae enim fuit divinae Providentiae bonitas singularis, huiusce disciplinae sane perutilis tradendae virum praefecimus, qui natione Turca ortus, post diuturna studia, divino Numine adspirante, catholicam religionem professus ac sacerdotali dignitate auctus, aptissimus visus est qui alumnos, quotquot apud suos populares sacro ministerio erunt perfuncturi, rationem doceat, qua sive cum rudioribus hominibus sive cum viris exquisitiore doctrina expolitis, unius individuique Dei legisque evangelicae causa feliciter sit agenda.

Nec minoris momenti sunt ad catholicum nomen propagandum legitimamque unitatem inter christifideles procurandam quae Instituti Orientalis opera atque industria in publicum evulgantur. Quae enim volumina. « Orientalia Christiana » inscripta' - pleraque quidem ab ipsis Instituti doctoribus, nonnulla ab aliis quoque rerum orientalium peritissimus viris, eiusdem consilio Instituti elucubrata - iam paucis hisce annis sunt edita, ea vel explanant quae huius illiusve gentis veteres hodiernasve conditiones, nostratibus plerumque ignotas, attingunt; vel religiosam Orientis historiam, ex abolitis hucusque documentis expressam, nova -luce collustrant. Eadem praeterea cum orientalium monachorum et ipsorum Patriarcharum cum hac Apostolica Sede necessitudines enarrent Romanorumque Pontificum sollicitudinem in eorum iuribus bonisque tutandis; tum theologicas dissidentium sententias de Sacramentis deque ipsa Ecclesia cum catholica veritate conferunt et componunt; tum etiam orientales codices illustrant et declarant. Denique, ne enumerando longius progrediamur, nihil est quod ad sacras disciplinas spectet, aut aliquam cum Orientalium cultu cognationem prae se ferat - qualia, exempli causa, sunt graeca vestigia in Italia inferiore asservata - quod diligentissimis eorum virorum studiis alienum videatur.

Quae cum ita sint, cuius animus tantam laborum molem, in Orientalium commodum potissimum susceptorum, contemplata, firmissima spe non erigatur, fore ut benignissimus hominum Redemptor Christus Iesus, tot hominum lugendum casum miseratus, longe a recto tramite dudum aberrantium, Nostrasque inceptis obsecundans, oves tandem suas in unum ovile ab uno Pastore moderandas reducat? Praesertim cum apud illos populos tanta divinae Revelationis pars religiosissime asservata sit; et sincerum Christi Domini obsequium et in eius Matrem intemeratam amor pietasque singularis, et ipsorum Sacramentorum usus vigeat. Quare, cum ad opus humanae Reparationis perficiendum Deus, pro sua benignitate, hominibus, sacerdotibus praesertim, administris uti statuerit, quid restat, Venerabiles Fratres, nisi ut vos iterato, quam possumus vehementissime, compellemus atque

obsecramus ut una Nobiscum, non modo mentibus" animisque consentiatis, sed etiam operam vestram et laborem conferatis quo citius dies illucescat optatissimus, quo Graecorum, Slavorum, Eumenorum aliarumque orientalium nationum non paucos solum, sed plerosque filios hucusque disiunctas ad pristinam cum Eómana Ecclesia consuetudinem restituta s salutabimus? Meditantibus autem Nobis quae tantae laetitiae maturandae, Deo iuvante, inceperimus simusque perfecturi, videmur cum illo Nos patrefamilias posse comparari quem Christus Dominus ad coenam invitat o s rogantem inducit *ut venirent: quia iam parata sunt omnia* (Luc. XIV, 17). Quae verba in nostram rem derivantes, vehementer vos, Venerabiles Fratres, cum universos tum singulos cohortamur, ut. orientalium rerum studia omni ope provehentes, Nobiscum animi vires ad tantum perficiendum opus intendatis. Atque ita, omnibus demum optatissimae unitatis impedimentis amotis, Beata Virgine Deipara Immaculata sanctissimisque illis Orientis atque Occidentis Patribus Doctoribusque auspicibus, fratres filiosque tamdiu a nobis dissidentes reduces aliquando in domum paternam complectamur, ea caritate arctissime coniunctos, quae veritate plenaque christianae legis professione tamquam solidissimo fundamento innitatur.

Quibus ut Nostris inceptis felicissimus arrideat exitus eventusque, caelestium munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, Venerabiles Fratres et gregi vestris curis concredito apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Septembris, in festo Nativitatis B. M. V., anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

# EPISTOLAE

## I

AD S. P. IOANNEM M. CHABERT, SOCIETATIS LUGDUNENSIS MISSIONIBUS AFRICAE PROVEHENDIS GENERALEM MODERATOREM: DE LAUDIBUS MISSIONALIUM VIRORUM MELCHIORIS MARION DE BRÉSILLAC ET AUGUSTINI PLANQUE, SODALITATIS CONDITORUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. — Memoriam proxime apud vos celebratum iri clarissimorum virorum Melchioris Marion de Brasiliae et Augustini Planque, quod alterius, vestri quidem legiferi patris, exuviae Lugdunum ex Africa translatae sint, alterius autem, qui operam tam impensam in societate ista augenda navavit, centesimus sit dudum expletus natalis dies, libenti plane animo Nos didicimus. Siquidem utrumque de religiosa civilique re optime admodum meruisse liquet. Postquam enim ardens ille Evangelii praeco, Marion de Brasiliae, multa quidem atque egregia gesserai, donec praesertim, episcopatus honore deinde auctus, vicariatum rexit Coimbaturensem, consilio plane obsequens Apostolicae Sedis, hoc pacto Societatem vestram constituit ut in aliquam unam ex inexploratis tum Africae regionibus christianum nomen inferret. Atque mirum est quantam gratiarum ubertatem suo ipsius immaturo obitu is missionalium familiae recens conditae a remuneratore Deo conciliant. Etenim cum, vicariatum Sierrae Leonis moderandum vix suscipiens, pestilentia una cum sociis occubuisset, Augustinus Planque, animose vestigia eius premens, nimium quantum contulit ad societatis vestrae incrementum. Hoc auctore, non modo, fecunditate quadam caelesti, missionales alumni et alumnae deinceps in immensum crevere, sed etiam alii Africae vicariatus eorum studio commissi sunt, quos inter vicariatus de Dahomey, regio ob incolarum immanitatem periculosissima, quam quidem ad christianam legem traducere, Pater legifer imprimis optaverat. Merito igitur Augustinus Planque apud vos alter Societatis conditor habetur, ideoque dignissimus quem una cum Melchiore Marion de Brasiliae sollemniter vos Lugduni, iu ipsa scilicet Societatis sede, commemoratis. Quapropter sunlite animos ex hac recordatione quotquot estis instituti istius sodales; illud saepissime considerantes nihil esse sanctius in terris neve praestabilius quam Christi regnum, animarum salutem procurando, longe lateque amplificare. Nos vero id ominantes ut, auspice Virgine Matre, vastissimus sollertiae vestrae

campus laetis fructibus cotidie magis abundet et opportuna auxilia a Deo precati, in bonum auspicium itemque in paternae benevolentiae Nostrae signum, tibi, dilecte fili, iisque omnibus qui ad Societatem pertinent, apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VIII mensis Martii anno MDCCCCXXVIH, Pontificatus Nostri septinio.

PIUS PP. XI

## II

AD EMUM P. D. ALBXIUM, TIT. S. CALLISTI S. R. E. PRESB. CARD. ASCALESI, ARCHIEPISCOPUM NEAPOLITANUM: DE CONVENTU CATECHISTICO IN CAMPANA REGIONE CELEBRANDO.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum tam multi feliciter hac aetate per catholicum orbe_ conventus agantur omne genus ut quae ad religionem pertinent, consociatis bonorum viribus, incrementa capiant, tum libentes Nos abs te didicimus congressum propediem celebratum iri in ista honoris tui sede amplissima, hoc quidem pacto ut Episcopi ex Campana Regione, una simul cum clero lectisque de populo viris, catechismi studium impensius provehere, collatis consiliis, délibèrent. Sanctum profecto, immo necessarium est aetern aram rerum cognitionem in dies latius pervulgare. Eequid enim magis a.d animarum salutem atque, ad cultiorem vitae usum conducere potest quam, christiana sapientia, qua quidem omnia in Salvatore Deo instaurata sunt quaeque, veritatis et iustitiae principia tuendo, ad prosperitatem veri nominis fideles populos evehit? Ac recte vos id praecipue in variis coetibus illustrabitis, oportere scilicet non modo pueros sed etiam adultos catechismo imbui: incredibili» enim est, in praesens maxime, in ipsis omnis ordinis et aetatis fidelibus christianae doctrinae ignorantia. Itaque cum de re agatur momenti tam gravis, omnes admodum, tum clerici tum laici, ut hortatur Tridentina Synodus, catechismum vulgare debent, ne, in tanto omnium rerum studio atque investigatione, una religionis scientia, quae est omnium prestantissima, negligatur. Quod autem scribis, dilecte fili Noster, valde istic in exspectatione conventus commoveri omnium animos ac sollemnia sacra indici ut optati percipiantur fructus, laetamur equidem valdeque actuosam laudamus sollertiam eorum omnium qui rei apparandae dant

operam. Interea, id fore confisi ut clerus populusque, sacrorum Antistitum curis respondens, quae ab ipsis scita fuerint in usum diligenter deducant, in divinorum munerum auspicium itemque in paternae benevolentiae Nostrae signum, apostolicam benedictionem tibi, dilecte fili Noster, singulis Campaniae Episcopis iisque omnibus qui coetibus intererunt effuso animo impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die x mensis Aprilis anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

## in

AD EMUM P. D. DIONYSIUM TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI S. R. E. PRESB. CARDINALEM DOUGHERTY ARCHIEPISCOPUM PHILADELPHIENSEM, XXV EPISCOPATUS ANNUM EXPLETURUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Equidem nihil magis optamus quam ut eos viros merita honestenîus laude qui praeclara sane sollertia studioque in sacris obeundis muneribus enituerint: quos inter cum te ipsum esse "existimemus, idcirco iucunde sane accepimus annum mox feliciter expletum iri quintum et vicesimum ex quo tu episcopali honore auctus es. Etenim in quattuor dioecesibus, quas deinceps regendas suscepisti, praecellenti quidem virtutum exemplo magis quam auctoritate tuo clero populoque praeire solitus es; cumque magna praestes animi fortitudine in difficultatibus evincendas, in refellencus erroribus, in usque omnibus excitandis quae ad rehgionis incrementa pertineant, verissime dici potest optimi te semper pastoris partes obiisse. Sed quod praecipue laudi tuae ducitur, singularis illa tua est erga Christi Vicarium voluntas propensissima, qua non modo pontificiis normis parere, quod quidem sollemne est officium sacrorum Antistitum, sed etiam optata eiusdem tanh quam iussa sacra habere consuevisti. Itaque fit ut summae tibi semper sit curae Pastorum Principi opem ferre, caritatem istius gentis actuosissimam fovendo ad christianum nomen propagandum, ad calamitates populorum leniendas, ad Apostolicam Sedem in necessitatibus opportune iuvandam. Neque iu tam multiplici operum varietate studium omittis rite adulescentem clerum instituendi ut is, a pietate et a doctrina omni numero instructus, par sit temporibus-praeclaro que suo munere dignus. Quod quidem studium

illud quoque in praesens testatur *Seminarium Parvum,* abs te recens conditum; laetoque sane animo comperimus magnificentissimum hoc aedificium a Delegato Nostro apostolico die ipso dedicatum iri quo tu faustum episcopatus tui eventum celebrabis. Nos vero, tam immènso terrarum marisque spatio disiuncti, spiritu quidem huiusmodi celebrationi aderimus, cum ipse, tuorum corona stipatus, precibus fervidisque votis te prosequentiunl, publice sollemnissimoque ritu sacris operaberis. Atque ad omnia haec vota Nostra etiam perlibenter addimus, id nominatim a Deo implorantes ut te, animi quidem; corporisque viribus valentem, quam diutissime servet novasque tibi in dies meritorum accessiones largiatur. Interea, ad laetabilis rei splendorem fructuiüque augendum, tibi damus ut benedictionem nomine Nostro adstantibus impertías, plenam eisdem admissorum veniam proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Caelestium autem donorum praenuntia peculiarisque benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, et clero populoque vigilantiae tuae credito, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die **xn** mensis Maii anno **MDOCCOXxviii,** Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

## IV

AD EMUM P. D. ANDREAM TIT. S. LAURENTII IN DAMASO PRESB. CARD. FRÜHWIRTH S. R. E. CANCELLARIUM, OB NATALEM SEXAGESIMUM SACERDOTII EIUS.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Singulares quidem grates Nos tecum Deo agimus, quod benigne non modo tuae vitae cursum adeo produxit ut mox, in festo nempe Apostolorum Principum, natalem sacerdotii tui sexagesimum celebraturus sis, sed etiam virtutem tuam ita iuvit, ut, tam diuturno annorum spatio, multa sane atque praeclara gesseris ad Ecclesiae sanctae utilitatem. Etenim, cum adulescens inclytum Praedicatorum Ordinem amplexus esses, sacris deinde initiatus, tantopere pietatis, doctrinae disciplinaeque regularis studio in exemplum praefulsisti ut variis deinceps praecipuisque provinciae tuae muneribus magna cum laude fructuque perfunctus sis. Praeterea, peculiari quodam consilii dono praeditus negotiorumque dexteritate, cum ex omni civium ordine viris consiharius fueris, tum rem catholicam in sociali campo pro-

vehendani difficultatesque omne genus in Dominicianae familiae bonum solvendas curavisti. Ac praeclara exstant sollertiae tuae monumenta: sacra aedes scilicet S. Nicolai, munifice abs te Frisaci instaurata, et. duae religiosae domus, altera tuis sodalibus, altera vero Dominicianis sororibus exstructae. Sed tum clarius tua virtus eluxit cum Magister generalis in Lugdunensi capitulo renuntiatus es. Namque, ut nonnulla tantum attingamus, magnae tibi curae fuit praecipua Italiae coenobia invisere, sanctimoniam et studia in Ordine universo, provehere, curare denique ut qui ohm in Ordine insigni virtutum omnium laude floruerunt, eis Beatorum Sanctorunive honores decernerentur. Nec minus, suavissimis ad rem datis -litteris, tuos inter praedicationem divini verbi promovere, eos ipsos ad virtutis apicem hortari et sodales e Gallia, tot aerumnis oppressos, quoquo pacto solari studuisti. Praeterire autem nolumus auctorem te quidem fuisse ut *Acta Capitulorum Generalium* itemque *Analecta Ordinis Praedicatorum* proferrentur in lucem, ac bibliotheca privata in usum editorum operum S. Thomae constitueretur. Haud igitur mirari licet si tam egregiis animi ornamentis tantaque alacritate praecellens, ipse deinde a Christi Vicario electus sis qui Nuntii Apostolici munus in Bavaria gereres ac tandem in amplissimum Purpuratorum Patrum collegium cooptareris. Ex his manifesto patet quantum tibi providentissimus Deus faverit; qui enim adulescens, ob valetudinis infirmitatem, vix potueras religiosam vitam ferre, nunc non modo provecta aetate flores, sed etiam cotidiano labori vacare non desinis; ut illud Psalmistae de te verissime dici queat: *plantatus...* a *pueritia in domo Domini,* flores *in atriis domus Dei nostri et adhuc in senecta uberi .multiplicantur opera* tua *et bene patiens inventus es.* Macte animo igitur, dilecte fili Noster, ac fruare, tuis omnibus prudentibus, eventus tam fausti laetitia. Nos autem qui te, uti nosti, habemus carissimum, communibus omnium votis id Nostrum imprimis addimus, ut diutius te Deus bene valentem sospitare velit et quasi in terris praecipere futurae gaudia remunerationis. Interea, quo augustior laetabilis rei celebratio fiat, itemque in fructum cedat animarum, libentes tibi damus ut sollemni die, re sacra peracta, adstantibus nomine Nostro benedicas, plenam admissorum yeniam eisdem proponens, usitatis videlicet Ecclesiae condicionibus lucrandam. Atque caelestium praenuntia munerum peculiarisque benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam tibi, dilecte fili Noster, effuso animo impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxiv mensis Iunii, in Nativitate S. Ioannis Baptistae, anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

AD RE. PP. DD. ERNESTUM M. PIOVELLA, ARCHIEPISCOPUM CALARITANUM, CLETUM CASSANI, ARCHIEPISCOPUM TURRITANUM, GEORGIUM DEL RIO ARCHIEPISCOPUM ARBOREÑSEM CETEROSQUE EPISCOPOS SARDINIAE: AD LITTERAS RESPONDET E COMMUNI CONVENTU DATAS.

PIUS PP. XI

. Venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Cum in Seminario Maiore, quod clericis e tota insula ad sacras disciplinas instituendis exstrui apud Kularim iussimus canoniceque ereximus, ad episcopales coetus paulo ante habendos sedem invenissetis percommodam, litteras inde observantiae plenas ad Nos communiter dedistis, non modo ut - suadente ipso conspectu usuque aedium - Me allato dioecesibus vestris beneficio gratias Nobis iterum iterumque ageretis, sed etiam de rebus in eo conventu actis i|os presse breviterque edoceretis. Placet quidem vobis rescribere, ut utrumque officium gratulando probemus: alterum, quia ex. gratae vestrae testificatione voluntatis sumimus unde providentis Dei benignitatem denuo laudemus, qui dedit ut tale Sardiniae Ecclesiis beneficium conferrenlus; alterum, quia communi omnium Patri fieri non potest quin accidat periucundum quicquid sui in episcopatu fratres in gregis salutem reique catholicae incrementum suscipiunt ac perficiunt. Laetamur enim, saluberrima vos consilia, quaesitis ante per spiritualem aliquot dierum secessum divinae sapientiae luminibus, disceptando iniisse: scilicet quo pacto iuventutem ad pietatem vitaeque sanctimoniam conformetis, morumque integritatem in populo tueamini; quid vobis experiundum, ut illi, quae, quasi quaedam contagio, tam late diffunditur, muliebris cultus procacitati obsistatis; quibus praeterea artibus in actione catholica apud vos provehenda elaboretis. Quae vero de domorum paroecialium, quae sumptu Nostro exaedificatae sunt, incolumitate tuenda, quae de non promiscuo earum usu decrevistis, scitote ea Nobis perplacuisse. Iam nihil reliquum, nisi ut consilia, quae communi consensu cepistis, ad effectum sollerter naviterque deducatis: quod ut facilius eveniat, adiuvet apostolica benedictio, quam, caelestium munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, vobis, venerabiles fratres, et clero ac populo cuiusque vestrum universo peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die iv mensis Augusti anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI .

# VI

AD EMUM P. D. IOSEPHUM ERNESTUM TIT. S. M. IN ARACAELI S. R. E. PRESB. CARD. VAN ROEY, ARCHIEPISCOPUM MECHLINIENSIUM, DE CONVENTU CONSOCIATIONIS IUVENILIS PRO ACTIONE CATHOLICA, ANTUERPIAE HABENDO.

## PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. —- Cum ex epistula a Nobis data ad Praesidem conventus, quem, catholica Belgicae iuventus superiore anno Leodii habuit, iuvenes Belgae linguae flandrensis comperissent probeque intellexissent quid Nos de coniunctione animorum instauranda in rei catholicae incrementum optaremus, magna equidem cum iucunditate vidimus, perlibentes eos frequentissimosque in Consociationem ingredi properasse a te, dilecte fili Noster, haud ita pridem optimo consilio conditam, in qua sibi liceret, sepositis causis animum avocantibus ac discidia foventibus, Actioni catholicae dedere se totos. At multo hodie magis idcirco delectamur, quia, quae, brevi hoc temporis intervallo, iecisti semina, ea in iuvenes tam bene dispositos animatosque cecidere, ut uberes sane fructus, exspectatione citius, ediderint. Consociatio enim ista, *Jongverbond voor KatholieJce ÁcJctie* vulgo nuncupata, cuius propria ex Lege perspecta illa tua, dilecte fili Noster, sapientia ac pastoralis sollicitudo alte eminet, paucis tantummodo ab ortu suo mensibus elapsis, in eo est ut Antuerpiam - in urbem vetustate, portus pulchritudine et mercaturae copia mirabilem - conveniat, eamque de se spem commovet, fore ut primo isti conventui, ob frequentiam studiosamque coeuntium iuvenum voluntatem, laetissimos exitus arrideat. Qui quidem carissimorum Nobis iuvenum conventus, quam frugifer futurus sit ita animo prospicimus, ut, in tantis quibus angimur aerumnis, quod tale Nobis solacium comparare velit, Deo benignissimo grati admodum simus: ex:Nostro autem gaudio quae quantaque vos omnes Belgarum Episcopos iam nunc delectatio afficiat, sitque deinceps cumulatura, facile coniicimus. Carissimorum Nobis iuvenum, inquimus: quibus summopere gratulamur, quod in Pastoribus suis ipsos ad sancta causae catholicae certamina appellantibus Iesu Christi Vicarium divinumque Ecclesiae Conditorem appellantem sic agnovere, ut generositate parére nobihssima properarint. Quamquam nihil profecto erat, quod Nobis polliceri non possemus ab dilectis Elandriae catholicae filiis, qui quam acriter fidem avitamque religionem retineant, quam reverenti Nos et Apostolicam Sedem studio prosequantur, quam arcte constanterque cum Praesulibus suis cohaereant, habemus exploratissimum. Est igitur, quare multiplices maximaeque obveniant Ecclesiis vestris utilitates ex animosa ista iuvenum

cohorte, qui veteranis actionis Catholicae militibus veluti succrescunt in praesens atque adiiciuntur: Actionis scilicet illius, quam inde ab inito Pontificatu, ut continenter in oculis tulimus., sic numquam commendare desivimus. Quo in genere utinam iuvenes Antuerpianl coituri habeant sibi persuasum, singulari prorsus Dei gratia se ad eiusmodi munus vocari ac deligi, quod a sacerdotali munere haud longius abest, cum Actio Catholica nihil demum sit aliud, nisi christifidelium apostolatus, qui, ducibus Episcopis, adiutricem Ecclesiae operam praestat et pastorale eius ministerium quodammodo complet. Quoniam vero, quotquot Actionem Catholicam participant ac provehunt, hoc, nisi orando, laborando, se ipsos devovendo, non faciunt, liquido patet, eos uno illo dumtaxat studio duci ac ferri - quo quidem studio nullum nobilius reperias - parandi Domino aditus in hominum animos et dominici regni cotidie latius proferendi, scilicet, ut uno verbo dicamus, instaurandi omnia rür Christo!. Verumtamen ii ipsi meminerint oportet, actionem suam non tam maneant ac debilem quam omnino sterilem fore, nisi, quemadmodum decet apostolicos civos, caritate in fratres ac proximos, nullo discrimine, inflammentur atque ardeant. Quae quidem caritatis flamma - cum eas, quae aliis cum aliis ex ingenii, officiorum, stirpis morumque varietate intercedant, asperitates mulcere ac temperare, difficultates auferre una possit - nonne item poterit sternere sensim ac gradatim viam quaestionibus vel gravissimis, ad aequitatis iustitiaeque leges, ad catholica principia, dirimendis, quae ad Civitatis societatisve humanae bonum pertineant'? Interea non dubitamus, quin iuvenes Flandrenses, Consociationis, quam memoravimus, sodales, communem Nostram ac vestram, adeoque Ecclesiae Dei, spem exspectationem que expleant omnem; ac non explere non possunt, si, liberis vacuisque ab omni alia sollicitudine animis, apostolatum suscipiant ad quem a Domino vocantur, et nullo non tempore Apostolicae Sedi, Episcopis suis eorumve delegatis obedientiam pietatem que, filiis studiosissimis dignam, exhibeant. Bene igitur veniat prima ista iuventutis e Flandria congressio, quam cupimus optamusque ut satis multae - alia ex alia fructuosior - sequantur, quibus ipsemet, dilecte fili Noster, quam diutissime sospes, praesideas. Atque ut inceptum recte utiliterque procedat, adiuvet apostolica benedictio, quam, caelestium munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, venerabilibus fratribus Belgarum Episcopis et iis universis, qui Antuerpiam ad coetus celebrandos convenient, peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xv mensis Augusti, in festo Assumptionis B. Mariae Virginis, anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

# ACTA BENEDICTI XV, P. M.

## CONSTITUTIO APOSTOLICA *

### GUATIMALENSIS •

DISMEMBRATIONIS ET ERECTIONIS NOVAE DIOECESIS ALTENSIS ET VICARIATUS APOSTOLICI DE VERAPAZ ET PETEN.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Suprema, quam gerimus, Dominici gregis cura onus Nobis imponit ovium regimen eo modo inter singulos dividendi pastores, id est Episcopos aliosque locorum Ordinarios, ut ecclesiastica orbis catholici distributio variis temporum rerumque necessitatibus apte respondeat. Quum itaque Guatimalensis archidioecesis et incolarum frequentia animarum numerum excedat, quem uni Antistiti committi potest, et territorii extensione latissime pateat, iamdiu ab hac Apostolica Sede expostulatur)! fuit, ut archidioecesis ipsa in partes divideretur et novae erigerentur dioeceses. Nos autem, omnibus sedulo attenteque perpensis, ac probe, intelligentes ex aucto pastorum numero spirituali Dominici gregis bono satius commodius que consultum iri, ad dismembrationem eiusdem archidioecesis, quae modo suo pastore destituta est, deveniendum esse duximus. Quare, praehabitis ad rem necessariis, suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse praesumant consensu, Apostolicae potestatis plenitudine, quae sequuntur statuimus:

In primis universum territorium ad hanc Guatimalensem archidioecesim pertinens in tres partes dividimus: in quarum prima, quae complectitur provincias civiles vulgo *Guatemala, Amatitlán, Escuintla, GMmaltenango, Sacatepéquez, Mazatenango, Suchitepequez, Santa Rosa, Jalapa, Jutiapa, Chiquimula, Zaeapa et Izabal* ipsam archidioecesim Guatimalensem circum -

*** Publicata die 3 Augusti currentis anni 1928.**

scribimus et coaretamus, eidem servatis iuribus, privilegiis ac honoribus, quibus usque adhuc usa est.

In parte vero occidentali *Los Altos* nuncupata, quae complectitur provincias civiles vulgo *Quezaltenango, San Mareos, ILuéhuetenango, Totonicapam, Quiche, Solóla,* novam dioecesim *Altensem* nuncupandam, erigimus ereetamque declaramus.

In parte denique septentrionali, quae constat ex provinciis civilibus *Alta Verapaz, Baja Verapaz* et *Peten,* vicariatum apostolicum, *de Verapaz et Peten* appellandum, pariter erigimus.

Novae dioecesis Altensis sedem et cathedram episcopalem constituimus in urbe vulgo *Quezaltenango* nuncupata atque ibi exstantem ecclesiam paroecialem principem, sub eadem invocatione eodemque titulo, ad cathedralis honorem et gradum evehimus, parochialitatis iure sarto tectoque eidem servato; atque ipsi ecclesiae, eiusque pr->p tempore Episcopis tribuimus honores, gratias, privilegia aliaque iura, quibus ceterae cathedrales ecclesiae earumque Antistites iure communi, vel legitima consuetudine, fruuntur et gaudent. Quod vero attinet ad huius cathedralis ecclesiae regimen et administrationem, ad institutionem Capituli, seu Consultorum collegii et Seminarii dioecesani, ad ipsius Episcopi potestatem, auctoritatem, attributiones, officia et iura, ad Vicarii capitularis, seu ad dioecesis.sede vacante Administratoris electionem, ad clericorum ac fidelium iura et onera, aliaque id genus, servanda iubemus quae hac in re sacri canones statuunt et praescribunt. Ut autem huius dioecesis Praesul tum suae dignitatis decori, tum cleri sustentationi aliisque necessitatibus consulat, in dotem eiusdem cathedralis Ecclesiae constituimus omnes reditus, qui proveniunt ex iure cathedratico, ex suetis taxis circa Sacramentorum administrationem et ex voluntariis oblationibus fidelium. Spem praeterea fovemus, fideles, in quorum bonum nova dioecesis erecta est, proprio Episcopo, ipsa civili auctoritate praeeunte, necessaria subsidia suppeditaturos.

Insuper decernimus ut tum dioecesis Altensis, tum vicariatus apostolicus de Verapaz et Peten suffraganei sint metropolitanae Ecclesiae Guatimalensis, in omnibus ad tramitem iuris communis. Vicariatum vero, prout de iure ac de more, iurisdictioni subiicimus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide.

Ad consulendum autem rectae administrationi novae dioecesis et vicariatus apostolici, mandamus ut omnia documenta et acta, novam dioecesim et vicariatum eorumque clericos ac fideles respicientia, ubi primum fieri poterit, a cancellaria Curiae Guatimalensis respective tradantur Curiae novae dioecesis Altensis et vicariatus apostolici de Verapaz et Petén, ut ibi religiose serventur. Iubemus denique ut, sicut a ceteris Americae Latinae

dioecesibus, ita etiam ab Alterisi duo saltem delecti iuvenes in Collegium Pium Latinum AmericanumTde Urbe non intermissa vice mittantur, eiusdem dioecesis sumptibus alendi. Quo vero stabilius et horum clericorum sustentationi et ipsius Collegii Pii Latini Americam dotationi consulatur, curet novae dioecesis Episcopus ut tot conferantur bona quot requiruntur, ut ex eorum reditibus duo alumni, aut modo saltem unus, sustentari possint. Quousque vero haec nova Altensis dioecesis de proprio Pastore provideatur eiusdem regimen venerabili fratri Iosepho Candido Pinol y Batres, Episcopo titulari Phaselitensi, tamquam Administratori Apostolico, committimus cum facultatibus et iuribus huic muneri pertinentibus.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam si quilibet, quorum interest, vel sua interesse praesumant auditi non fuerint ac praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, aut obreptionis, vel nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio licet substantiali et inexcogitato defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse; sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et eirtanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse et fore volumus et decernimus.

Eebus itaque ut supra dispositis, ad eadem omnia exsecutioni mandanda deputanlus venerabilem fratrem Ioannem Marenco, Archiepiscopum titularem Edessenum, in America Centrali Internuntium Apostolicum, eidem tribuentes necessarias et opportunas facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto eidem onere ad Sacram Congregationem Consistorialem intra sex menses, a praesentibus Litteris datis computandos, authenticum exemplar exsecutionis peractae mittendi.

Mandamus denique ut harum Litterarum transumptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo alicuius in ecclesiastica dignitate, vel officio, constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Nostris Litteris tribueretur, si exhibitae vel ostensae forent.

Non obstantibus, quatenus opus sit, reguhs in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibus que Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, et quibusvis aliis Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum dispositionibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nemini ergo has Litteras Nostras dismembra-

tionis, erectionis, decreti, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel eisdem contraire liceat. Si quis vero, temerario ausu, hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo primo, die vigesima septima mensis Iulii, Pontificatus Nostri anno septimo. -

£8 C. CAED. DB LAI, Ep, Sabinen, et Mandelen., ***S. C. Consistorialis Secretarius.***

O. CARD. CAGIANO, ***S. B. E. Cancellarius.***

Ludovicus Schüller, *Protonotarius Apostolicus.*
Leopoldus Capitani, *Subst. Reg. ex spec. deleg.*

(L. * P.). I

***Beg. in Cane. Ap., vol. XXIV, n. 1.***

**NB. - In subscriptione Const. Apost. pag. 216, loco eius quod est « Carolus, Card. Perosi, S. C. Cons. Pro-Secretarius» legatur «GUILELMUS CARD. VAN ROSSUM,** ***S- C. de Propaganda Fide Praefectus».***

# ACTA SS. CONGREGATIONUM

## SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

### I

### PATAVINA ET CLODIENSIS

DISMEMBRATIONIS ET AGGREGATIONIS

DECRETUM

Quo melius animarum saluti consulatur, apprime expedit ut fideles ei tribuantur paroeciae, ad quam facilius accedere possunt. — Quum itaque familiae pagorum *Casetta, Motta, Moresolo, Zennare* (in parte inferiori), et *S.. Dominici,* ad paroeciam *Civè* dioecesis Patavinae hactenus pertinentens, postulassent, ut viciniori paroeciae *Cahianca* dioecesis Clodiensis aggregarentur; Ssmus. Dominus Noster Pius div. Prov. Pp. XI bonum iustumque censuit oblatis precibus benigne annuere. Quapropter, per hoc consistoriale decretum, perinde ' valiturum ac si Apostolicae sub plumbo Litterae expeditae essent, auditis consentientibusque Ordinariis et Capitulis cathedralibus dioecesium Patavinae et Clodiensis, ac suppleto etiam quorum interest vel qui sua interesse praesumant consensu, idem Ssmus Dominus Noster memoratos pagos fa [paroecia *Civè* et a dioecesi Patavina separat ac distrahit, eosdemque paroeciae *Cahianca* ac dioecesi Clodiensi unit et adiungit, mutatis hac de causa finibus dictarum paroeciarum ac dioecesium, prout rationabiliter Ordinarii in Domino iudicaverint. Ad haec omnia autem exsecutioni mandanda Ssmus Dominus Noster deputare dignatus est R. P. D. Dominicum Mezzadri, Episcopum Clodiensem, cum facultatibus necessariis et opportunis, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, itemque pronuntiandi super quavis oppositione in exsecutionis actu quomodolibet oritura; iniuncta eidem obligatione intra sex menses, a subsignata die computandos, transmit-

tendi ad hanc Sacram Congregationem authenticum exemplar peractae exsecutionis. Contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Eomae, ex aedibus Sacrae Congregationis Consistorialis, die 23 Martii 1928. ^

C. CARD. PEROSI, *Pio-Secretarius.*

E. SB S.

f Fr. Raphaël C, Archiep. Thessalonicen., *Adsessor.*

# n

## PROVISIO ECCLESIARUM -

Ssmus Dnus Noster Pius divina Providentia Pp. XI successivis decretis -Sacrae Congregationis Consistorialis sing-das quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

*30 Iunii 1928.* —- Metropolitanae -Ecclesiae de Guatimala praefecit R. D. Aloisium Duron, e Congregatione Missionis.

—• Cathedrali Ecclesiae Altensi, novae erectionis, R. D. Georgium Garcia, parochum ecclesiae cathedralis de Guatimala.

*20 Iulii.* — Titulari episcopali Ecclesiae Mariamitanae, R. D. Franciscum Lisowski, Antistitem Urbanum, Rectorem Seminarii Leopolien. Latinorum, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Bolëslai Twardowski, Archiepiscopi Leopolien. Latinorum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Zenopolitanae, R. D. Stephanum Walczykiewicz, Canonicum ad honorem Capituli cathedralis Plocensis, quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Adulphi Szelazek, Episcopi Luceoriensis.

*3 Augusti.*—^Metropolitanae Ecclesiae Liverpolitanaé, R. D. Richardum Downey, vice-rectorem ac professorem theologiae dogmaticae in Seminario Liverpolitano.

*10 Augusti.*— Titulari archiepiscopali Ecclesiae Phasitanae, R. D. -Gulielmum Marcum Düke, parochum ecclesiae cathedralis Sancti Ioannis Canadiensis, quem deputavit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Timothei Casey, Archiepiscopi Vancouveriensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Leptitanae, R. D. Ioannem Delay, Vicarium generalem Lugdunensis archidioeceseos, quem constituit Auxiliarem Emi P. D. Ludovici S. R. E. Card. Maurin, Archiepiscopi Lugdunensis, cum onere residentiae in oppido *St-Etienne.*

*17 Augusti.* — Cathedrali Ecclesiae Chicoutimiensi, R. D. Carolum Xamarche, parochum ad S. Stanislai in civitate Marianopolitana.

# SACHA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

i

## NOMINATIONES

Brevibus Apostolicis nominati sunt:

*16 Maii 1928.* — E. P. Florentius Tessiatore, ex Ordine Fratrum Minorum, *Vicarius Apostolicus de Sianfu in Sinis.*

— E. P. Ioannes Bosa, presbyter e Societate Iesu, *Vicarius Apostolicus de Hiroshima.*

*14 Iunii.* — E. P. Baphaèl (in saeculo: Angelus) Palazzi, ex Ordine Fratrum Minorum, *Coadiutor cum iure futurae successionis Vicarii Apostolici de Changsha.*

*16 Iunii.* — E. P. Odilo Fages, ex Congregatione Oblatorum S. Francisci Salesii, *Coadiutor cum iure futurae successionis Vicarii Apostolici Fluminis Orange in Africa Meridionali.*

*20 Iunii.* — E. P. Georgius Weig, e Societate Verbi Divini., *Vicarius Apostolicus de Tsing Tao.*

II

## DESIGNATIONES

Ad normam can. 1594 § 2 Codicis iuris canonici, Vicarius Apostolicus Guineae gallicae, designavit pro appellationibus a suo tribunali Vicarium Apostolicum Senegambiae: quam designationem Ssmus Dnus Noster referente Secretario huius Sacrae Congregationis, in audientia diei 3 Maii 1928 approbare dignatus est. Item Vicarius Apostolicus de Kirin, designavit Vicarium Apostolicum de Mukden; et vicissim Vicarius Apostolicus de Mukden designavit Vicarium Apostolicum de Kirin: approbante Ssmo in audientia diei 14 Maii 1928. Praefectus autem Apostolicus de Kagoshima ad eundem effectum designavit tribunal Curiae de Fukuoka: approbante Ssmo in audientia diei 12 Iunii 1928.

E. P. D. Eichardus Fitzgerald, Episcopus Gibraltariensis designavit pro appellationibus Ordinarium Melitensem; quam designationem Ssmus Dnus Noster ratam habuit in audientia diei 5 Iulii 1928.

## III

### APPROBATIONES

Decretis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide Ssmus Dominus Noster, die 12 Februarii 1928 definitive approbare dignatus est Constitutiones Sororum vulgo « de Nôtre-Dame des Apôtres »; die 15 Februarii 1928, Constitutiones Societatis Lugdunensis Missionum ad Afros.

# SACRA CONGREGATIO RITUUM

## . SSMAE TRINITATIS, O A VAE, O. S. B. NULLIUS DIOEC.

CONFIRMATIONIS CULTUS AB IMMEMORABILI TEMPORE PRAESTITI SERVIS BEI SLMEONI, FALCONI, MARINO, BENINCASAE, PETRO II, BALSAMO, LEONARDO ET LEONI II, ABBATIBUS CAVENSIBUS, BEATIS NUNCUPATIS. ,

Abbatia Ssmae Trinitatis, Ca vae, una cum suo. coenobio Congregationis Benedictinae Cassinensis, specialibus privilegiis et exemptionibus per Litteras et diplomata summorum Pontificum et Principum ornata et ditata,, insimul Veneranda et gloriosa exstitit et permanet ob singulares virtutes et praeclara merita primorum.patrum nempe Beatorum Alferii, fundatoris, Leonis, Petri atque Constabilis, Abbatum, eorumque successorum, qui a celebri monasterio Cluniacensi tanquam a puro et ubere fonte monasticam disciplinam hauserunt, servarunt largiterque effuderunt in plurima Ordinis Benedictini coenobia, una cum ordinato regimine animarum et rei publicae in respectivis oppidis et paroeciis Italiae inferioris. Eandem abbatiam idemque coenobium Cávense e fecunda subole nobilitarunt Romani Pontifices Beati Victor III et Urbanus II, aliique viri muneribus, dignitatibus et virtutibus conspicui, quos probati ac fide digni scriptores atque historica documenta et monumenta intra et extra abbatiam asservata mirifice illustrant. - Cavenses autem O. S. B. Monachi, paulinae sententiae observantes: «Mementote praepositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum- conversationis, imitamini fidem », a Leone Papa XIII fe. rec. anno 1893, servato iure tunc vigente, confirma-

tionem obtinuerunt cultus immemorialis pro casu excepto, quatuor praedictorum priorum Abbatum: deinceps alios quoque Patres ac duces scilicet Dei Famulos Abbates Simeonem, Falconem, Márinum, Benincasam, Petrum II, Balsamum, Leonardum atque Leonem II, grata memoria et 'veneratione prosequuti, animosiore per eandem viam incessu similem Causam promovendam curarunt.

Processus Ordinarius Informativus, in abbatia Nullius, Sanctissimae Trinitatis, Cavae, Ordinis S. Benedicti de confirmando cultu immemoriali exhibito praefatis Dei Famulis, peractus, una cum sententia affirmativa Abbatis Ordinarii D. Angeli .Ettinger ad Sacram Eituum Congregationem anno 1911 transmissus fuit. Positione, iuxta morem, concinnata et distributa, a cl. mem. Casimiro Cardinali Gennari Relatore seu Ponente, in Ordinariis ipsius sacrae Congregationis comitiis, die trigesima Aprilis sequentis anni ad Vaticanum coactis, propositum fuit dubium: « An sententia praedicti Abbatis Ordinarii in casu et ad effectum de quo agitur sit confirmanda? » Et sacra eadem Congregatio pro utilitate Causae opportunius respondendum censuit: « Dilata, et adiuventur probationes ». Nunc vero ista Causa novis instructa documentis et testimoniis, necnon decreto tum dispensationis a novo iudiciali ordine, in causis per viam cultus seu casus excepti, servando iuxta Cod. iur. can. tit. XXV et decreta S. R. C. ann. 1912 et 1913, tum facultatis in hac causa procedendi secundum ius antiquum, quo Inquisitio Informativa, cum respectiva Ordinarii sententia fuerat peracta et exhibita, ipsa Causa recentioribus etiam probationibus communita, atque per Summarium additionale nova luce illustrata et completa, eiusdem Sacrae Rituum Congregationis iudicio denuo subiecta est. Actores itaque Causae his novis inquisitionibus suffulti, quaestionem de casu excepto seu de cultu immemoriali iuxta decreta sa. me. Urbani Papae VIII strenue tuentur. Percurrentes enim aevum Urbanianunl ad hoc usque tempus, asserti cultus seu casus excepti argumenta proferunt tum ex Calen dariis civilibus et liturgicis, tum ex Propriis Officiorum et Missarum monasterii Cavensis, tum ex codicibus, martyrologiis, menologiis, chronicis, tum ex vita servorum Dei ab Abbate Ordinario A. Ridolfi saeculo decimo sexto conscripta aliisque documentis Cavensis archivi, et testimoniis fide dignis. Inter cetera ibi recensentur: elatiq, translatio et veneratio reliquiarum cum frequentia et fiducia fidelium opem implorantium, imagines pictae vel sculptae aureolis aut radiis redimitae, respectivas titulus Beati, altaria erecta, gesta descripta vel narrata, festivitas externa et liturgica in honorem praedictorum octo Servorum Dei. Quapropter instante Reverendissimo P. Benedicto Lopez Abbate Congregationis Uassinensis P. O. et Causae postulatore, attentisque litteris postulatoriis

R. P. D. Placidi Mcolini, Abbatis Ordinarii Sanctissimae Trinitatis, Cavae, et RR. arehipresbyterorum, parochorum ceterique cleri ac populi eiusdem abbatiae, Emus ac Rmus Dnus Alexander Cardinalis Verde, huius Causae Relator seu Ponens, in Ordinario Sacrorum Rituum Congregationis coetu, subsignata die ad Yaticanas aedes coadunato, sequens dubium discutiendum proposuit: « An sententia Illmi ac Rmi D. Abbatis Ordinarii Nullius Ssmae Trinitatis, Cavae, super cultu ab immemorabili tempore praestito praefatis Servis Dei, seu super casu excepto a decretis sa. me. Urbani Papae VIII sit confirmanda, in casu et ad effectum de quo agitur? » Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Cardinalis Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Carolo Salotti, Fidei Promotore generah, omnibus accurate perpensis rescribendum censuerunt: « Affirmative seu confirmandam esse sententiam ». Die li> Maii 1928. Quibus omnibus Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per eumdem Fidei Promotorem generalem relatis, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae Rituum Congregationis ratum habuit et probavit. Die 16 eisdem mense et anno.

£g A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
*S. B. G. Praefectus.*

L. £B S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

Sabato, 10 Giugno, Sua Santità ha ricevuto in solenne udienza Sua Ecc.za il Sig. VLADIMIRO RADIMSKY, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Czeco Slovacchia per la presentazione delle Lettere Credenziali.

## SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 7 Agosto 1928, presso l'Emo e Riño Signor Cardinale Granito PignatelU di Belmonte, Ponente della Causa di Canonizzazione della Beata Giovanna de Lestonnac, Fondatrice dell'Ordine delle Figlie della Beata Vergine Maria, si è tenuta la Congregazione *Antipreparatoria,* nella quale dai Rmi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima si è discusso il dubbio su due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione della stessa Beata, i quali vengono proposti per la sua Canonizzazione.

## TRIBUNALE DELLA S. R. ROTA

### AVVISO

Si fa noto che le domande di ammissione allo *Studio* della Rota, per il prossimo anno giuridico, si ricevono negli Uffici del Tribunale dal 20 Settembre al 20 Novembre.

13 Agosto 1928.

M. Massimi, *Decano.*

## MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

### ÎTOMIKE

Con Biglietto di S. E. Bma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:*

*16 Marzo 1928.* Monsig. Giacomo F. Horsburgh, dell'archidiocesi di Chicago.
» » » Monsig. Guglielmo A. Cummings, della medesima archid.
» » » Monsig. Pietro F. Shubridge, della medesima archidiocesi.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *16* | *Marzo* | *1928.* | Monsig. Giovanni G. Mielcaret, della medesima archidiocesi. |
| » | » | » | Monsig. Guglielmo F. Cahill, della medesima archidiocesi. |
| *30* | *Giugno* | » | Monsig. Benedetto Neri, della diocesi di Montepulciano. |
| *21* | *Luglio* | » | Monsig. Gaetano Renzetti, della diocesi di Anagni. |
| *30* | » | » | Monsig. Venanzio Novo et Faleo, della diocesi di Matanzas. |
| *2* | *Agosto* | » | Monsig. Alceste Grandori, della diocesi di Viterbo e Tuscania. |
| *4'* | » | » | Monsig. Giovanni da Matta Paiva, della diocesi di Natal. |
| *11* | » | » | Mònsig. Paolo Giobellina, dell'archidiocesi di Vercelli. |
| *13* | » | » | Monsig. Goffredo Schaider, della diocesi di Magonza. |
| *22* | » | » | Monsig. Angelo Bertolotto, della diocesi di Savona. |

*Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *31* | *Luglio* | *1928.* | Marchese Giulio Peggio, dell'archidiocesi di Genova. |

*Camerieri d'Onore in abito ìoaonazzo di S. 8.:*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *29* | *Marzo* | *1928.* | Monsig. Tommaso F. Quinn, dell'archidiocesi di Chicago. |
| » | » | » | Monsig. Antonio Haigas, della medesima archidiocesi. |
| *30* | *Luglio* | » | Monsig. Liberato Tarquini, della diocesi di Montefìascone. |

*Cameriere d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. 8.:*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *4* | *Luglio* | *1928.* | **11** Sig. Tony Bouilhet, dell'archidiocesi di Parigi. |

## NECROLOGIO

| | | | |
|---|---|---|---|
| | *Maggio* | *1928.* | Monsig. Serafino Cimino, Arcivescovo tit. di Cirro, Nunzio Apostolico al Perù. |
| *14* | *Giugno* | | Mpnsig. Lorenzo Gaughran, Vescovo di Meath. |
| *29* | *Luglio* | | Monsig. Costantino Aiuti, Arcivescovo tit. di Fasi, Delegato Apostolico in Indocina. |
| *25* | | | Monsig. Alessandro Poirier, Vescovo di Tarbes e Lourdes. |
| *19* | *Agosto* | | Monsig. Giacomo Sinibaldi, Vescovo tit. di Tiberiade, Segretario della Sacra Congregazione dei Seminari e delle Università degli Studi. |
| *1* | *Settembre* | | Monsig. Patrizio Giuseppe Keane, Vescovo di Sacramento. |
| | | | Monsig. Giuseppe Gregorio Marcelic, Vescovo di Ragusa. |

Annus XX - Vel. XX 1 Octobris 1928 Num. 10

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

## ACTA PII PP. XI

### MOTU PEOPEIO

DE PONTIFICIIS INSTITUTIS BIBLICO ET ORIENTALI CUM ATHENAEO GREGORIANO CONSOCIANDI^.

PIUS PP. XI

Quod maxime erat in votis, quodque paterno memorique studio persequi non destitimus, id laeto animo fere perfectum iam conspicimus: novas dicimus aedes quas in usum Universitatis Nostrae Gregorianae Litteris « Ea inter », die v mensis Maii anno MCMXXIV datis, excitari iussimus, earumque exaedificationem tanti momenti esse duximus, ut primum lapidem illo ipso anno iactum annuo nomismate aureo commemoraverimus.

Aequum enim erat, ut iisdem Litteris significavimus, Loc almae Urbis Athenaeum - quo, iam a quattuor fere saeculis, iuniores clerici ex omnibus paene orbis terrarum partibus[1] cotidie frequentiores confluunt - sedem habere rei muneris que dignitati, discipulorum numero, auctis magisteriis omnino congruentem atque commodioribus doctrinae et studiorum subsidiis rite instructam.

Iamvero, ad fovenda huius Nostrae Academiae incrementa, non modo aptum eius domicilium exstruendum curavimus, verum

[1] Litt. Ap. « Quem in almam », 18 dec. 1923.

etiam, non aliter ac decessores Nostri, ita eam omni ex parte complere cupimus, ut vera, perfecta pleneque ad temporum necessitates accommodata studiorum omnium ecclesiasticorum Universitas evadat.

Quamobrem, postquam diu multumque rem consideravimus, consentaneum Nobis visum est ut duo Instituta Biblicum et Orientale cum Universitate Gregoriana, arctiore quodam vinculo, connectendo copularemus: in quo ipse rerum cursus, ductu quidem decessorum Nostrorum, ad felicem optati Nostri exitum viam quasi muniisse videtur, quandoquidem non sine Dei consilio almae huic Urbi obtigit ut Pontificia studiorum Universitate nobilitaretur quae Apostolicae Sedis et patrocinio digna esset et exspectationi omnino responderet.

Et sane ipsi Athenaei Gregoriani moderatores, cum studiorum, tam biblicorum quam orientalium nostris praesertim temporibus* et momenta et pericula probe perspicerent, facere non potuerunt quin intelligerent novis necessitatibus per ordinarias exegesis, introductionis, linguarum orientalium scholas satis consultum non esse. Quare iam inde ab anno MDCCCCVIII, auspice quidem f. r. decessore Nostro Pio X, altiorem Sacrae Scripturae tradendae scholam instituerunt, quae ad novam condendam Facultatem viam quodammodo pararet. Verum res tantae erat amplitudinis, tot magisterii et studiorum subsidia postulabat ad disciplinas huiusmodi provehendas simulque praecavenda pericula, quae Fidei ex scholis rationalismo imbutis infectisve imminebant, ut decessores Nostri Institutum aliquod peculiare, quod in sua proxime tutela custodiaque esset condendum censuerint, ita ut « in Urbe Roma altiorum studiorum ad Libros sacros pertinentium haberetur centrum »[1] ubi iuvenes ex aliis Seminariis Urbis et orbis delecti excolerentur qui deinde, « gravitate et sinceritate doctrinae commendati »,[2] divinos Libros sine offensione interpretarentur.

[1] **Pius X, Litt. Ap. « Vinea electa », 7 maii 1909.**

[2] **Pius X, Litt. Ap. « Scripturae Sanctae », 23 febr. 1904.**

Itaque s. m. Pius X, quod iam pridem Leo XIII animo cogitarât sed perficere non potuerat, Litteris Apostolicis «Yinea electa» die VII mensis Maii anno MDCCCCIX datis, Pontificium Institutum Biblicum in Urbe aperuit aptissimoque domicilio donavit, iis legibus sapienter illud temperano, quae deinde « quemadmodum vel condicio temporum vel ipse rerum usus et experientia postulasset, ita corrigerentur, perficerentur ».[1]

Haud dissimili ratione, proximus decessor Noster Benedictus XV, cum praesentes Ecclesiae omniumque populorum necessitates perpendisset cuperetque illud maturare ut fieret « unum ovile et unus pastor », eo quidem proposito ut gentes praesertim Orientales ad unitatem Ecclesiae reduceret, Litteris « Orientis catholici» die XV mensis Octobris anno MDCCCCXVII Motu Proprio datis. Pontificium Orientale Institutum in Urbe condere statuit, quod Nos Litteris Apostolicis « Decessor Noster », die xiv mensis Octobris anno MDCCCCXXII editis, Societati Iesu commissum voluimus quemadmodum Pius X Institutum Biblicum eidem Societati commiserat.

In huiusmodi autem studiis cum biblicis tum orientalibus impensius curandis Universitas Gregoriana tradita sibi ab antecessoribus suis navitatis exempla persequitur; novas enim pro temporum ratione Ecclesiaeque necessitatibus scholas evexit, ut satis luculenter comprobat celeberrima illa ***Controversiarum*** cathedra, quam B. Robertus Bellarmino diu obtinuit atque illustravit : quem quidem Universitatis Gregorianae doctorem in comperto est non solum in novatoribus sed etiam in Orientalibus ad Ecclesiae unitatem reducendis plurimum elaborasse.

Cum igitur duo illa Instituta iam fructuum ubertate vigeant ac floreant, atque praeterea Hierosolymitana domus ad Institutum Biblicum omnino complendum nuper accesserit, ut propositum Nostrum exsequamur, Motu Proprio, de certa scientia ac matura deliberatione Nostra, statuimus atque decernimus Institutum Biblicum et Institutum Orientale cum Nostra Universitate Grego-

[1] **Bened. XV, Litt. Ap. « Cum Biblia Sacra », 15 aug. 1916.**

riana consociari, et reapse eonsociamus, ita ut duae illae Facultates cum Facultatibus Gregoriani^ unam efficiant Pontificiam studiorum ecclesiasticorum Universitatem, ea tamen lege ut utrumque Institutum, Biblicum et Orientale, sui iuris esse pergat ac Nobis dumtaxat Nostrisque successoribus proxime subiiciatur et pareat.

Quanti autem momenti sit huiusmodi consociatio, quamque multas ex ea sperare liceat utilitates, nemo profecto est qui non intelligat; siquidem in nominibus sacri ordinis tam magna requiritur, pro condicione temporum, doctrina atque eruditio, ut singula illa Instituta vel quibusvis adiumentis instructa, nulla tamen aliorum conspiratione atque ope, id quo Ecclesia spectat, sacrarum scilicet disciplinarum progressionem aeternamque hominum salutem, assequi aut vix aut nullo pacto queant. Et quidem ex ea, quam diximus, coniunctione illud imprimis commodum habebitur, quod doctorum variis disciplinis tradendis facilior crebriorque erit inter se consuetudo communisque labor: facilius quoque iidem, collatis consiliis atque opera, commentaria, ephemerides et libros conscribere atque edere poterunt. Nec minus discipulis, qui unam ex his scholis celebrant, haec consociatio proderit; qui enim in peculiaria quaedam incumbunt studia, iis audire praeterea doctores, qui fundamentales ac generales, quas vocant, disciplinas docent eorumque consiliis iuvari; qui vero in has ipsas, incumbunt, easque suo tempore docere parant, si quibus studere se peculiaribus quaestionibus oporteat, iis peritissimum quemque earum rerum doctorem adire licebit. Immo ipsa quoque domus Hierosolymitana omnibus pariter alumnis haud frustra patebit. Quoniam autem studiorum subsidium maximum planeque necessarium est ampla apteque instructa bibliotheca, haud sane mediocre nova consociatio hac quoque de causa arferet emolumentum, quod tres bibliothecae, quamquam loco disiunctae, ita tamen, ad usum quod pertinet, consociari inter se poterunt, ut totius doctrinae ecclesiasticae et disciplinarum affinium quasi unus et completus thesaurus fere evadant. Quos omnes ad libros cum doctoribus tum alumnis, qui ad magisteria

se praeparant, tanto facilior erit aditus si trium "bibliothecarum in singulis Institutis terni indices praesto sint: ac sperare licet fore ut tria Instituta, maiore, quam antehac, liberalitate atque sollicitudine operam dare queant bibliothecis singulis, pro sua cuiusque parte, amplificandis.

Quae quidem de ratione, qua tria totius Universitatis quasi membra, ad communem finem conspirare debent, breviter adhuc exposuimus, ea, prout res postulabit, peculiaribus statutis accuratius declarabuntur; at vero placet iam nunc singulorum iura et privilegia confirmare et, quatenus opus sit, complere.

Atque primum, quae Universitati Gregorianae iura ac privilegia Iulius III, Pius IV, Gregorius XIII largiti sunt, Leo XII, post restitutum Societati Iesu Collegium Eomanum, confirmavit, Pius IX auxit, Leo XIII amplificavit et confirmavit quaeque Nosmet ab initio Nostri Pontificatus concessionis, ea omnia eidem Universitati Gregorianae, cum duobus Institutis coniunctae, per has Litteras Motu Proprio datas confirmamus ac rata habemus.

Nominatim autem, ut liquido pateat nihil Nobis antiquius esse quam ut dilectae iuventuti incitamenta stimulos que ad studia alacrius prosequenda adiiciamus, Athenaeo Gregoriano iterum et expresse potestatem facimus conferendi omnes academicos gradus in philosophia, theologia et iure canonico - quemadmodum decessorum Nostrorum Nostrisque litteris et decretis statuitur — iis qui sub ductu et obedientia ipsius Athenaei doctorum earum disciplinarum studio vacaverint et, facto periculo, idonei habiti sint.

Quoniam vero iis, qui aut in eadem Universitate Gregoriana aut in aiïis urbanis exterisve Athenaeis integrum philosophiae et theologiae curriculum feliciter emensi fuerint, etsi satis ampla harum disciplinarum scientia non deest, desunt tamen, ut eximii evadant magistri vel scriptores, amplior fontium cognitio, investigationis usus frequentior, laboris proprii maior consuetudo, altiora studia quae «magisterii cursus » appellantur—idcirco cupimus optamusque, ut ad Athenaeum Gregorianum et coniuncta

cum eo Instituta ii mittantur lecti iuvenes qui in Seminariis, praesertim ubi gradus academici conferuntur, doctoris munere functuri praevideantur. Quare Universitati Gregorianae iterum potestatem facimus conferendi titulum *Magistri aggregati* facultatibus philosophiae vel theologiae iis omnibus qui hos cursus f requentaverint, integris condicionibus quae decreto a Sacra Congregatione de Seminariis et Studiorum Universitatibus lato die XXIII mensis Iunii anno MDCCCCXXII, Nostri Pontificatus primo, praescriptae sunt.

Institutum denique « Culturae superioris religiosae » pro laicis viris in Universitate Gregoriana iam inde ab anno MDCCCCXIX feliciter inchoatum et anno MDCCCCXXVII ita amplificatum ut « Actioni Catholicae » efficacius adesset, rursus paterno studio laudamus et approbamus; et sinceros Matris Ecclesiae filios, qui in laicali quoque statu christianum apostolatum exercere cupiunt, hortamur ut scholas, nostris temporibus tam opportunas, quam frequentissimi adeant et doctrina catholica penitus imbui studeant.

Quibus quidem iuribus ac privilegiis usa eamque rationem studiorum secuta quae saeculorum experientia comprobata est, Universitas Gregoriana suum rite perrectura est munus efficiendi ut laici et praesertim iuniores clerici ac sacerdotes cum germanam ad mentem Aquinatis doctrinam tum romanos spiritus imbibant.

Ad Institutum deinde Biblicum quod attinet, cum perfecta illa nunc demum ordinatione temperetur quae Apostolicae Sedi in optatis erat, iura omnia ac privilegia quae a. decessoribus Nostris et a Nobismet ipsis tributa eidem sunt, ea quidem novare atque adeo complere statuimus. Pontificium igitur Institutum Biblicum, quemadmodum in ipsis Litteris Apostolicis «Vinea electa » quibus condebatur cautum erat, « ab Apostolica Sede immediate dependeat » idemque a Pontificia Commissione Biblica in posterum omnino ne pendeat.

Quae vero Litteris Apostolicis « Biblia Sacra » die xv mensis Augusti anno MDCCOCXVI huic Instituto concessa sunt, cum, pro praesenti eius conditione, complere cupiamus, quo libentius discipuli ad gradus academicos in ipso Instituto per ordinarios cursus

se praeparent, eidem Pontificio Instituto Biblico damus ut iis, qui ibidem studiorum curriculum rite peregerint et, facto scientiae periculo, digni atque idonei iudicati fuerint, usitatos honoris et dignitatis gradus, doctoratum quoque, in scientia biblica conferre possit.

Nec tamen per hanc concessionem Nostram ius et facultas Pontificiae Commissioni Biblicae adimitur conferendi, secundum suas ipsius leges, academicos eiusmodi gradus iis omnibus qui coram ea rjericulum de re biblica facere voluerint.

Iterare autem hoc loco placet eohortationem illam quam, per Litteras «Bibliorum scientiam'» Motu Proprio datas die xxvn mensis Aprilis anno MDCCCCXXIV, de frequentando a suis Instituto Biblico ad Ordinarios locorum Moderatoresque Ordinum et Congregationum religiosarum habuimus.

Praeterea privilegia; et iura confirmamus Instituto Nostro Orientali, praesertim gradus academicos in orientalibus studiis conferendi,, a decessore Nostro Benedicto XV, Litteris Apostolicis « Quod Nobis » die xxv mensis Septembris anno MDCCCCXX datis, itemque a Nobismet ipsis tributa; nominatim autem quae proxime superioribus Encyclicis « Rerum Orientalium » commendavimus ac statuimus, ea denuo hortamur ac rata habemus, plane confisi Institutum hoc valde profuturum esse ut Orientales ad unitatis centrum quam primum revocentur. Quod est reliquum, dilectissimos eos filios grato prosequimur animo qui Nobis ad consilia haec Nostra exsequenda opportunam opem tulerunt; nec dubitamus quin vel in posterum boni omnes Nos sint adiuturi, ut coepta haec Nostra ad felicem exitum perducantur.

Quaecumque vero hisce Litteris, Motu Proprio datis, statuta a Nobis sunt, ea omnia firma et rata esse iubemus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die xxx mensis Septembris, in festo Sancti Hieronymi Doctoris Maximi, anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

# LITTERAE APOSTOLICAE

CATHEDRALIS ECCLESIA CUSCHENSIS HONORIBUS BASILICAE MINORIS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Constat apprime cathedralem sedem Cuschensem in America australi omnibus regionis illius templis vetustate, forma et magnificentia praecellere. Cognitum enim est hanc primam fuisse cathedralem ecclesiam in australibus Americae partibus conditam, et Cuschensem civitatem iam fuisse Yncarum Imperii in Peruvia celeberrimi caput, postea ab Hispanis debellati, et in qua nunc etiam vetusta ac perillustria mirae magnitudinis atque artis monumenta supersunt. Nam simul ac regionem occuparunt Hispani, Cuschensis civitas exstitit primum ac princeps christianae religionis centrum, ex quo deinceps in immensas Americae australis plagas christianum nomen effiuxit: atque ita factum est ut haec ipsa civitas digna habita fuerit, quae « Roma Americana » appellata sit. Et re quidem vera anno MDXXXVI pro universo Imperio Peruviano tunc latissime patente, prima in Cuschensi civitate erecta fuit dioecesis, et traditum quoque est, eodem fere tempore Cuschenses cives primam apposuisse manum ad cathedralis illius templi praenobilem fabricam. Etsi vero haud plures post annos Peruviani Regni princeps civitas declarata fuerit Lima eademque civitas totius ecclesiasticae provinciae metropolitica sedes evaserit, attamen cathedralis ecclesia Cuschensis sicuti dioecesis mansit iugiter celeberrima et inter primarias australis Americae ecclesias iure meritoque perhonorificum obtinuit locum. Meminisse etiam iuvat in ea ecclesia primum fuisse Archiepiscopum Limanum sollemniter consecratum. Cuschense autem templum, medio circiter decimo sexto saeculo absolutum, artis vulgo dictae gothicae perinsigne exstat monumentum, structura praenobile et affabre sculptis niaraîoribus ornatum. Altari principi perampla supereminet tabula, plures referens sacras imagines mira arte coruscantes: opus enim totum ex argento conflatur; et aliis quoque duabus magnificentissimis altaribus cathedralis praefata renidet, quibus praestantissimae sculptae imagines instant, altera Crucifixi Redemptoris, a terraemotibus vulgo appellati, et altera Beatissimae Virginis Mariae Immaculatae tam affabre efformata ut vulgo *la Linda* nuncupetur; has autem Imagines antiqua populus religione prosequitur. Canonicorum eho-

rus, mirabili incisus opere, amatorum humanarum artium admirationem excitat, nec minori splendent cultu tam sacrarium quam ad conciones habendas sacer suggestum; omniaque alia ad templum spectantia supellectilia pretiosa ac ditissima habentur. Pretiosissimis quidem inclusae thecis asservantur in hac aede Sanctorum plurium insignes relhquiae. Capitulum cathedrale antiquissimum et praeclarum, olim maiore canonicorum numero pollens, nunc duodecim constat sacerdotibus praestantissimis, quibus auxilium praebent plures inferiores beneficiarii aa clerici: ibidemque plures reperiuntur piae fidelium societates atque confraternitates, tam numero quam vetustate pariter commendatae, pluribus privilegiis atque indulgentiis ab hac Sancta Sede auctae et locupletatae. Haec animo repetentes, cum venerabilis frater hodiernus Episcopus Cuschensis in Peruvia, communia totius cleri et populi suae dioecesis vota depromens, humillime atque enixe Nos flagitaverit pro ipso templo cathedrali sub titulo B. Mariae Virginis sideribus receptae, titulum et honorem Basilicae, Nos votis annuendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, collatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, omnibusque rei momentis religiose perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore perpetuumque in modum ecclesiam cathedralem civitatis ac dioecesis Cuschensis in honorem Beatissimae Virginis Mariae in caelum Assumptae Deo Optimo Maximo dicatam titulo Basilicae minoris una cum privilegiis liturgicis atque honorificentiis, quae iuxta Apostolicas dispositiones huic titulo competunt, cohonestamus atque condecoramus.

Haec statuimus, edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras Nostras iugiter firmas validas atque efficaces exstare ac permanere suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos spectant Sive spectare poterunt nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vn m. Martii an; MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

# II

TITULUS BASILICAE MINORIS CONFERTUR ECCLESIAE PURIFICATIONIS B. MARIAE VIRG. IN CIVITATE MATARONENSI, DIOECESIS BARCINONENSIS.

## PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Exstat in civitate Mataronensi, intra fines dioecesis Barcinonensis, antiquitate, molis amplitudine atque artis operum splendore insignis paroecialis et archipresbyteralis ecclesia titulo Purificationis Virginis Mariae, eo ipso in loco primis Ecclesiae saeculis condita, ubi Sanctae Virgines Iuliana ac Semproniana celeberrimum martyrium fecere. Corpora earundem Sanctarum, ad aram maximam templi ipsius condita, religiosissime asservantur; et quasi caelestes patronae, gratiarumque apud Deum séquestras, ipsas virgines ac martyres colunt fidèles tam incolae civitatis quam peregre etiam a longinquis regionibus confluentes. Plures in dicto templo sacrum ministerium exercent ecclesiastici viri; pretiosa reiectum est supellectile sacrarium; sollemni pompa ibidem supplicationes habentur: thesaurus indulgentiarum et reliquiarum abundat; neque desunt piae uniones ac sodalitates, quae veluti cohortes auxiliares clerum adiuvant et divini cultus decorem adaugent. Haec animo repetentes, cum dilectus filius Antonius de Palau, praeses consilii civitatis Mataronensis, communia tam municipum quam civium vota depromens, annuente ac suffragante venerabili fratre Iosepho Miralies y Sbert, Episcopo Barcinonensi, Nos enixis precibus rogaverit ut ipsam aedem, nuperrime corrogata fidelium stipe ad pristinum decus restitutam, magnisque impensis instauratam, ad Basilicae dignitatem promovere de Nostra indulgentia velimus, Nos votis his annuendum ultro libenterque existimavimus. Collatis itaque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, ecclesiam parochialem et archipresbyteralem Deo sacram in honorem Purificationis Virginis Deiparae civitatis Mataronensis, intra fines dioecesis Barcinonensis, ad titulum atque honorem Basilicae minoris cum privilegiis iuxta morem ac normam vigentem perpetuum in modum evehimus.

Porro haec largimur decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere

poterunt nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die m mensis Aprilis anno MDCCCCXXVHI, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

HI

TEMPLUM AD SANCTI NICOLAI, IN CIVITATE GEDANENSI, BASILICAE MINORIS TITULO ET HONORIBUS AUGETUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — In urbe Gedanensi, quae vulgo «Danzica » appellatur, pulcherrima prostat ad Sancti Nicolai curialis aedes iure meritoque accensenda inter vetustissimas urbis illius ecclesias. Siquidem die XXII Ianuarii mensis anni superioris MDCCCCXXVII ibidem sollemni pompa et magno christiani populi concursu septimum feliciter exeuntem centenunl annum celebratum fuisse novimus, ex quo Ordinis Praedicatorum alumnis ecclesia ipsa tradita fuit, quam iam inde ab anno MCLXXXV, uti fertur, Subislaus Pomeraniae princeps condiderat. Constat Dominicianos Fratres, priori deleto templo, eodem in loco hodiernam aedificasse ecclesiam, structura et artis operum magnificentia praenobilem, eandemque a fundamentis surgentem Gulielnlum de Modena Apostolicum; Legatum anno MCCXXXIX primum consecrasse, et paucos post annos absolutam illam denuo sollemni ritu Cuiaviensem Antistitem dedicasse. Auspicata memorati septimi centenarii occasione, sicuti relatum est ad Nos, ex urbe quidem Berolinensi, plures ad sacra in praedicta ecclesia facienda confluxerunt ex Ordine Praedicatorum sodales; et memorare iuvat hic purpuratum Sanctae Romanae Ecclesiae principem Andream Cardinalem Frühwirth inter illa sollemnia professum esse monasterium Gedanense ad Sancti Nicolai quintum fuisse post Ordinis Dominiciani fundationem; auctoremque fundationis Sanctum Hyacinthuni fuisse, quem divus Dominicus, Ordinis conditor, Romae in religiosam suam familiam admiserat. Quo studio quantaque diligentia in Domini vinea adlaboraverat Dominiciani Fratres, sex per saecula, quot uberes inde fructus perceperint, qua fortitudine adversus haereticorum pravitatem religionem catholicam et christiani nominis res vindicaverint, docet historia. Ad nostra usque tempora, etiam post saecu-

larizationis legem anno MDCCCXXXV editam, ecclesia ad Sancti Nicolai clero saeculari concredita -et ad paroeciae gradum evecta, magna populi frequentia recolitur; sacra abundat supellectile, insignibus pollet reliquiis et potissimum sedes est melitae sodalitatis a sanctissimo Rosario, quae fovet atque auget pietatem fidelium erga gratiarum omnium apud Deum sequestrem Virginem Mariam. Haec animo repetentes, cum venerabilis frater Eduardus 0'Rourke, Episcopus hodiernus dioecesis Gedanensis, Nos humiliter flagitaverit ut templum ipsum ad Sancti Nicolai, omnibus nominibus dignum, ad titulum et honorem Basilicae minoris provehere dignemur, Nos optatis hisce concedendum ultro libenterque existimavimus. Audito igitur venerabili fratre Nostro Antonio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Vico Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, motti proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi perpetuumque in modum ecclesiam paroecialem ad Sancti Nicolai episcopi et confessoris in. urbe Gedanensi sitam Basilicae minoris titulo cum privilegiis adnexis iuxta morem condecoramus.

Haec volumus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum amphssime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritum que ex nunc et inane fieri, si quidquam secus nuper his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis Aprilis, anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASP ARRI, *a Secretis Status.*

IV

ECCLESIA ORDINIS CARMELITARUM, ARENZANI IN ARCHIDIOECESI IANUENSI, PUERO IESU PRAGENSI SACRA, BASILICAE MINORIS HONORIBUS CONDECORATUR.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Pragensem Pueri Iesu Imaginem christifideles omnes non modo quidem in Pragensi ecclesia a Carmelitis nuncupata, sed etiam multis aliis in locis, ubique terrarum, colunt et celebrant.

Illud vero püssimum Iesus Infantis simulacrum, vertente saeculo decimo septimo, in sua domo Pragensi primum Oarmelitae venerati sunt; at exeunte decimo octavo saeculo, ob nefariam domorum ecclesiarumque regularium suppressionem, Carmelitis e Bohemia pulsis, cultus etiam prodigiosae parvae statuae e Bohenliae finibus ad alias nationes transiit, atque in easdem adeo est dilatatus, ut brevi in Bavaria, in Belgio, in Gallia, in Italia, et, extra quoque Europam, in longinquis usque Americarum, Asiae et Africae terris, cuiuscumque ordinis fideles ad Pragensem Infantem recurrant, illius in egestatibus suis auxilium implorent, illumque sacellis ecclesiisque ubique honorent. Splendidum est autem inter aedificia Pragensi Puero Iesu sacra templum illud, quod Carmelitae Excalceati exaedificandum curarunt in civitate *Arenzano*, intra Liguriae fines, et quod nuper expletum venerabilis frater Episcopus titulo Sinopensis sollemniter consecravit. Arenzani enim Carmelitae Excalceati iam ab anno MDCCCLXXXVIII novum Ordinis sui coenobium erexerant, cui continens erat parvum sacellum, in quo Pragensis Infantis simulacrum publicae christifidelium venerationi proponebatur. Parvam statuam, mox gratiis prodigiisque insignem omnes Liguriae incolae noscunt, qui peregrinantium more ad Arenzani sacellum conferunt, ut a divino Puero precibus et obsecrationibus opem exposcant. At illuc non modo ex tota Liguria et ex finitimis regionibus sed ex ceteris quoque Italiae procul positis civitatibus fideles peregre pieque veniunt, qui dein, beneficiorum grati memoresque, ad digniorem atque ampliorem Puero Iesu sedem erigendam, ob acceptas gratias, largiter continenterque oblationes confluunt. Tantis itaque fidelium votis respondentes, anno tandem MDCOCCiv Carmelitae lapidem fundamenti novi aedificii Sacro Puero Pragensi dicati demittendunì curarunt ; ac tam rapide postea crevit aedificium ut vix quattuor post annos in exstructo templo Sacrum sollemniter peragi potuerit. Hanc novam sacram aedem eleganti forma conspicuam, mirificis artis operibus mirabilem, eximiis religionis signis ornatam, frequentissimi fidèles ad hunc usque diem visitant lustrantque; in eiusdem enim altari principe stat super solium sacra Infantis Pragensis effigies, quam anno **MDCCCCXXiv** die xxiv Februarii, aureo gemmatoque diademate per decretum Patriarchalis Sacrosanctae Basilicae Vaticanae Capituli, dilectus filius Noster Raphael Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Merry del Val, ipsius Capituli Archipresbyter, sollemni ritu, adstantibus generali Ordinis Carmelitarum Excalceatorunl Moderatore, et populo conf ertissimo, coronavit. Cum propterea dilectus filius Gulielmus a Sancto Alberto, Praepositus generalis Carmelitarum Excalceatorum, una cum Priore coenobii Arenzani ac sodalibus definitorii Ordinis, quo figuris sanctuarii Pragensi Puero dicati decus maxime augeatur, suffragante quoque Ianuensium Archiepiscopo,

Nos supplex rogaverit ut eidem sacrae aedi dignitatem, titulum ac privilegia Basilicae minoris impertiri dignaremur, Nos optatis hisce adnuendum ultro libenterque censuimus. Quare conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Congregationi Sacrorum Rituum praepositis, motu proprio ac de certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, enunciatum templum Arenzani, Puero Iesu Pragensi dicatum, intra Ianuensis archidioecesis fines, dignitate ac titulo Basilicae minoris honestamus, cum omnibus honoribus, privilegiis, praerogativis, indultis, quae ecclesiis hoc titulo Apostolica auctoritate decoratis de iure vel consuetudine competunt.

Decernentes praesentes Litteras firmas validas, atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque integros effectus iugiter sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque* ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die vi mensis Maii, anno MDCCCCXXVin, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

## EPISTOLAE

### I

AD EMUM P. D. BONAVENTURAM TIT. S. CAECILIAE S. R. E. PRESB. CARD. CERRETTI QUEM LEGATUM MITTIT AD XXIX EX OMNI NATIONE CONVENTUM EUCHARISTICUM SYDNEYI HABENDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Eucharisticis ex omni natione Conventibus habendis ut per Legatum suum Romanus Pontifex intersit, non tam usitatus usque adhuc mos quam rei gravitas et amplitudo postulat; siquidem in ordinario cursu rerum quae ad nomen catholicum pertinent, nihil est quod hominum multitudines percellat commoveatque acrius, nihil quo plures aut alieni ad Christum sequendum allectos se abreptosque sentiant, aut domestici ad perfectius christianae vitae institutum frequentioremque sacrae Synaxis perceptionem excitentur. Cum igitur, in proximum mensem Septembrem indictus, apparetur undetrice-

simus eiusmodi Conventus Sydneyi in urbe Australiae florentissima agendus, te, dilecte fili Noster, quemadmodum nuntiari antea iussimus, Legatum Nostrum deligimus, qui, Nostram gerens personam, sollemnibus inibi sacris coetuumque disceptationibus praesideas. Facile autem intellegitur cur tale tibi munus committere maluerimus. Cum enim eam de te opinionem exspectationemque commovisses, ut in dissitas Australiae regiones primus Apostolicae Sedis Delegatus mittereris, non modo Episcoporum et fidebum arcte tibi devinxisti animos, sed etiam, te auspice, haud mediocres illic catholica religio processus habuit: ut dubitare nequaquam liceat, quin te, in sedem ohm tuam, etsi ad tempus, cum romanae purpurae maiestate redeuntem, omnes e clero populoque in magnam effusi laetitiam exceptura sint. Nec minus apud Nos potuit valuit que illa tua - quam, civis ut es Urbevetanus, videns a maioribus veluti hereditate accepisse - in Augustum Sacramentum pietas: ad quod quidem adorandum nocturnas vigilias, hac Alma in Urbe ab ecclesiasticis laicisque viris certo quodam ordine agi solitas, sic participare consuevisti, ut ceteris in exemplum praeire videaris. Scimus, in Sydneyensi Conventu Eucharistiae Sanctissimae cultui cultum Deiparae Virginis adiectum iri, cum in sacrorum perfunctione sollemnium, tum praesertim in coetibus celebrandis. Est enim inter alia propositum, ut, per accurata disceptantium oratorumque studia, quae Virgini Mariae cum Eucharistia intercedunt rationes, clariore in luce collocentur; de quibus in ipsa Ecclesiae liturgia et in Patrum sanctorumque hominum scriptis haud pauca reperire licet. E qua quidem tractatione rei hoc feliciter sequetur commodi, ut, quotquot aderunt Conventui fideles, ii e caritate Christi ad caritatem Virginis exardescant, evangelicam mulierem quodammodo imitantes, quae, in loquentis Iesu admirationem rapta, facere non potuit, quin cum Filii gloria gloriam Matris consociaret, in vocem illam erumpens: « Beatus venter qui te portavit et ubera quae suxisti ». Equidem perlibenter vidimus, Eucharisticas congressiones hoc vertente anno habitas, cum in coniuncta utriusque praedicatione congruerint, Sydneyensi Conventui viam quasi muniisse; quas inter, memoratu dignam illam putamus dioecesanam numero octavam, heic, sub oculis paene Nostris, nuperrime actam, septem illis, quae antecesserant, sane praestantiorem ob popularis pietatis aestum: quae, cum Christum sub Eucharisticis velis latentem et Liberianam simul Virginem spectaret, eodem, quo congressionis ipsius moderatores oratoresque, teneri ac duci spiritu visa est. At vero quid a carissimis Australiae filiis non sperandum? Quae quantaeque pietatis significationes? Quam praeclari spiritualis laetitiae uberiorisque sanctimoniae fructus? Nuntii quidem Nobis tantae rei, vixdum peractae, non deerunt; sed pleniorem ipsius narrationem, quemadmodum successerit, abs te, dilecte fili Noster, - ut

aequum est - praestolapimur. Ac libet iam nunc cogitatione praecipere singularia obsequii observantiaeque testimonia, quibus Christi Iesu Vicarium in suo Legato fideles Australiae prosequentur, sed multo magis summos amphssimosque honores, quos Augusto Sacramento, terra marique, défèrent. In quo Aeterni Patris admiramur consilium, qui gloriam reverentiamque Unigenito Filio suo debitam eö studiosius ibi quaerat, ubi plus is « humihavit semetipsum », et sunt audacius ab incruenta eius immolatione prohibiti « dispensatores mysteriorum » eius. Constat enim, sacerdotem ex Hibernia Flynn, qui primus e clero ad Sydneyenses oras anno MDCCCXVII appulisset, illinc paulo post abire coactum, in paupere cuiusdam catholici hominis domo perlitasse, et sacras ibidem species, in humili tabernaculo clausas, eidem, in fidelium solacium, custodiendas reliquisse, dum alicui missionali liber ad eam civitatem daretur aditus: quae rerum condicio cum satis diu permaneret, Eucharistiae illic quasi prodigialiter asservatae nullos constitisse honores, nisi ab iis catholicis occulte delatos, qui primi - iidemque haud ita multi - sedem ibi suam collocaverant. - Utinam amantissimus Iesus, cum per undas pulcherrimi eius portus navigio vehetur-ut ohm per mare Tiberiadis in Petri navícula ferebatur - hominum, quos pretiosa suo redemit Sanguine, universitati benedicat; utinam iubeat optatiSsimum illum cito illucescere diem, quo die imperium ipsius suum ab omnibus agnoscatur accipiatur que hominibus, et almum pacis donum ubique gentium restituatur ac floreat. - Caelestium interea munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, Episcopis, clero populoque Australiae catholico, iis denique omnibus qui Sydneyum, Conventus causa, coituri sunt, apostolicam benedictionem ex animo impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xiv mensis Iulii anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

## II

AD EMUM P. D. ALEXIUM TIT. S. CALLISTI S. R. E. CARD. ASCALESI, ARCHIEPISCOPUM NEAPOLITANUM, QUEM LEGATUM SUUM MITTIT AD CONVENTUM E TOTA CALABRIA EUCHARISTICUM, REGII HABENDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Traditum est, Eegii in urbe Calabriae vetustissima Paulum Apostolum, cum cives per evangelicae veritatis praedicationem Christo peperisset, novae Ecclesiae

regundae Stephanum e Bithynia, discipulum suum, episcopum praefecisse; propagata autem deinceps in omnem Calabriam Christi doctrina, erectas alias passim episcopales sedes Reginae sedi tamquam metropolitanae paruisse, quae compluribus Pastoribus sanctitate vitae, doctrina rerumque gestarum gloria tam inlustribus. floruit, ut ex iis duo, remotiore Ecclesiae aetate digni habiti sint, qui ad Petri Cathedram, alius; post alium, adscenderent, et, post obitum, sanctorum caelitum honoribus ederentur. Quodsi Regini cives urbem suam, recenti terrae motu omnino disiectam, iam nunc totam, excitatis integro aedibus, revixisse, quasi e cineribus corpus, summopere laetantur, mirum qua ipsi communis effusione laetitiae cathedralis templi, quod denuo aedificari nuper desitum est, consecrationi aderunt. O quam libenter, cum illuc ingredientur, sacellum Eucharistiae sanctissimae asservandae invisent, ita restitutum, ut sit iis ipsis obductum marmoribus, quibus vetus illud terrae motu eversum pietas maiorum suorum ornaverat. O quam singulari pietatis caritatisque aestu cernent iidem proxime, per augustum Sacramentum, pompa vectum magnificentissimâ, novam lustrari urbem eiusque initiis benedici. Etenim, dilecte fili Noster, non ignoras, Conventum e Calabria universa Eucharisticum, prioribus proximi mensis diebus, Regii habitum iri: unde futurum, ut fortis ille generosumque populus et fidem a Paulo illuc inductam teneant constantius et divini amoris igne cotidie acriore inflammentur. Quamquam eucharistica eos ardere pietate, explorata res est, quandoquidem haud ita pridem conspicere Calabros licuit ex utroque sexu bene multos, de se, prompto liberalique animo, anulos, inaures, ornamenta quaevis detrahentes, ut nonnihil auri conferrent, unde tria affabre effingerentur vasa - ut reapse factum est-quae ad Eucharistiam in praecipuis eorum dierum ritibus conficiendam, ministrandam per viasque urbis ducendam usui essent. Conventui igitur Regii eucharistico, cuius ex actione divinae caritatis incrementa uberrimam que spiritualium fructuum copiam dilectos ex ea regione filios non tam prospicimus quam pro certo habemus percepturos fore, cum aequum atque utile videatur, Romani Pontificis Legatum interesse, placet te, dilecte fili Noster, ad Nostram personam in tota illa sollemnium sacrorum coetuumque celebratione sustinendam harum fide Litterarum vocare. Itaque te, dilecte fili Noster, Legatum Nostrum deligimus ac renuntiamus, qui Conventui e Calabria omni Eucharistico, nomine Nostro ac Nostra auctoritate, praesideas. Probe equidem novimus, frequentissimam hac occasione Praesulum coronam tibi non defore, cum Archiepiscopi et Episcopi ex ea regione omnes, ex reliqua inferiore Italia plerique coituri Regium sint: ex quo fiet profecto, ut clerus populique multitudo in deferendis augusto Sacramento honoribus exempla, quae sequatur, proposita habeat ante oculos altissima.

Caelestium interea munerum auspicem paternaeque benevolentiae Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, et omnibus ex episcopatu, e clero^et populo, quotquot Regium convenient, apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x mensis Augusti anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

## III

AD EMUM P. D. DONATUM TIT. S; SILVESTRI IN CAPITE S. R. E. CARD. SBARRETTI, QUEM LEGATUM SUUM MITTIT AD CONCILIUM PLENARIUM PICENUM, LAURETI HABENDUM.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quam nobilissimis hymnis, in sacram liturgiam inductis, immortalis memoriae decessor Noster Leo XIII cecinit extulitque Nazarenam domum, mirificis Sacrae Familiae illustratam domesticarum virtutum exemplis, eam ipsam Piceni se in suis habere finibus, prodigialiter translatam, sic gaudent ac gloriantur^ ut Lauretanam Virginem sibi propriam ac peculiarem Patronam pietate haud mediocri colant ac venerentur. Quare nihil mirum si sacrorum Antistites, quotquot ad Picenas Ecclesias regundas ab Apostolica hac Sede mittuntur, non ante gubernationis suae initium facere consueverunt quam, pio demissoque animo, privatim Aedem inviserint sanctissimam ibique litarint, Virginis patrocinio se suamque dioecesim commendando; nihil mirum, si, quotiescumque adesse sibi videtur opportunitas cum ceteris eius regionis Episcopis de populi sui necessitatibus disceptandi communiter, iidem urbem tam singulari ornatam privilegio, deligant, quo coetus suos auspicato habituri conveniant. Res, haud dissimilis quidem, at multo gravior utiliorque, Laureti, Nobis perlibenter probantibus, paulo post proximi mensis initium agetur: per id enim temporis in Concilium plenarium coire, Archiepiscopis et Episcopis omnibus e Picena regione dehberatum est. Quae autem sit eiusmodi Conventus, ut diximus, gravitas, quos inde liceat exspectare fructus, non est, dilecte fili Noster, cur multis explicemus; ipsemet, qui provehendae catechesi et cleri populique disciplinae auctoritate Nostra praees, optime sane inteheges. Etenim quo pacto aut errores, si qui in Picenis sunt, praesertim populo christiana doctrina interius imbuendo, amoveantur, aut legum observatio ecclesiasticarum, quae sit forte remis-

sior, reintegretur, aut nonnulla ad mores ac tempora accommodentur, aut spiritualis vitae necessitatibus plenius consulatur, nonne collatis tot Praesulum consiliis, facilius id omne aptiusque definietur? Verum ne quo, quantum fieri potest, humanae sapientiae adminiculo venerabiles ii fratres carere se sentiant, te, dilecte fifi Noster, Legatum Nostrum deligimus, qui Concilio Piceno plenario nomine Nostro praesis eiusque labores ad laetissimum exitum dirigas. Quem quidem exitum defuturam non esse, vehementer confidimus: vobis enim apud Mariale sanctuarium in orbe terrarum praecipuum congregatis, fieri non potest quin Christus Iesus - Aeterni Patris Sapientia, - qui iu humili Lauretana domo se ad humani generis redemptionem paravit, a Beatissima Matre sua rogatus, mentes vestras ad utilissima quaeque decernenda collustrat. Cuius quidem divini muneris auspicem paternaeque caritatis Nostrae testem, tibi, dilecte fili Noster, et Patribus Concilii Piceni universis apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, die xv mensis Augusti, in festo Assumptionis B. Mariae Virginis, anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

# ACTA SS. CONGREGATIONUM

## SACKA CONGREGATIO RITUUM

. i

### MATRITEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI VIN CENTI AE MARIAE LOPEZ VICUÑA, FUNDATRICIS INSTITUTI FILIARUM MARIAE IMMACULATAE PRO PUELLIS FAMULATUI ADDICTIS.

SUPER DUBIO

*An sit signanda Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?*

In Hispaniae Regno catholica et operosa fide conspicuo, sanctis que viris ac feminis glorioso, atque in eius urbe principe quae concivem suum ac patronum ferventi devotione colit sanctum Isidorum Agricolam, Matriti nempe, pie defuncta et deposita, virtutum operumque fama et exemplo adhuc vivens et loquens, speciosa exhibetur humilis hispana virgo Vincentia Maria Lopez Vicuña. Hanc ancillam suam e devoto ac femineo sexu elegit Deus ac praeelegit, suffragante Deipara Virgine Immaculata, ad opus, familiis christianis valde utile et acceptum, sodalitatis religiosae instituendae sub titulo Filiarum Mariae Immaculatae pro puellis famulatui addictis. Iuvat interim ad rem et causam praesentem aliquid de vita et gestis huius Servae Dei breviter innuere. In oppido *Cascante,* Tirasonensis dioecesis, a coniugibus Iosepho Maria Lopez Jiménez et Nicolao Vicuña Garcia, nobilitate ac rehgione claris, die 22 Martii anno 1847, in lucem orta est Dei famula cui postridie in lavacro regenerationis imposita fuere nomina Vincentia Maria. Sub custodia et institutione parentum, puellula corporis venustáti iüngebat quosdam sensus et affectus mentis et cordis in Deum sacrasque imagines una cum studio benefaciendi parvulis. - Septennio Matritim deducta est apud dominam Eulaham, amitam suam, quae cum fratre Emmanuele cooptata fuerat in piam sodalitatem a doctrina christiana, cuius praecipuus finis erat opera misericordiae corporalis et-spiritualis exercere, praesertim erga infirmos Hospitalis generalis. Ibi potuit ipsa noscere miserandam conditionem puellarum quae in privatis

domibus servitio destinatae, statim ac aegrotarent, in nosocomio receptae atque sanitati restitutae et dimissae, per vias quasi errantes et mendicantes pluribus periculis animae et corporis expositae reperiebatur. Hisce adiunctis et periculis consideratis, Eulalia, die 8 Decembris anno 1853, Beatissimae Virgini Mariae Immaculatae promisit atque obtulit operam, bona seque ipsam pro illis ancillulis; eademque die domum in via *Luciente* conduxit, ubi tres lectulos posuit, tresque ancillas excepit ad nobilem finem sibi propositum, earum conditioni christiana caritate sublevandam Haec domuncula exstitit veluti semen a Deo benedictum et fructiferum crescentis operis. Eulalia, divinae Providentiae et Mariae Immaculatae auxilio confisa, neptem Vincentiam Mariam ad rem aptam et aestimatam, iu suam cooperatricem adsciscere voluit. Haec autem piis exercitationibus et Sacramentorum frequentia magis in dies mente et corpore ita succrevit, ut Iesu Christo crucifixo tota consecrata et Deiparae Immaculatae integre devota, modestiae et castimoniae fidelissima custos oblatas sibi nuptias etiam nobiles, divites et optimas constanter renuerit brevi ac prompto responso: «Ne regi quidem neque sancto nubam». Nec mirum si anno 1866, exacto pio exercitio in honorem divinae Matris, mense Maio, aetate fiorente, de consensu sui confessarii P. Medrano S. L, castitatis votum emiserit et ad multiplicem pietatis et apostolatus formam se dicaverit. Praeter enim sodalitates quibus dederat nomen et operam, nempe Ss. Rosarii, Filiarum Mariae, Ss. Cordis Iesu, Vigiliae ad Ssmum Sacramentum et sacrarum Missionum, angelica quadam caritate bona corporalia et spiritualia pauperum, egenorum atque infirmorum curabat visitatione, oblatione et exhortatione; iam experta et probata divinae misericordiae ancilla et discipula erga ancillulas domunculae suae. Anno aetatis vigesimo primo decurrente, dum adire soleret conventum Matritensem Visitationis, ad spiritualem animi profectum atque in eo ad sacrum velum suscipiendum se inclinatam ostenderet, amita Eulalia, patruus Emmanuel et ipse confessarius nitebantur eam suadere ut operi domunculae regendo et amplificando iuxta viam suam, continuata sedulitate et virtute operam navaret. Anceps in hoc bivio atque intimo ac diutino turbata certamine Vincentia Maria assiduis precibus bonisque operibus quaerebat, ut supernum lumen providum que consilium sibi pateret. Neo humili et oranti virgini defuit succursus divinae dementiae et patrocinium Virginis Immaculatae, in spirituali recessu apud religiosas Visitationis ad hunc finem suscepto die 4 Man an. 1868. Lux nova cunctas animi nubes et anxietates dissipavit et effulsit, eiusque auribus vox quaedam arcana resonare visa est: « Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor ». Tunc binae sententiae aliquantum discrepantes in unam sententiam compositae sunt; et Insti-

tutum quod in domuncula ancillarum erat veluti in cunabulis novae familiae religiosae, deinceps felici progressu auctum, amplificatum et propagatum cum Apostolicae Sedis laude et approbatione floruit et florescit sub titulo « Filiarum Mariae Immaculatae pro puellis famulatui addictis ». Sedes nascentis Instituti religiosi in novam conductam domum translata die 7 Iunii eiusdem anni, ibique sacello rite erecto per Breve Apostolicum, P. Medrano sacrum litavit, adstantibus plusquam centum ancillis, ipsa Vincentia Maria cantu et cymbalo personante in laudem Dei et sacrosancti mysterii. Haec autem, quum non posset a parentibus consensum obtinere pro sua vocatione religiosa, in paternam domum redire coacta est; donec Vincentia Maria gravi morbo correpta, parentes audita medici sententia aquam oppidi noxiam esse filiae curationi, veniam illi dederunt redeundi Matritim, dummodo tempore aestivo oppidum peteret ad eos invisendos, qui tamen postea et ipsi Matriti domicilium proprium habuerunt. Itaque Dei Famula denuo praeesse potuit operi suo, illudque fovere, augere et anno 1875 etiam appositis regulis munire, tum pro sororibus sodalibus, tum pro ancillis intra vel extra domum religiosam degentibus. Sodales post biennium tyrocinii, formationem spiritualem atque probatas habilitâtes, ad tria vota religiosa rite admittuntur. Ancillae vero honestae et laboriosae gratuito hospitio receptae, ad congruam pietatem, ad muliebres artes et ad officia domestica erudiantur. Servientes demum, iri privatis domibus degentes consilia, monita et subsidia per sorores sodales et matronas inspectrices suscipiunt, ut recte agant, dominis subiiciantur, diebus festis Missae aliisque functionibus adsistant, doctrina christiana instruantur et bene dispositae ad Sacramenta accedant. Die 11 Iunii in Festo Ssmae Trinitatis anno .1876 Emus Dnus Cyriacus Maria Sancha y Hervas, Episcopus auxiliaris Archiepiscopi Toletani, admirator operis Servae Dei quod e simplici consociatione in religiosum Institutum convertere sategerat, ab ipso Archiepiscopo delegatus benedictionem et impositionem habitus religiosi solemni caeremonia peregit super tres sorores Vincentiam Mariam, dominam Pilar de los Bios, viduam, et Patrocinium de Pagos adolescentulam. Aliae duae, Dña Eulalia et Emerentiana, licet admissae, habitum recipere non potuerunt, quia impeditae, illa aegritudine, haec senectute. Die 16 Iulii, in commemoratione B. M. V. de Monte Carmelo, fundatrix eiusque duae sociae privata vota emiserunt, dum velum benedictum fuit impositum sex postulantibus quae, subsequenti Festo Assumptionis ipsius Deiparae, religionis habitum receperunt, - ex his soror Teresia Orti, post Fundatricis obitum, superiorissa generalis electa et confirmata fuit - et tunc sodales religiosae antiphonam *Salve Regina* canentes, prima vice clausuram ingressae sunt. Institutum deinde in ampliorem domum, pio-

rum stipe emptam, transtulit collegium, sororum et ancillarum, conditis aliis domibus in variis dioecesibus: unde meruit obtinere ab Apostolica Sede decretum laudis anno 1888, atque ita aditus patuit Pontificiae approbationi constitutionum. - Vincentia Maria quae a P. Victorio Medrano S. I. speculum et normam vitae religiosae acceperat et observabat; ab illius successore P. Hildago, S. I. qui prius Servae Dei et postea totius communitatis exstitit pater spiritualis ab anno 1875 usque ad annum 1912, et biographiam Servae Dei exaravit, nova documenta pietatis et perfectionis religiosae hausit largius, et ad exemplum sanctae Teresiae a Iesu, votum emisit et adimplevit efficiendi semper quidquid perfectius esse intelligeret, ipso Patre hoc testante. Tandem Dei famula laboribus non minus quam morbis fracta, sodalium et ancillarum optima mater, virtutibus et meritis dives, Sacramentis Ecclesiae refecta et roborata, audita ex Evangelio lectione Passionis Domini, quatuor et quadraginta aetatis annos agens Matriti in pace quievit, die 26 Decembris anno 1890. Funere solemniter peracto, cadaver magno populi concursu et devotione in coemeterio S. Iusti die 1 Ianuarii 1891 humatum fuit. Triennio post in principem Instituti domum Matritensem in via *Fuencarral* translatum, primo in vetere dein in nova capella, apposito sepulcro et piorum fidelium visitatione, honoratur. Fama sanctitatis in vita et post obitum Servae Dei magis clara et diffusa, una cum suo Instituto Filiarum Mariae Immaculatae, in pluribus civitatibus et locis Europae et Americae atque in hac ipsa alma urbe, viam aperuit inquisitionibus informati vis Matritensi, Valentinae et Barcinonensi super ea conditis, absolutis et ad Sacram Rituum Congregationem transmissis. Quum vero, ex decreto- S. R. C. 28 Maii 1924 super revisione scriptorum Servae Dei, nihil obstet quominus ad ulteriora procedatur et omnia ad rem in promptu sint, instante Rmo Dno Carmelo Blay, Procuratore Pontificii Conlegii Hispani in Urbe et huius Causae legitimo postulatore, vota quoque fervida depromente totius Instituti Filiarum Mariae Immaculatae pro puellis famulatui addictis, attentisque amplissimis Litteris postulatoriis S. M. Alfonsi XIII, Regis Hispaniae, atque plurium Emorum S. R. E. Cardinalium, Rmorum Archiepiscoporum et Episcoporum necnon Capitulorum, parochorum, ac religiosorum utriusque sexus, aliorumque virorum ac mulierum civili dignitate vel nobilitate praestantium, Emus ac Rmus Dnus Antonius Cardinalis Vico, Episcopus Portuen. et S. Rufinae, eiusdem Causae Relator seu Ponens, in Ordinariis Sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi

Ponentis, audito etiam voce ac scripto E. P. D. Carolo Salotti, Eidei promotore generali, omnibus sedulo perpensis rescribere censuerunt: *Affirmative, seu signandam esse Commissionem Introductionis Causae si Sanctissimo placuerit.* Die 17 Iulii .1928.

Pacta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI per E. P. D. Carolum Salotti, Fidei promotorem generalem relatione, Sanctitas Sua rescriptum Sacrae Rituum Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem Introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Vincentiae Mariae Lopez Vicuña, Fundatricis Instituti Fiharum Mariae Immaculatae pro puellis famulatui addictis. Die 18 Iulii 1-928.

£ß A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Eufinae,
*S. B. C. Praefectus.*

L. © S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

## II

## PASSAVIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVI DÈI FR. CONRADI A PARZHAM LAICI PROFESSI ORDINIS MINORUM CAPPUCCINORUM.

SUPER DUBIO

*An constet de Virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum ac proximum, nec non de cardinalibus. Prudentia, Iustitia, Fortitudine, Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum : de quo agitur?*

In tanto ac pertinaci studio, quo cuiusvis ordinis gentes fastum, honores et saeculi illecebras prosequuntur et anquirunt, in iisque suas delicias ponunt, nihil opportunius ac salubrius opponi potest quam virorum exempla, qui honesto loco nati saeculi oblectamenta et familiae commoditates despicientes durum et asperum vitae genus amplectuntur, et in humilitate ac paupertate degentes quid sit vitandum et quid agendum praeclare ostendunt, ut caritas Christi animas nostras perfectionis vinculo laetificet Deoque dilectas efficiat. Huiusmodi virorum quovis tempore copia non defuit, ex castris nostris profecta, in quibus se abscondere et ad evangeli-

eae legis praecepta Se conformare studuerunt, nihil habentes et nihil praeter caelestia in cordibus suis concupiscentes.

Conspicuum inter recentiores locum tenet Fr. Conradus a Parzham, qui praeclarum exemplum praebet, quod mollis et ambitiosae aetatis nostrae licentiam acriter exprobat. Ortus in rurali praedio *Venus* nuncupato apud Parzham, intra dioeceseos Passaviensis ambitum, parentesque nactus mediocriter bonis fortunae sed uberius christiana religione instructos, facile ab eisdem optimam disciplinam didicit, atque in paterna domo pueritiam et adolescentiam nitide exegit. Ad solitudinem promis, aequalium societatem vitare studebat, deliciasque suas reperiebat in oratione, praesertim in templo, sibi aliquot saepe adsciscens socios, quos fervore animique candore nedum alliciebat, sed et ad Dei amorem rapiebat.

Parentibus amantissimis orbatus, quum iam tricesimum primum aetatis annum attigisset, rerum humanarum caducitatem magis magisque recogitans, se totum Deo mancipare decrevit, Eumque tamquam partem hereditatis suae deligere. Egenis itaque et pauperibus patrimonialia bona distribuit, omnemque vitam suam conformare constituit illi Christi Domini documento: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, tollat crucem suam et sequatur me* (Matth., XVI, 24), scilicet statuit in absoluta sui abnegatione sanctitatis auctorem et magistrum sequi. Quam ob rem inter Fratres Capulatos cooptari voluit, eamque evangelicae asperitatis disciplinam, quam iidem colunt, ita est prosecutus, ut veluti perfectionis exemplar absolutissimum eluceret et haberetur ab omnibus. Exacto laudabiliter tyrocinii tempore, cum seraphico spiritu se egregie imbutum probasset, laboriosum ac periculis non expers illico sibi demandatum suscepit ianitoris munus in conventu a S. Anna appellatum, qui princeps erat in Bavarica provincia. Exstat in ecclesia coenobio adnexa Virginis Deiparae imago, quam veneraturi adeunt frequenter christifideles etiam turmatim ex Germania et Austria, omnesque coenobium ingrediuntur ut suis necessitatibus prospiciant. Caritate et patientia cunctos Dei Famulus excipiebat, omnes solari opemque, uti poterat, egentibus suppeditare in deliciis habebat, ac neminem dimittebat umquam, cuius iustae petitioni non adhaesisset, liberalem magis erga peregrinos quam asperum sese exhibendi cupidus.

Quadraginta annorum spatio ianitoris munus retinuit, verbo et exemplo virtutis heroicae specimina praebens, adeo ut boni et sancti ostiarii sibi laudem comparaverit, suumque nomen immortalitati tradiderit. Morbo et laboribus confectus vix mortem sibi instare percepit, omnibus Ecclesiae solatiis muniri voluit, atque ad extremam horam se pientissinle paravit. Ad eius funebria fidelium turba ultro confluxit, quae demortui sanctitatem una voce extollebat et praedicabat. Quae fama ad inquisitionem Ordinarii

auctoritate adornandam incitamentum, praebuit, brevique, quum nullae adessent difficultates quae postulantium animos haerentes detinerent, ceterae omnes iudiciales formulae adimpletae sunt, atque, signata die vicesima mensis Maii anno millesimo nongentesimo vicesimo quarto Commissione introductionis Causae, post triennium cuneta praesto fuere quae ad quaestionem de virtutibus in specie parata sint oportet. Itaque superiore anno millesimo nongentesimo vicesimo septimo locum habuit in aedibus Reverendissimi Cardinalis Andreae Frühwirth, causae Relatoris, Antepraeparatoriu S Coetus, ac decem post menses habitus est Coetus Praeparatorius in aula Congregationum Palatii Apostolici Vaticani. Novissime vero, die nimirum vicesima quarta superioris mensis Iulii coactus est universus suffragatorum coetus coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, atque proposito dubio a memorato causae Ponente, utrum constet • de virtutibus heroicis Fr. Conradi a Parzham, omnes qui interfuerant affirmativa suffragatione de re constare responderunt; Beatissimus vero Pater sententiam suam decretoriam differre censuit, precesque fieri commendavit pro exposcenda caelestis luminis pleniore claritate.

Quum vero mentem suam pandere statuisset, hodiernam diem, ob solemnia Virginis Mariae in caelum receptae f austissimam designavit; eapropter acciri voluit Reverendissimos Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuen. et S. Rufinae, sacraeque Rituum Congregationi Praefectum, et Andream Friihwirth, Causae Ponentem; itemque R. P. Carolum Salotti, S. Fidei promotorem generalem, meque infrascriptum a secretis, atque, sacra Hostia fervide oblata, ad hanc nobiliorem aulam accessit solioque pontificio assidens solemniter sanxit: *Constare de Virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum ac proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine, Temperantia earumque adnexis Ven. Servi Dei Fratris Conradi a Parzham, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.* Hoc decretum publici iuris fieri et in acta Sacrorum Rituum Congregationis referri iussit, decimo octavo Kalendas Septembris anno millesimo nongentesimo vicesimo octavo.

A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
*S. B. C. Praefectus.*

L. © S.

Angelus Mariani, *S. B. C. Secretarius.*

# III

## ROMANA SEU IANUEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VEN. SERVAE DEI PAULA FRASSINETI! FUNDATRICIS CONGREGATIONIS SORORUM A S. DOROTHEA.

SUPER DUBIO

*An constet de Virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum ac proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine, Temperantia earumque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum, de quo agitur?*

Digna sane quae in prudentum virginum numerum recenseatur Yen. Famula Dei Paula Frassinetti, quippe quae virginitatis studio incensa non sibi uni prospicere Deoque placere sategit, verum etiam ad religionis et civilis societatis bona quot plura posset procuranda et provehenda, tamquam munus sibi caelitus creditum, ingenium suum ac vires omnes convertit ac impendit, uberesque fructus collegit, quin umquam, deficiente oleo, eius lampas exstingueretur. In praenobili civitate Ianuensi genita a piis honestisque parentibus, adeo in fidei rudimentis addiscendis domi profecit, ut adhuc puerula pietatem impense coleret, et a saeculi illecebris omnino alienam se custodiret. Eius domus sanctitatis domicilium iure poterat nuncupati. Quatuor inibi fuerunt germani fratres, omnesque clericalem statum' amplexi sunt. Matre immatura morte sublata, vix nonum aetatis annum agens Dei Famula, tantum infortunium luxit amare, atque paullo post animum suum domesticis rebus intendit ac familiae negotia gerenda suscepit, probitatem et prudentiam exhibens in exemplum proponendas.

Quum autem, succrescente aetate, plenius perspicere valuit quae et quanta sit angelicae virtutis praestantia, illud ob oculos assidue habuisse videbatur Pauli Apostoli effatum: *Mulier innupta et virgo cogitat quae Domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu (I COrinth.,* VII, 38); ardenti enim desiderio vehementius teneri coepit, totam se mancipare Deo, et proximorum necessitatibus data opera prospicere. Virginis castissimae ipsa iam typus absolutissimas evaserat, sed haud satis firma fruebatur valetudine, ut idonea censeretur quae religiosum coenobium ingressa cuncta officia paribus viribus adimplere valeret. Interim alter ex eius fratribus germanis, Iosephus, est sacerdotio initiatus et tamquam curio ad oppidum Quintum, non longe ab urbe Ianuensi missus, quem secuta est Paula, ut ex loci salubrità te corporis vires reficeret, et quae sibi profutura essent consilia sancte deliberaret. Res optime cessit; ac Serva Dei de virtute in virtutem progre-

diens, ab omni fas tu ot imperiosis moribus iugiter abhorrens, aequalium animos sibi facile devincire potuit. Ipsa externa facies, oris totiusque corporis habitus, alloquium et ingenium singularem modestiam spirabant, quo fiebat, ut ei libenter adhaererent et sociarentur non paucae puellae etiam ex aetate grandioribus, eamque de Deo ac de religione disserentem attente audirent et sequerentur. Id diebus festis apprime contingebat, quum, sacris in ecclesia paroeciali persolutis officiis, Dei Famula in silvanam loci partem secedens, perbelle quae essent domestica quaeque religiosa munia a singulis fideliter obeunda explanabat, saepeque eius alloquium evangelicae perfectionis assequendae desiderium in audientium puellarum animis inficere et succendere solebat. Brevi factum est, ut huiusce palestrae plures postularent ad coenobiticam vitam convolare; sed necessariae deerant opes, nec facile videbatur huiusmodi obstaculum removere. Hoc tamen removit mens provida Ancillae Dei, quae, abruptis induciis, aediculam conduxit, in eaque sex socias collegit, egentium puellarum curas suscepturas. Haec fuere novae Congregationis incunabula, quam Sororum a S. Dorothea nomine compella vit, ut omnes perpetuo memores essent, cunctis pietatis et caritatis officiis, quae pii iam exsistentis operis S. Dorotheae propria erant, addictas et mahcipatas esse debere. Exordia ardua et difficilia fuere, ac in apertum dissociationis discrimen adducta est inita familia, quae eximia prudentia Ven. Servae Dei iterum fuit coacta, ab eiusque vigilanti regimine firmitatis et prosperitatis incrementa accepit.

Aucto sociarum numero, Ancilla Dei inopiae incommoda submovere studuit, atque ampliores aedes in Ianuensi civitate posuit. Cito pia institutio florescere coepit, eiusque regionis fines est transgressa, prudentibus omnibus, qui emolumenta exinde parta conspexerant.

Anno autem millesimo octingentesimo quadragesimo primo Bornant petiit Ven. Paula, ut a se condita sodalitas, una cum concinnatis regulis, Apostolica potestate muniretur, datumque ei fuit principem illius sedem alma in Urbe constituere; ex qua primum in Brasiliani, ac paulo deinceps in Lusitanianl suarum Sororum manipulum transmisit. Non labores, non adversitates eam defatigarunt umquam, neque multae aquae valuerunt exstinguere caritatem, qua venerabilis mulier pro puerilis praesertim aetatis bono flagrabat. Inter discrimina non pavit; ac in rebus trepidis caritate et liberalitate sua infensos homines innoxios reddit; atque ita quod fidenter omnino susceperat opus, alacriter prosequuta est, feliciterque perfecit, erga sacrorum Antistites et Romanum Pontificem obsequentissima, quorum voces et actiones tamquam tutissimas agendi regulas semper maximopere venerata est.

Anno demum millesimo octingentesimo septuagesimo sexto Bononiae, quo ad Sorores invisendas se contulerat, apoplexia correpta est, unde Romae restituta fuit, quin liberum omnium membrorum suorum usum recuperasset umquam. Vitam ad sexennium produxit inter morbi molestias, et luculentissima tunc praebuit heroicae virtutis exempla, atque dum corpus ferme immobile evaserat, spiritus alacriore fiducia ad Deum ferebatur, atque cum piis monitis ad suas sodales dicere de se poterat: *Y laete quia non soli mihi labor avi (Deel.,* XXIV, 46). Non pluribus a beato eius obitu elapsis annis, de caelitum honoribus eidem condendis studiose est cogitatum. Inquisitionibus itaque iudicialibus in eius vitam et res gestas ad iuris normam sedulo exactis, ceterisque omnibus praescriptionibus rite absolutis, iudicium de heroicis Ven. Servae Dei virtutibus coeptum est. Quapropter in aedibus Reverendissimi Card. Alexandri Verde, causae Relatoris, die vicesima secunda mensis Februarii anno millesimo nongentesimo vicesimo septimo est habita Congregatio antepraeparatoria; quam die decima quarta Februarii vertentis anni secutus est praeparatorius coetus in Apostolico Palatio Vaticano; atque die vicesima sexta superioris mensis Iunii universa comitia coadunata sunt coram sanctissimo Domino nostro Pio Papa XI, in quibus praefatus causae Relator dubium de heroicis Ven. Ancillae Dei virtutibus discutiendum de more proposuit. Reverendissimi Cardinales et Patres Consultores suffragia sua ex ordine protulerunt, quibus perceptis Beatissimus Pontifex suam mentem satis aperte significavit, sententiam tamen decretoriam in aliud tempus proferre distulit, ut interim in re tam gravi uberius e caelo lumen precibus exposceretur.

Laetissimum vero hanc elegit diem, qua solemnia in honorem sanctae Mariae sideribus receptae aguntur; quocirca accersiri voluit Reverendissimus Cardinales Antonium Vico, Episcopum Portuen. et S. Rufinae, Sacrae Rituum Congregationi Praefectum, et Alexandrum Verde, Causae Relatorem, nec non R. P. Carolum Salotti, S. Fidei promotorem generalem, meque infrascriptum Secretarium, et, Sacro devotissime facto, nobiliorem hanc Vaticanam aulam ingressus et Pontificio solio assidens, solemni decreto edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate in Deum ac proximum; nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Fortitudine ac Temperantia earumque adnexis in gradu heroico, Ven. Servae Dei Paulae Frassinetti, in casu et ad effectum de quo agitur.* Hoc vero decretum evulgari et in actis Sacrae Rituum Congregationis referri mandavit, decimo octavo Kalendas Septembris anno millesimo nongentesimo vicesimo octavo.

gg A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
*S. B. C. Praefectus.*

Angelus Mariani, *S. B. C. Secretarius.*

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## ERRATUM CORRIGE

Pag. 281, lin. 12 ss., propter lapsam inter correctiones lineam, textus sensusque mutatus est, qui sic restitui debet:

Testis est Gregorius XVI, ad Summi Pontificatus fastigium evectus, postquam res russicas diligentissime exploraverat, quippe qui, eo ipso anno quo pontificia legatione apud Alexandrum I perfuncturus erat, Russorum Imperatorem morte praeripi planxisset; testis Pius IX ...

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*Assistenti al Soglio Pontificio:*

*21 Aprile 1928.* Monsig. Francesco J. Beckman, Vescovo di Lincoln.
*23 Luglio* » Monsig. Salvatore Frattocchi, Vescovo di Orvieto.
*31* » » Monsig. Agostino Bludau, Vescovo di Warmia.

*Protonotari Apostolici* ad instar participantium*

*2 Agosto 1928.* Monsig. Bernardo Giuseppe Eras, della diocesi di Bois-le-Duc.
*27* » » Monsig. Agostino Spannenkrebs, della diocesi di Warmia.
•5 *Settembre* » Monsig. Vincenzo del Signore, della diocesi di Fano.

*Prelati Domèstici di S. S.:*

*28 Aprile 1928.* Monsig. Pietro Bagarotti, della diocesi di Cotrone.
*4 Maggio* » Monsig. Michele J. White, della diocesi di Newark.
*13 Giugno* » Monsig. Giuseppe Gignac, dell'archidiocesi di Quebec.
*13 Luglio* » Monsig. Paolo Heider, dell'archidiocesi di Olmütz.
*14* » » Monsig. Martino Cagigos et Balda, della diocesi di Barcellona.
*26* » » Monsig. Giuseppe Roca, della diocesi di Urgel.
*31* » » Monsig. Antonio Bystrzonowski, dell'archidiocesi di Cracovia.
» » » Monsig. Simone Hanuszek, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Alberto Angellotti, della diócesi di Montepulciano.
*1 Agosto* » Monsig. Alberto Lauscher, dell'archidiocesi di Colonia.
*2* » » Monsig. Giovanni O'Neil, della diocesi di Ogdensburg.

*9 Agosto 1928.* Monsig. Michele Miller, dell'archidiocesi di Santiago del Cile.
» » » Monsig. Emmanuele Tommaso Mesa, della medesima archidiocesi.
*11* » » Monsig. Carlo Mecchia, della diocesi di Trieste.
*27* » » Monsig. Francesco Sander, della diocesi di Warmia.
» » Monsig. Giovanni Wickert, della medesima diocesi.
» » Monsig. Giulio Marquardt, della medesima diocesi.
» » Monsig. Andrea Hinzmann, della medesima diocesi.
*3 Settembre* » Monsig. Pietro Arthaud, dell'archidiocesi di Lione.
*4* » » Monsig. Pietro di Pietro, della Prelatura *Nullius* di Valle di Pompei.

## ONOBIFICENZE

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

*La Commenda dell'Ordine Piano:*

*11 Giugno 1928.* Al sig. Cirillo F. Belage, dell'archidiocesi di Quebec.

*Il Cavalierato dell'Ordine Piano:*

*28 Dicembre 1927.* Al sig. Mohamed Giaafar Agha, della Delegazione Apostolica di Siria.

*La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*6 Agosto 1928.* Al sig. Abel Iturralde (Bolivia).
*10* » » Al sig. conte Stefano Boberto de Beauchamp, della diocesi di Tarbes e Lourdes.

*La Commenda con placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, elasse civile:*

*13 Luglio 1928.* Al sig. Carlo Herold, della diocesi di Münster.

*La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*11 Giugno 1928.* Al sig. Enrico Belaud, dell'archidiocesi di Quebec.
*21* » » Al sig. cav. Alessandro Cardon-Duverger, dell'archidiocesi di Cambrais.
*30* » » Al sig. Alessandro Savignon, del Vicariato Apostolico di Egitto.
*26 Luglio* » Al sig. Alberto Badini Confalonieri, delParchid. di Torino.
*16 Agosto* » Al sig. Cesare Pesenti, della diocesi di Bergamo
*21* » » Al sig. Visconte Gaetano de Heurtaumont, della diocesi di Séez.

*II Cavalierato dell''Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*27 Ottobre 1927.* Al sig. D. Jaime Costea Bernard, della diocesi di Madrid.
*20 Luglio 1928.* Al sig. Giovanni Chini, dell'archidiocesi di Milano.
*28* » » Al sig. Luigi Loreia, della diocesi di Novara.
*3 Agosto* » Al sig. Giovanni Marmion, della diocesi di Down e Connor.
*16* » » Al sig. Everardo Havenith, dell'archidiocesi di Malines.
» » » Al sig. Ludovico Van den Wildenbergh, della medesima archidiocesi.
» » » Al sig. Giacomo Stulemeyer, della medesima archidiocesi.

## MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

### NOMINE

Con Biglietti di S. E. Bma Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*Camerieri Segreti Soprannumerari di S. S. :*

*8 Agosto 1928.* Monsig. Giuseppe Nava, dell'archidiocesi di Milano.
*24* » » Monsig. Annibale Malinverni, della diocesi di Pavia.
*27* » » Monsig. Alberto Comoglio, dell'archidiocesi di Torino.

*Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S. :*

*10 Luglio 1928.* Il sig. marchese Enrico Sagnier e Villavecchia, della diocesi di Barcellona.

*Cameriere d'onore in abito paonazzo di S. S. :*

*20 Settembre 1928.* Monsig. Raffaele Negro, della diocesi di Otranto

## NECROLOGIO

*25 Agosto 1928.* Monsig. Alessandro Poirier, Vescovo di Tarbes e Lourdes.
*25 Settembre* » Monsig. Benedetto Spila, Vescovo tit. di Aretusa.

Annus XX - Vol. XX 5 Novembris 1928 Num. 11

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

## COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. XI

## LITTERAE APOSTOLICAE

### I

APPROBANTUR AUCTORITATE APOSTOLICA CONSTITUTIONES MISSIONARIORUM OBLATORUM B. M. V. IMMACULATAE.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. —Mirabili plane modo, primis Ecclesiae saeculis, « multus numerus credentium conversus est ad Dominum » Fidei praeconum opera, quos Deus suscitavit, quique uberrimos fructus ex suo labore perceperunt, quia «erat manus Domini cum eis»; ita etiam, progressu saeculorum, pro opportunitate temporum et gentium necessitatibus, continenter in Ecclesia sua suscitat, vivificat dilatatque benignissimus Deus sacros virorum coetus, qui primae christianae aetatis praecones aemulati eorumdemque spiritu accensi, in longinquas, a patrio loco valde dissitas, regiones lucem Christi afferunt populosque ibidem degentes ad Fidem adducunt, atque aliti vere a manu Domini ac sustenti, magis magisque in dies mirabiliter succrescunt, robore atque alumnorum numero augentur gentes multas ad Dominum convertunt. Hoc profecto dicendum de Missionariis Oblatis a Maria Immaculata, quorum Institutum, abhinc fere biennium, vix centesimum annum à canonica sua confirmatione celebravit. Verum parva atque humilia habuit initia congregatio ipsa ad Aquas Sextias prope Massiliam, opera praesertim Caroli Iosephi Eugenii de Mazenod, ab anno MDCCCXXXVII etiam sollertissimi Massihensium. episcopi, qui quinque, sub titulo Missionariorum Provinciae, sibi additis^sociis, ad aberrantes populares in rectam salutis viam revocandos, anno M^GCCXVI, totum se dedit. At, dilatatis in vinea Domini laboribus, novisque-'yenientibus sociis, pius fundator, societate sua iuxta ceteras religiosorum fami-

lias constituta, regulas quoque seu Constitutiones apte redegit, quas dein Litteris Apostolicis sub anulo Piscatoris die xxi m. Martii, an. MDCCCXXI Leo PP. XII rec. mem. Decessor Noster amplissime approbavit, una cum Instituto ipso, quod, nomine « Congregationis Oblatorum Sanctissimae Virginis Mariae sine labe conceptae » in posterum insignitum, ab eodem de Mazenod, donec viveret, moderandum statuit. Galliae limites praetergressa Congregatio, vivo adhuc conditore, in Anglia et in Hibernia domos habuit; paulo post eiusdem sodales, Americae septentrionahs terras peragrati, missiones plures ibidem a regione Mexicana ad mare arcticum usque constituerunt; dein etiam in orientalibus Indiis atque in Africa meridionali, aliis novisque sedibus sibi factis, operam suam in gentes Fidei lumine inlustrandas Missionarii Oblati impenderunt. Ab initiis enim fundator sibi sociisque sacras missiones in pagis atque in urbibus patriae regionis praedicandi finem tantum proposuerat; sed brevi, Litteris quidem probantibus Apostolicis tum Gregorii XVI tum Pii IX, ipse, eiusque sodales, evangelizare quoque infideles in dissitis Missionum regionibus decrevere. Cum sollertissimis tamen studiosisque Oblatis a Maria Immaculata haec in nomine Domini agenda ne adhuc sufficerent, praeter dictum primarium finem, tamquam finis secundarius Congregationi tum Seminaria moderari, tum clerum finitimarum dioecesium reformare, iuvenes laicos educare etiam propositum est. Ad quae omnia consequenda institutoris sociorumque eius aetas multa laudis imitanda successoribus tulit: in Iesum amorem ardentem, obsequium in Ecclesiam plenum, et in Dominico agro Iaborandi studium validius quam alia quaecumque res, eademque vita. Nil mirum itaque si anno MDCCCLXI, quum fundator ac tam frugiferae societatis moderator C. I. Eugenius de Mazenod, Massiliensium episcopus, ex hac vita migravit, iam Congregatio ex quattuor provinciis religiosis constaret, eiusdemque sociis quinque apostolicorum vicariatuum cura in regionibus missionariis commissa esset. Nunc autem, ab approbatione prima Constitutionum vix saeculo elapso, plus quam tria millia sodalium, quorum sexdecim charactere episcopali insigniti, in octo et decem provincias distributa, congregationem constituunt Missionariorum Oblatorum, qui multis in orbis partibus vel longo terrarum marisque spatio seiunctis, sive in Europa et in Americis, sive in Africa meridionali atque in Indiis orientalibus luculentissima suae in Christo caritatis erga populos testimonia praebent, atque uberes salutis fructus colligunt. Vere manus Domini cum illis est! Nostrorum igitur Decessorum vestigia prementibus Nobis peropportunum videtur vigili cura prospicere ut haec tot tantisque nominibus optime merita religiosorum virorum familia iis omnibus muniatur praesidiis, quae ad eiusdem emolumentum ac bonum provehendum apta sint, et quae

ipsius stabilitatem atque integritatem maxime procurent. Quapropter eum hodiernus moderator generalis Congregationis Oblatorum Beatae Mariae Virginis Immaculatae, venerabilis frater Augustinus Dontenwill, Archiepiscopus titulo Ptolemaidensis in Phoenicia, suo atque universae, cui praeest, familiae religiosae nomine, enixis precibus Nos rogaverit ut Congregationis Oblatorum Constitutiones nunc ad Codicis iuris canonici normam emendatas consensu Nostro apostolico munire dignaremur: Nos probe noscentes Constitutiones ipsas, a pio Congregationis ipsius conditore iam primo exaratas et tamquam aptissimas ad fines instituti pertingendos a Decessoribus Nostris pluries probatas fuisse, votis Nobis adhibitis adnuendum ultro libenterque existimavimus. Et re vera, post Litteras Apostolicas *Si tempus unquam* Leonis PP. XII, Institutum regulasque Oblatorum quas supra memoravimus adprobantis, Gregorius PP. XVI die xx m. Martii an. MDCCCXLVI, Litteris Apostolicis sub anulo, Congregationem praefatam eiusdemque Constitutiones, propter missiones tunc susceptas in regionibus infidelium, hic illic emendatas confirmavit; itemque Pius PP. IX similibus Apostolicis Litteris, die xxvni Martii an. MDCCCLI datis, alias a generali coetus capitulo anni praecedentis MDCCCL propositas immutationes auctoritate sua roboravit; anno denique MDCCCCX rec. mem. Pius PP. X, die vir m. Septembris, Instituti regulas, cum addictionibus atque innovationibus a capitulo generali an. MDCCCCVIII celebrato inductis, Litteris suis sub anulo Piscatoris plenissime sanxit.

Verum etiam in praesens ad ipsius Congregationis bono satius consulendum aliae emendationes atque additamenta tum ob novas temporum ac locorum circumstantias tum praesertim ob iuris canonici Codicis promulgationem in supra dictis Constitutionibus desiderabantur; ideoque novum regularum schema, latino sermone exaratum, Sacrae Congregationi Religiosorum Sodalium propositum est atque ab eadem recognitum; cuius quidem tenor hic sequitur, videlicet:

## CONSTITUTIONES ET REGULAE CONGREGATIONIS MISSIONARIUM OBLATORUM SANCTISSIMAE ET IMMACULATAE VIBGINIS MABIAE

### PRAEFATIO

Ecclesia, praeclara Christi Salvatoris hereditas.... *(et quae sunt reliqua).*

Votis itaque venerabilis fratris Augustini Dontenwill, Archiepiscopi titulo Ptolemaidensis, Moderatoris generalis Congregationis Missionariorum Oblatorum a B. Maria Virgine Immaculata, omniumque eiusdem Con-

gregationis sodalium, ut uberiore ipsi cum fructu salutare mmisterium suum in terris adimplere valeant, conlatis etiam consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Congregationi praepositis pro Religiosorum coetuum negotiis pertractandis, omnibusque rei momentis attente perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Constitutiones suprascriptas Missionariorum Oblatorum, qui a B. Maria Virgine Immaculata nuncupantur, plenissime adprobamus eisdemque supremum Apostolicae sanctionis robur adiicimus. Ominamur nunc propterea et cupimus ut benignissimus Deus frugiferam hanc Congregationem servet ac foveat; eiusdemque sodales adiutricis sapientiae suae lumine in Evangelio infidelibus praedicando, in sacro animorum ministerio explendo, in sanctificatione adipiscenda prosequatur; atque interea in caelestium munerum auspicium itemque in peculiaris benevolentiae Nostrae signum Moderatori generali cunctaeque Congregationi Missionariorum Oblatorum apostolicam benedictionem effuso animo impertimur.

Haec indulgemus statuimusque, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri vel obtinere, eidem Congregationi Missionariorum Oblatorum a B. Maria Virgine Immaculata plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritum que ex nunc atque inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet. Volumus autem ut praesentium Litterarum exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis praesentibus, si exhibitae forent vel ostensae, adhiberetur.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Maii anno MDCCCCXXVHI, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASP ARRI, *a Secretis Status.*

II

TITULO AC PRIVILEGIIS BASILICAE MINORIS AUGETUR TEMPLUM CATHEDRALE AUXITANUM.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. -— Canonicorum capituli ecclesiae cathedralis Auxitanae nomine ac suo, humilibus enixisque precibus Nos rogat venerabilis frater Franciscus Ernestus Ricard, Auxitanorum Archiepiscopus, ut titulo privilegiisque Basilicae minoris Auxitanum cathedrale templum, ad honorem Sanctae Mariae Deo dicatum, decorare velimus. Templum enim hodiernum loco antiquioris ecclesiae remotissimis mediae aetatis temporibus exstructae ac vetustate dilabentis, denuo a fundamentis stylo gothico, quem vocant, anno reparatae salutis MCCCCLXXXIX exaedificari coeptum est, sed tantum post duo saecula pulcris, alio diversoque stylo confectis, in aedificii fronte duabus turribus positis, completum est. Ex tribus navibus, quae, amplitudine, forma, lineamentis que perspicuae, pluribus arte claris sacellis ornantur, quibus f en estrae vitreis coloratisque figuris contextae lumen suaviter afferunt, sacra aedes constat, choro mirifice sculpto munita, in quo laudes Dei a capitulo canonicorum devote cotidie persolvuntur. Clerus quidem templo huic addictus quam maxime curat ut Deus hic a christifidelibus debito cultu adoretur; liturgicasque actiones efficiunt splendidiores tum luxuriosi paratus habitus que sacri tum copiosae pretiosaeque supellectiles, quibus locupletatur cathedralis eadem, quam frequentes celebrant fideles, qui, largiter de re propria stipe conlata, cultui sustentando provehendoque subveniunt. Et merito quidem, cum Auxitana cathedralis non modo ob suas, quibus fulget inter Galliae meridionalis ecclesias, artis pulcritudines, verum etiam ob corpora Sanctorum Taurini, Leothadii, et Austindi, quae in crypta custodiuntur, et multas alias beatorum reliquias in sacrario adservatas, omni fidelium clerique cura omnibusque praesidiis ornamentisque amplissime digna sit. Quapropter praefati Archiepiscopi Auxitani eiusque cathedralis canonicorum precibus Nos, auditis etiam venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Sacrorum Rituum Congregationi praepositis, ultro libenterque concedere existimavimus. Nostra itaque auctoritate, perpetuumque in modum, praesentium Litterarum tenore, memoratam Auxitanam cathedralem ecclesiam in honorem Beatae Mariae Virginis « d'Auch » nuncupatae Deo dicatam, titulo ac dignitate Basilicae minoris augemus illique omnia et singula concedimus iura, privilegia, praerogativas, indulta,

quae ab ecclesiis, hoc titulo exornatis, iuxta formam consuetam et praescripta adhibenda sunt. , • -

Haec edicimus, mandamus, decernentes praesentes Litteras firmas validas atque efficaces semper exsistere ac fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illique, ad quam spectant, Auxitanae cathedrali ecclesiae plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Man, anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASP ARRI, *a Secretis Status.*

## III

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE TSING-TAO IN SINIS AD VICARIATUM APOSTOLICUM EVEHITUR.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Cum ex apostolico munere, quo divinitus fungimur, omnium Ecclesiarum cura Nobis fuerit concredita, quae cedant in spirituale ipsarum emolumentum sollicito studio decernere maturamus. Iamvero cum venerabilis frater Celsus Costantini, Archiepiscopus titularis Theodosiopolitanus et Delegatus Noster apostolicus in Sinis, Nos enixe postulaverit ut ad maius animarum bonum praefectura apostolica de Tsingtao, quae Societatis Divini Verbi sacerdotum curis tradita, elapsis annis ampliora feliciter incrementa suscepit, in vicariatum apostolicum erigeretur: Nos, omnibus rei momentis attento ac sedulo studio perpensis cum venerabilibus fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, post negotii diligentissimam disquisitionem, praelaudati Delegati Apostolici votis ultro libenterque annuendum existimavimus. Quae cum ita sint, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore praefecturam apostolicam de Tsing-tao in Sinis ad potiorem evehimus dignitatem vicariatus apostolici a praesule regendi episcopali titulo condecorati, servato nomine de Tsing-tao eisdemque finibus quibus iam praefectura apostolica continebatur, et sub cura similiter alumnorum Divini Verbi bene melitae Societatis.

Haec volumus statuimus, decerueutes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant sive spectare poterunt amplissime suffragari nunc et in posterum; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus quibuscumque. -

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xiv mensis Iunii anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

IV

ERIGITUR MISSIO DE BELLARY EX DISMEMBRATIONE DIOECESIS HYDERABADENSIS.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Venerabilis frater Dionysius Vismara, Hyderabadensium Episcopus in Indiis Orientalibus, Nos edocet dioecesis suae territorio, gravibus obstantibus difficultatibus atque eius praesertim amplitudine et incolarum multitudine, imparem esse evangelicorum operariorum inibi adlaborantiunl numerum, ac propterea peropportunum esse quod ex aliquibus a sua dioecesi seiunctis districtibus alia ibi missio efformetur, quae, aliis accedentibus sacerdotibus, uberius Fidei incremento consulere possit. Delegatus autem Noster apostolicus in Indiis Orientalibus non modo ad vota Hyderabadensium Episcopi accedit, sed exposcit quoque ut territorium Hyderabadense, quod memoravimus, alio quoque augeamus ex archidioecesi Madraspolitana distracto territorio, quod incolarum genere lingua et moribus priori affine est. Nos vero, conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, quo melius prospiciatur in illis regionibus catholicae fidei utilitatibus atque incrementis, haec quae infra scripta Sunt decernenda in Domino existimavimus. Nimirum motu proprio et ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium vi, ex territorio dioecesis Hyderabadensis civiles districtus de *Beichur* et *Gulbarga*, hodiernis finibus quibus describuntur, pariterque e territorio Madraspolitanae archidioecesis districtum civilem de Beilary suis hodiernis finibus circumscriptum distrahimus ac separamus; proindeque ex ipsis tribus districtibus novam Missionem independentem

efformamus, fundamus, cui nomen *de Bettary* facimus; itemque decernimus ut nova huiusmodi de Bellary Missio ad provinciam ecclesiasticam Madraspolitanam pertineat, eiusque cura Fratribus **Ordinis** Minorum Provinciae Anglicae demandetur.

Haec vero mandamus, statuentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare et fore, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos spectant vel spectare poterunt in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in praemissis iudicandum esse ac definiendum; irritumque et inane fieri si quidquam secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris die xv mensis Iunii anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

## V

DISTRACTO TERRITORIO E VICARIATU APOSTOLICO DE KAIFENG ERIGITUR PRAEFECTURA APOSTOLICA DE KWEITEH.

PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Quae catholico nomini aeternaeque fidelium saluti bene prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature praestenlus Nos admonet supremi Apostolatus munus, quo in terris, licet immeriti, fungimur. Hoc ducti consilio, cum venerabilis frater Noster Iosephus Tacconi, Episcopus titularis Aradiensis et Vicarius Apostolicus de Kaifeng, Nos humiliter flagitaverit ut ob territorium latissime patens suae iurisdictioni subiectum et incolarum ibidem commorantium multitudinem, suus de Kaifeng vicariatus divideretur, et ex territorio inde diviso ac separato, nova, ad catholicam fidem validius promovendam, praefectura apostolica conderetur: Nos, praehabito voto venerabilis fratris Celsi Costantini Archiepiscopi titularis Theodosiopolitani, Delegati Apostolici in Sinis, collatisque consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attente perpensis, praefati praesulis votis ultro libenterque concedendum existimavimus. Quae cum ita sint, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium tenore, totum territorium quod civiles sub-

praefecturas de *Kweiteh, Ningling, Kaocheng, Yucheng, Siayi, Yuncheng* complectitur, a vicariatu apostolico de Kaifeng separamus: atque lioc territorium ita per Nos separatum, sive dismembratum, in praefecturam apostolicam erigimus, cui nomen facimus de *Kweiteh* et quam patrum Ordinis Eremitarum Recollectorum Sancti Augustini curis committimus.

Hoc edicimus, statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere: suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari*, sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus supernis a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Iunii anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

## VI

ERIGITUR MISSIO INDEPENDENS DE ILAN INTRA FINES VICARIATUS APOSTOLICI DE WONSAN, IN COREA.

## PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. —Venerabilis frater Marius Giardini, Archiepiscopus titulo Edessenus, Delegatus Noster in Japonia et Corea, nec non dilectus filius Abbas generalis Congregationis Ottiliensis Ordinis Sancti Benedicti amplissime commendant preces venerabilis fratris Bonifacii Sauer, Episcopi titularis Appariensis ac Vicarii Apostolici de Wonsan in Corea, qui Nos enixe rogat ut suum de Wonsan vicariatum, tot incolarum numero ac territorii amplitudine conspicuum, in duas partes dividamus, ita ut ex dissita eiusdem nuncupata de *Ilan* provincia, nova Missio independens, aliis missionariis committenda, constituatur. Nos vero de hac re agentes cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, qui negotiis Sacrae Congregationis de Propaganda Eide sunt praepositi, omnibus rei momentis sollicito atque attento studio perpensis, ut rei catholicae melius in illis regionibus gerendae prospiciatur, precibus Nobis adhibitis adnuendum existimavimus. Qua re motu proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, a vicariatu apostolico de Wonsan

provinciam civilem de *Ilari,* suis hodiernis finibus constitutam, seiungimus ac separamus, eamdemque in novam missionem sui iuris cui nomen quoque facimus de *Ilari,* erigimus. Cum vero territorium vicariatus memorati sit curis concreditum. Congregationis Ottiliensis O. S. Benedicti, quae de re christiana provehenda in illis regionibus tam bene merita est, novae etiam Missionis de *Ilan* curam eidem Congregationi Ottiliensi committendam mandamus.

Haec volumus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere: suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate quahbet, scienter sive ignoranter contigerit attentari. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die ix mensis Iulii anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

## VII

### DISTRACTO TERRITORIO EX VICARIATU APOSTOLICO DE KIRIN ERIGITUR MISSIO INDEPENDENS DE TSITSIKAR IN SINIS.

### PIUS PP. XI

Ad futuram rei memoriam. — Ea quae ad Christi religionem propagandam in longinquis regionibus magis opportuna videntur, Nos, more institutoque Decessores Nostros sequuti, iure statuenda decernimus. Quapropter cum Vicarius Apostolicus de Kirin Nos enixe rogaverit ut a latissimo sui vicariatus territorio, quod et incolarum multitudine ditatum, est, pars aliqua ad res religiosas melius provehendas separaretur, sui iuris condenda, aequis huiusmodi precibus adnuendum ultro libenterque existimavimus. Quapropter, voto praehabito venerabilis fratris Gelsi Costantini, Archiepiscopi titularis Theodosiopohtani, Delegati Nostri in Sinis, Nos conlatis consiliis cum venerabilibus fratribus Nostris Sanctae Eomanae Ecclesiae Cardinalibus negotiis Propagandae Fidei praepositis, omnibusque rei momentis attento studio perpensis, motu proprio atque ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore, edicimus ac mandamus ut territo-

rium, quod hodiernis districtibus civilibus de *Lorig-Kiang, Eouloun* et *Seiheu* constituitur, a vicariatu de Kirin distrahatur; et territorium ipsum sic per Nos a vicariatu de Kirin separatum, in Missionem sui iuris erigimus, cui nomen de *Tsitsiliar* tribuimus, et quam Patrum Societatis de Bethlehem curis tradendam statuimus.

Haec, quae ut maiora Fidei incrementa in dicto territorio promoveantur mandamus, decernimus, statuentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri vel obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IX mensis Iulii anno MDCCCCXXVHI, Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

# VIII

BASILICAE MINORIS TITULO AUGETUR ECCLESIA B. M, V. AB ANGELO SALUTATAE, IN SUBURBIO LEZAJEK DIOECESIS PREMISLIENSIS LAT.

## PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Constat apprime templum ab Annuntiatione B. Mariae Virginis Deiparae, quod in suburbio *Lezajelc* dioecesis Premisliensis Latinorum situm, pertinet ad Fratrum Minorum Ordinem iam inde ab anno MDCVIII, quo Episcopus Matthias Patrakonschi Minores Fratres in suam dioecesim accivit, illisque sanctuarii eiusdem custodiam sacrumque ministerium concredidit, iure meritoque accenseri posse inter potiores sacras aedes quibus ipsa dioecesis immo universa Polonia nobilitatur. Praefata enim ecclesia loco prioris ex ligno, anno MDCIII inchoata, et anno MDCLXXVIII absoluta ac perfecta, structurae praenobilis et artis operum ornamento maxime conspicua, anno MDCXXX ab episcopo Premisliensi de Natecz NowodworsM sollemniter consecrata fuit. Huius in templi dextero sacello colitur miraculis inclyta imago Beatae Mariae Virginis Infantem Iesum ulnis ferentis, quae die VIII mensis Septembris anno MDCCLII ab episcopo Venceslao comite Sierakowski, de Apostolica autoritate, ac de mandato Benedicti PP. XIV rec. mem. Nostri praedecessoris, una cum Divino

Puero, aureo ac pretioso diademate celeberrima pompa redimita fuit. Sanctuarium ipsum centrum exstitit ac permanet pietatis et cultus tam incolarum quam peregrinorum, sive seorsim, sive turmatim confluentium ex vicinis vel dissitis locis, praesertim festis indulgentiarum, uti vocant, gratiam et misericordiam Beatissimae Virginis Mariae Lezajecensis devota prece implorantium. Pulchris quidem tabulis templum renidet, a magni nominis artifice Stanislao Stronski depictis, et tam Domini Nostri Iesu Christi mysteria, quam, Virginis Deiparae privilegia exprimentibus. Imago Annuntiationis Beatae Mariae Virginis, quae in altari principe asservatur, est opus saeculi xvn, auctore fratre Lekszycki ex Ordine Fratrum Minorum, et in cappella sinistra imago sancti Francisci Asisiensis in ecstasim rapti, auctore Correggio minore gaudet; sicut in alio ex decem et octo altaribus ipso a magistro depicta Sanctae Mariae Magdalenae poenitentis imago colitur. Ad maius altare stalla chori ex ligno sculpta affabre et ipsa sunt eximii opus artificis, et pulcherrima quidem opera sunt magna Angeli statua, suffultum pulpitiim sive suggestum nec non organum in universa Polonia celeberrimum iam inde ab anno MDCLXXXII conflatum. Ad sacrum cultum quod attinet, Fratres Minores sanctuarii custodes et ministri optime inserviunt evangelicis concionibus, sacrisque functionibus nec non diligentissima Sacramentorum administratione; divites autem et copiosae supellectiles, quibus templum abundat, et fidelium pietatem excitant et cultus splendorem illustrant. Haec animo repetentes, cum dilectus filius Benedictus Wircioch minister provincialis Ordinis Fratrum Minorum provinciae Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis in Polonia, una cum suo Definitorio, nec non de consensu Procuratoris generalis Ordinis eiusdem, Nos enixis precibus flagitaverit ut memoratam ecclesiam ab Annuntiatione hoc decurrente anno, ab expleta eius aedificatione ter saeculari, propediem celebrando tam religiosa quam civili solemnitate, titulo ac privilegiis Basilicae minoris insignire dignaremur; cumque his precibus gravissimum accedat commendationis officium Archiepiscopi Metropolitae Leopoliensis Latinorum, nec non Episcopi Premisliensis Latinorum, optatis his concedendum ultro libenterque existimavimus. Quae cum ita sint, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. E. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, omnibusque rei momentis diligenter perpensis, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine ecclesiam sive Sanctuarium Beatissimae Virgini ab Angelo salutatae sacrum, positum in suburbio *LezajeJc* dioecesis Premisliensis, et curis concreditum Fratrum Ordinis Minorum, Basilicae minoris titulo, cum privilegiis et honorificentiis iuxta decreta et morem competentibus, condecoramus.

Haec volumus, edicimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas *atque* efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri si quidquid secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Iulii anno MDOCCCXX VIII. Pontificatus Nostri septimo.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

# EPISTOLAE

## I

AD EMOS PP. DD. ADOLFUM TIT. S. AGNETIS EXTRA MOENIA S. R. E. PRESB. CARD. BERTRAM EPISCOPUM WRATISLAVIENSEM, MICHAELEM TIT. S. ANASTASIAE S. R. E. PRESB. CARD. DE FAULHABER ARCHIEPISCOPUM MONACENSEM ET FRISIN GEN SEM, CAROLUM TIT. SS. QUATUOR CORONATORUM S. R. E. PRESB. CARDINALEM SCHULTE ARCHIEPISCOPUM COLONIENSEM, RR. PP. DD. CAROLUM FRITZ ARCHIEPISCOPUM FRIBURGENSEM CETEROSQUE GERMANIAE EPISCOPOS : LITTERIS RESPONDET EX ANNUO CONVENTU FULDA DATIS.

PIUS PP. XI

Dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Sedulam vos diligentemque dare operam ut communiter negotiis dioecesium vestrarum prospiciatis variisque temporum necessitatibus, ea imprimis consuetudo testatur qua quotannis ad S. Bonifacii sepulcrum ex Germania tota convenire soletis: quod quidem plurimis iam .annis evenire laetum est. Ita nuper ex vestris litteris, illinc datis, intelleximus, praeter alia, magnae vobis curae esse ut non modo pueri recte in scholis instituantur religioseque educentur, sed etiam ut in christiana familia sanctitudo divinae legis inviolate servetur. Utrumque sane gravissimi est ponderis; cum enim adulescentes spes sint melioris aevi, tum familia ipsius reipublicae salus, tamquam fundamento, innititur.. Item, opportune admodum contra *naturalismum,* uti vocant, industria vestra desudat: namque in praesens maxime, si unquam alias, huiusmodi pestis dominatur ubique; ex quo fit ut, aeternis rebus posthabitis, homines quibusvis vitiorum illecebris se dedant ethnicorumque more vivant. Viam

igitur insistite quam sequi, pro iudicio vestro, coniunctim statuistis: fiduciamque omnem in Redemptore divino collocate qui edixit: « ego vici mundum ». Nos interea solari vos in coeptis enrisque vestris non praetermittimus, hanc scribentes epistulam in sollicitudine, qua premimur, omnium Ecclesiarum. Pro certo habemus fore ut conatibus vestris sua gratia faveat miserentissimus Deus atque bonorum, omnium; optata ad effectum deducat.

Atque in caelestium donorum auspicium, itemque in paternae benevolentiae Nostrae signum, vobis, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, universoque clero ac populo unicuique vestrum concredito apostolicam benedictionem amantissime in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die VII mensis Septembris anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. IX

## II

AD EMUM P. D. IUSTINIANUM G. TIT. SS. ANDREAE ET GREGORII AD CLIVUM SCAURI S. R. E. PRESB. CARD. SERBDI, ARCHIEPISCOPUM STRIGONIENSEM, QUEM LEGATUM ELIGIT AD CONVENTUM EUCHARISTICUM EX HUNGARIA UNIVERSA.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem, *-r-* Certe non sine Dei nutu invectus mos est, his temporibus, Conventus Eucharisticus per cathohcum orbem celebrandi: omnes enim experiendo novimus quantum ii conferant, non modo ad catholicam fidem quae passim frigescit, roborandam, sed etiam ad eam vulgo excitandam caritatem, quae una potest in Christo homines populosque inter se arcte coniungere. - Laeto igitur animo nuntium accepimus congressum huiusmodi, te quidem auctore atque auspice, istic apparari ex Hungaria universa, quo cultus magis magisque promoveatur Sacramenti augusti, itemque ut in communem quandam erga ciernentissimum Deum expiationem res cedat. Ita precibus simulque studio per eos dies operam vos dabitis; precibus scilicet pie liturgicis sancteque theologicis. De opere tam frugifero, debita sane te laude honestamus, iisque omnibus gratulamur vehementer qui in eo exsequendo te iuvant. Quoniam vero, consentaneum omnino est ut in rebus tam magni ponderis aliquis Purpuratus Pater Nostram gerat personam, te, dilecte fili Noster, his litteris eligimus qui, nomine et auctoritate Nostra, conventui modereris ceterisque caeremoniis praesideas: nec dubitamus quin egregia tua pietas romanaeque purpurae amplitudo non parum sacris sollemnibus

splendorem afferant. Ad ubertatem autem quod attinet optimorum fructuum, qui inde exspectatur, valde Nos cum sacrorum Antistitum praesentia, tum fide illa confidimus qua semper Hungarorum gens catholica arcte cum Apostolica Sede coniuncta, prosperitatem et gloriam adepta est. Ac properet Deus regnum suum eucharisticum; ita ipse, sub velis mysticas delitescens, filios omnes suo sanguine nutriet, et regia eius potestate publice agnita, Princeps erit pacis optatissimae. Urge coeptum, dilecte fili Noster, bonis omnibus adnitentibus. Nos interea caelestia auxilia vobis precati ut quae sapienter solveritis ea feliciter in usum deducatis, libenter equidem privilegia, indulgentias, indulta et dispensationes confirmamus quae in Apostolicis Litteris, die VII mensis Martii anno MDCCCCXXIV datis, concessimus. Divinorumque munerum praenuntiam itemque paternae benevolentiae Nostrae testem esse volumus apostolicam benedictionem, quam tibi, dilecte fili Noster, singulis in episcopatu collegis iisque omnibus qui Conventui aderunt, amantissime in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xvi mensis Septembris anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus nostri septimo.

PIUS PP. XI

## III

AD EMOS PP. DD. MICHAELEM TIT. S. ANASTASIAE S. R. E. PRESB. CARD. DE FAULHABER ARCHIEPISCOPUM MONACENSE»! ET FRISINGENSEM, ADOLFUM TIT. S. AGNETIS EXTRA MOENIA S. R. E. PRESB. CARDINALEM BERTRAM EPISCOPUM WRATISLAVIENSEM, ET AD RR. PP. DD. IACOBUM DE HAUCK ARCHIEPISCOPUM BAMBERGENSEM CETEROSQUE EPISCOPOS BAVARIAE: LITTERIS RESPONDET E COMMUNI CONVENTU FRISINGA DATIS.

PIUS PP. XI

Dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Quae dudum a vobis datae sunt litterae ex annuo conventu, Frisingae habito, pietatis vestrae sensus erga Apostolicam Sedem ostendebant simulque voluntatem ea omnia exsequendi quae Nos, pro ratione temporum in quibus militans versatur Ecclesia, scribendo interdum edicimus. Itaque opportune admodum cum regiae Christi potestati publice profitendae tum religioni provehendae Cordis Iesu sacratissimi vos operam dabitis; in tanta enim errorum malorümque colluvie, quis validum poterit remedium afferre nisi Christus Redemptor qui est *via, veritas* et *vital* Equi-

dem non diffitemur plurimum sane erigi animum Nostrum curis et laboribus quibus vos cum clero vestro contenditis ut omnia istic in Christo instaurentur: imprimisque ut sanctitudo floreat in societate domestica, ut recte instituatur iuventus quoad mores religionemque, ut ad pudorem denique ac modestiam feminae revocentur. Sancta haec coepta urgentes, ne cessetis alia persequi catholicae actionis proposita, lectos indesinenter de populo viros fingendo qui, fide praestantes, sacra Ecclesiae iura tueantur atque christianae vitae Usum, exemplo praeeuntes, privatim publice cotidie magis promoveant. Nos vero, ut conatus huiusmodi, egregia sollertia vestra plane digni, frugiferi quam maxime fiant, bonorum omnium datorem Deum precamur ut caelesti eos gratiae suae rore fecundare velit in magnam, dioecesium vestrarum utilitatem. Quorum munerum praenuntia itemque paternae benevolentiae Nostrae testis, apostolica sit benedictio, quam vobis, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, universoque clero ac populo unicuique vestrum commisso peramanter in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xvn mensis Septembris anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

IV

AD EMUM P. D. CAIETANUM S. R. E. CARDINALEM BISLETI PROTODIACONUM S. AGATHAE EUNDEMQUE SACRAE CONGREGATIONIS DE SEMINARIIS STUDIORUMQUE UNIVERSITATIBUS PRAEFECTUM, CUI GRATULATUR QUINQUAGESIMUM SACERDOTII NATALEM.

PIUS PP. XI

-Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Suavi semper animi iucunditate qui sunt ex sacro ordine homines diem illum memorant quo, Dei gratia, sacerdotio aucti, caelesti quadam dignitate nobilitati sunt. Itaque cum noverimus annum proxime expletum iri quinquagesimum ex quo initium ipse sacrificandi fecisti, nolumus equidem hoc eventum praeteriri silentio; eo magis quod praeclara Nobis occasio praebetur Nostram erga te benevolentiam publice declarandi. Siquidem exploratum habemus qua fide studioque Apostolicam hanc Sedem nullo non tempore prosecutus sis, variis deinceps muneribus tam. naviter perfungendo ut dignus habitus sis qui in amplissimum purpuratorum Patrum Collegium cooptareris. Iamvero tum maxime tua enituit sollertia rerumque dexteri-

tas. Etenim, cum decessor Noster f. r. Benedictus XV Sacram Congregationem Seminariorum Studiorumque Universitatum sapienter condidisset, te, dilecte fili Noster, eidem praefecit; plane confisus frugiferam sane, te duce, rem fore. Neque eum res fefellit. In eo enim sedulam his annis operam posuisti ut non modo Seminaria omnia, opportunis latis legibus de pietate doctrinaque excolenda, instaurarentur, sed etiam ut Seminaria nova pro variis Italiae regionibus, uti Fani et Melphicti, Assisii, Kulari et Potentiae excitarentur e solo, ubi quidem adulescens clerus omni numero a virtute et scientia instructus succresceret. Nec minorem sedulitatem in eo impendisti ut in nonnullis Europae altiorum studiorum domiciliis sacrae etiam disciplinae et ius canonicum traderentur. Ex. his quae summatim attigimus, manifesto liquet quam bene de Ecclesia Dei meritus sis; propterea que Nos, haud secus ac decessores Nostri, magni quidem te facimus. Fruare igitur tam fausti eventi laetitia, qua.m undique plurimi quidem gratulantes participant. Nos autem debitas tecum grates sospitatori Deo agentes quod tam multis te beneficiis affecerit, lectissima tibi quaeque precamur; nominatim, ut te benevalentem quam diutissime servet ad laetiora istius, cui praees, Congregationis incrementa. Interea, quo faustae rei recordatio splendidior fiat, simulque in fructum cedat animarum, tibi damus libenter ut, cum volueris, sacris quidem operatus, adstantibus nomine Nostro benedicas, plenam admissorum veniam eisdem proponens, usitatis videlicet Ecclesiae condicionibus lucrandam. Ac caelestium conciliatricem munerum, itemque paternae caritatis Nostrae testem esse volumus apostolicam benedictionem, quam tibi, dilecte fili Noster, amantissime in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xvni mensis Septembris anno MDCCCCXXVIII,-Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

# ACTA SS. CONGREGATIONUM

## SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

### PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominns Noster Pius divina Providentia Papa XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

*29 Septembris 1928.* — Metropolitanae Ecclesiae Panormitanae praefecit R. P. D. Aloisium Lavitrano hactenus Archiepiscopum Beneventanum. »

— Cathedralibus Ecclesiis Cavensi et Sarnensi, ad invicem perpetuo unitis, praefecit R. D. Paschalem Dell'Isola, Canonicum metropolitanae Ecclesiae Neapolitanae.

— Titulari episcopali Ecclesiae Selensi, R. D. Ioannem Paschalem Chimento, parochum loci *Lomas de Zamora,* quem deputavit Auxiliarem R. P. D. Francisci Alberti, Episcopi de Plata.

*2 Octobris.* — Cathedrali Ecclesiae Guadicensi, R. P. D. Emmanuelem Medina y Olmos, hactenus Episcopum titularem Amoriensem.

— Cathedrali Ecclesiae Santanderiensi, R. D. Ioannem Eguino Trecu, parochum oppidi *Irun* eiusdem dioecesis.

*4 Octobris.* — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Patrensi, R. P. D. Andream Hyacinthum Longhin, Episcopum Tarvisinum, qui ideo Archiepiscopus Patrensis et Episcopus Tarvisinus appellabitur.

*6 Octobris.* — Cathedrali Ecclesiae Insulensi, R. D. Achillem Liénart, parochum in eadem dioecesi.

*9 Octobris.* — Cathedrali Ecclesiae Gonaivensi, R. D. Franciscum Julliot, parochum ecclesiae cathedralis Capitis Haitiani.

— Cathedrali Ecclesiae Portus Pacis, R. P. Paulum M. Le Bihaiu, e Societate Mariae a B. Ludovico Grignion de Montfort condita.

*12 Octobris.* — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Amidensi, R. D. Carolum Chiarlo, deputatum Nuncium Apostolicum in Bolivia.

## II

### NOMINATIO

Constitutione Apostolica data die 27 Septembris *1928*, Ssmus Dnus Noster praefecit Praelaturae *Nullius* Ss. Rosarii in Valle Pompeia, E x emum P. D. Antonium Anastasium Rossi, Patriarcham Latinum Constantinopolitanum.

## III

### DESIGNATIO ORDINARIORUM

PRO APPELLATIONE IN SECUNDO GEADO

Iuxta can. 1594, § 2, Archiepiscopus dioecesium Gnesnensis et Posnaniensis aeque principaliter unitarum designavit, semel pro semper, pro appellatione in secunda instantia, tribunal Ordinarii Culmensis pro dioecesi Gnesnensi et tribunal Ordinarii Vladislaviensis pro dioecesi Posnaniensi. Quam designationem Ssmus Dominus Noster Pius Pp. XI, rescripto Sacrae Congregationis Consistorialis diei 13 Octobris 1928, benigne adprobavit. y.

# SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

## ROMANA ET ALIARUM

### EXERCITIORUM SPIRITUALIUM ANTE SACRAM ORDINATIONEM

*27 Aprilis 1928*

In plenariis Comitiis H. S. C. die 27 mensis Aprilis curr. anni habitis iudicio Emorum ac Revmorum Patrum submissum est sequens dubium a Revmo Ordinario Vrhbosnen. propositum: *An mens sit legislatoris, ut praescriptum can. 1001 § 1 adamussim servetur etiam in casu, in quo alicui omnes ordines sacri brevissimo tempore, ex. gr. spatio unius mensis,, conferantur.* Et Emi ac Revmi Patres, re mature perpensa, respondendum censuerunt: *«Stetur can. 1001* §./, idest si qui intra semestre, vel etiam spatio unius mensis ad plures ordines maiores promovendi sint, Ordinarius poterit exercitiorum spiritualium tempus pro ordinatione ad Diaconatum reducere, non tamen infra tres integros dies. Si vero sacri ordines sive beneplacito

apostolico, sive decreto Episcopi ad normam can. 1006 § 3, gravi interveniente cansa, servatis tamen servandis, praesertim cann. 975-978, distinctis et subsequentibus vel proximis diebus, alicui conferantur, ita ut tempus non suppetat servandi praescriptum can. 1001 § 1, praemissis semper sacro ordini, qui primus erit conferendus, spiritualibus exercitiis saltem per sex integros dies, ceteris ordinibus, si fieri poterit, iudicio Episcopi, ad normam can. 1001 § 2, una saltem dies spiritualis recessus praemittatur».

Quam responsionem SSmus D. N. Pius Pp. XI, in Audientia diei 1 Maii d. a., referente infrascripto Secretario huius Sacrae Congregationis, ratam habere et adprobare benigne dignatus est.

Datum Romae apud Sacram Congregationem de Disciplina Sacramentorum, die 2 Maii 1928.

f M. CARD. LEGA, Episcopus Tusculanus, *Praefectus.*

L. ***B*** S.

D. Jorio, *Secretarius.*

ANIMADVERSIONES

1. Exercitia spiritualia, quorum auctor exstat S. Ignatius de Loyola, Societatis Iesu Fundator, sive lege particulari (Alexander VII, Const. *Apostolica sollicitudo* 7 Augusti 1662; S. C. Ep. et Reg., *Encycl, ad Ep. Italiae,* 9 Octobris 1682), sive laudabili consuetudine, a promovendis ad Sacros ordines, ante Codicis iuris canonici promulgationem, fere ubique peragebatur.

2. Codex vero I. C. hanc saluberrimam disciplinam non solum generalem effecit, sed ad ordines minores et ad ipsam primam tonsuram extendit, praefinitum temporis spatium, pro iisdem explendis exercitiis, singulis ordinibus ipsique tonsurae assignans, prout sancitum est in can. 1001 § 1: « Qui ad primam tonsuram et ordines minores promovendi sunt, spiritualibus exercitiis per tres saltem integros dies; qui vero ad ordines sacros, saltem per sex integros dies vacent; sed si qui intra semestre ad plures ordines maiores promovendi sint, Ordinarius potest exercitiorum tempus pro ordinatione ad Diaconatum reducere, non tamen infra tres dies».

3. Quamvis clara concinnaque sit lex, tamen Ordinarius Vrhbosnensis Emorum Patrum Coetui pro Codicis canonibus authentice interpretandis constituto, dubium de re subiecit, quod a praefato Coetu huic Sacraae Congregationi delatum est.

*A.* Et Sacra Congregatio, praeviis Revmorum Consultorum votis, et re mature perpensa, in Plenariis Comitiis die 27 Aprilis labentis anni in Pa-

latio Apostolico Vaticano habitis, responsum dedit, quod, una cum proposito dubio, supra retulimus.

5. Nunc, quod spectat ad EE. PP. responsum, dicendum est ipsum can. 1001 § intentioni et verbis esse conforme, seu esse declarativum iuris constituti.

6. Ee quidem vera, dubium desumitur ex eo, quod, si plures sacri ordines, iuxta allatum canonem, intra semestre alicui conferantur, spiritualia exercitia pro Diaconatu ad tres integros dies Ordinarius coarctare valeat, nonne maiore temporis coarctatione, secundum legislatoris mentem, pro Diaconatu et ipso Presbyteratu Ordinarius uti poterit, si iidem sacri ordines intra mensem alicui conferantur?

7. Verum, reverentia qua decet, animadvertimus propositum dubium nulla ratione fulciri, nam, omisso trito illo principio iuris, *legislator quod voluit expressit,* legenti canonem 1001 § 1 luce meridiana affulget, semestre esse temporis spatium principium et finem habens, et quidquid intra eius limites a lege statuitur, sub eamdem legem cadere, quodcumque sit praefiniti spatii' punctum. Stat igitur canonis praescriptum de spiritualibus exercitus per sex integros dies peragendis, salva exceptione pro Diaconatu, etiam si plures sacri Ordines intra mensem vel brevius tempus alicui conferantur.

8. Non desunt tamen qui canonem de quo agimus benigne interpretari autument ex eo, quod pia animi dispositio ope exercitiorum in Subdiaconatus susceptione acquisita, promovendo ad reliquos ordines si intra mensem eidem conferantur, ob eorum moralem unionem suffragetur; sed neque hoc admitti potest, quia spiritualia exercitia, iuxta normas a S. Ignatio de Loyola traditas, spatio *unius mensis* absolvuntur, et secundum eiusmodi normas S. Carolus Borromaeus, ecclesiasticae disciplinae restitutor insignis, in Concilio prov. Mediolanen. IV, ordinandis suae provinciae ad Subdiaconatum vel ad Presbyteratum exercitia spiritualia peragi iussit. Progressu temporis S. Vincentius a Paulo, alter ecclesiasticae disciplinae strenuus promotor, eadem exercitia suis promovendis alumnis *decem dierum* spatio pro unoquoque sacro Ordine praecepit, quae omnes dies proinde integrum exercitiorum mensem efformant. Et haec S. Vincentii a Paulo disciplina usque ad Codicis promulgationem lege particulari vel consuetudine in Ecclesia viguit.

9. Post hoc, attenta dierum exercitiorum reductione a Codice ad *sex* integros dies facta, dici nequit piam animi dispositionem ad Diaconatum et ad ipsum Presbyteratum, cuius onus angelorum excedit humeros, iam acquisitam fuisse, ope sex exercitiorum dierum pro Subdiaconatu peractorum, ita ut in expositis adiunctis nova dierum coarctatio admitti valeat.

10. At cqntingere potest, tit sacri ordines conferantur breviori tempore quam mensis spatio, et tempus non suppetat servandi legem. Quid faciendum in isto casu? Respondemus praevalere principium iuris: Lex~ impossibilia non iubet. Et casus eiusmodi impossibilitatis in relato responso clare admittitur et habetur, quoties Episcopi, sive apostolico indulto, sive facultatibus ordinariis, plures eidem promovendo sacros ordines conferant tribus distinctis et successivis, vel proximis diebus dominicis vel festis de praecepto, et hoc gravi causa interveniente, iuxta can. 1001 § 3, servatisque canonibus 975, de aetate ordinandorum, 976, de studiorum requisitis, et 978 de interstitiis, a quibus postremis ob necessitatem aut utilitatem Ecclesiae Episcopi dispensare possunt.

11. Neque a canonum praescripto videtur ullimode aliena aut diffbrmis facultas, quae vindicata est Episcopo seu Ordinario, coarctandi nempe ad unam tantum diem spiritualem recessum ante sacram ordinationem in casu expresso, quippe in hac materia non parum deferendum esse arbitrio et iudicio Ordinariorum, manifestat ipse legislator, statuens in can. 1001 § 2: «Si expletis exercitiis sacra ordinatio *qualibet de eausa ultra semestre differatur, exercitia iterentur, secus iudicet Ordinarius utrum iteranda sint necne* ». Ceterum in Codice pro universa Ecclesia catholica condito, non poterant determinari singuli casus, in quibus, per modum exceptionis lex Communis ex integro suam applicationem sortiri non poterat. Quare huiusmodi in adiunctis fideliter id servari debet, quod magis est conforme menti sacrorum canonum, quam prudenter legislator numquam praetermisit significare in generalibus Codicis praescriptionibus. Huic criterio innixa haec Sacra Congregatio censuit peropportunum "esse quamdam generalem normam proponere Ordinariis, quam sequantur in exposita difficultate, ut secure et uniformiter se gerant in tam gravi negotio.

D. Jorio, *Secretarius.*

# SACRA CONGREGATIO CONCILII

## DIOECESIS P.

HEREDITATIS

*23 Aprilis 1927*

SPECIES FACTI. - Quidam pius sacerdos dioecesis P. nomine Angelus, cum primores loci E. vehementer commovisset ad iuventam trium parochiarum quibus locus constat religione bonisque moribus imbuendam, collata ab illis stipe circ. 30 millium libellarum, plura addens de suis bonis,

*patronatum* quemdam constituit a Christo Redemptore, quem, congruis aedifieatis sedibus Emus Metropolita anno sacro MDCCCC auspicavit. Ad instituti perpetuitatem procurandam, idem sacerdos, quinto post anno, societatem, ut aiunt, *tontinariam* inivit, cui proprietatem inseripsit, seu vendrait summa recepta 100 milhum hbellarum; sed brevi post, commotus periculo, cui, ex futuris legibus talis societas obnoxia praevidebatur, hac dissoluta, ipse gratis redit in dominium pii Instituti. Anno 1918 idem absolute, seu nulla adiecta condicione seu modo, testamento, heredem dixit sacerdotem quemdam Ioannem dioecesis V., cui etiam direxit epistolam, in qua eum docet se eum instituisse heredem « perchè avesse a continuare J'opera del Patronato, *possibilmente* com'era, a vantaggio della gioventù maschile di E.». Ioannes hereditatem non adivit, nisi postquam ab utroque Episcopo, dioecesis V. ac dioecesis P. suasus est ita facere, quia vi testamenti libere seu pro conscientia hereditatis bonis disponere posset in favorem christianae iuventutis. Ee quidem vera statim Patronatum augere connisus est, immo orphanis totius regionis, etiam extra paroeciam et dioecesis, adiuvandis destinare. Quod. cum aegre ferrent incolae loci remque tandem ad novum Episcopum, P. detulissent, hic, ne praedecessoris acta iudicare videretur, sententiam sacri huius Consilii rogavit, in qua disceptatum est dubium sequens: «Etrum testamentum D. Angeh in favorem D. Ioannis contineat transmissionem fiduciariam ad conservanda bona utilitate Patronatus in casu, an potius liberam heredis institutionem ».

ANIMADVERSIONES. - Notum est quamlibet dispositionem ad causas pias *piae voluntatis* nomine donari, sive per actum mortis causa fiat, quo casu dicitur *ultima,* sive etiam inter vivos: cfr. can. 1515 coli. c. 1513. Si alicui personae *morali* in Ecclesia concredatur, habetur *fundatio pia* ad normam can. 1544ss. et bona fiunt stricto sensu *ecclesiastica* (c. 1497 § 1); secus manent laicalia, obnoxia tamen exsecutioni ac vigilantiae Ordinariorum, ad mentem can. 336, 344, 1515-1517, ex quibus praesertim notetur can. 1516 de bonis « fiduciarie acceptis » quod dicitur fieri posse non solum ex testamento sed etiam per actum quemlibet, vel inter vivos. Planum tamen est quempiam libere de *suis* bonis statuere posse, donec *sua* sint, et ideo, salva naturali aequitate, etiam praevias dispositiones, re integra, seu cum nullum tertio ius acquisitum est, posse immutare et etiam delere, aut de pio in profanum finem vertere posse.

In casu quidem patet non agi de bonis stricto sensu *ecclesiasticis,* cum nec Patronatus ecclesiastica auctoritate sit moralis persona constitutus, nec alicui aliae personae morali concreditus. Sed agitur profecto *de pia* causa, seu de bonis ad pium finem a conditore et testatore relictis ad normam

can. 1513. Id quidem evidentissimum est, quoad ipsum conditorem, de bonis eollaticia stipe circ. lib. 30.000 initio acceptis ex parte primorum loci E., quorum bonorum ipse D. Angelus non potuit nisi administrator esse, seu fiduciarius:* nec ideo circa haec proprietatem heredi transmittere valuit, quam noU habebat. Sed et reliqua bona ab ipso conditore I). Angelo collata, et relicta per testamentum heredi Ioanni, huic fiduciarie relicta habenda sunt in casu. Licet enim in testamento huius fiduciae nulla mentio fiat - nec fieri poterat, obstantibus (ut notum ut) legibus civilibus, quae fidei commissa non probant - huiusce rei aperte meminit in litteris eadem die ad heredem datis, quae huius conscientiam plane ligant, ex can. 1513 §2. Nec obstat verbum *possibilmente* in litteris eisdem adhibitum, quod nempe non percutit generalem dispositionem, « continuare l'opera », sed modum tantum « possibilmente com'è », nec, quoad hunc ipsum modum, rem permittit mero arbitrio heredis - quod in facto exercere voluit Ioannes - sed omnem possibilitatem antea temptandum iubet, et in casu necessitatis, delegat, sine dubio, ad can. 1517 constituti iuris. Ex quo canone docemur, iuris condicionem non immutasse subiectivam opinionem utriusque Episcopi dioecesis P. et V. ab Ioanne consulti; quippe in casu commutatio reservetur Apostolicae Sedi, cum potestas *expresse* Ordinario loci non sit concessa, et alii inutiliter concederetur. .

Quare, etc.

RESOLUTIO. - Sacra Congregatio Concilii in plenariis Emorum ac Revmorum Patrum comitiis in Palatio Apostolico Vaticano habitis die 23 Aprilis 1927 ad propositum dubium respondendum censuit:

« *Affirmative* ad primam partem, *negative* ad alteram; et applicentur in re can. 1515, 1516 et, si opus fuerit, can. 1517 ».

Quam resolutionem, referente infrascripto Sacrae Congregationis Secretario in audientia diei 2 Maii subsequentis SSmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XI approbare et confirmare dignatus est.

L. $ S.

f Iulius, ep. tit. Lampsacen., *Secretarius.*

# SACRA CONGREGATIO DE PROPAGANDA FIDE

## NOMINATIONES

Successivis decretis ut infra Sacra Congregatio de Propaganda Fide renunciavit ad suum beneplacitum:

*1 Augusti 1928.* — Praefectum Apostolicum de Sinyangchow (in Sinis), E. P. Georgium Froewis e Societate Verbi Divini.

-—Praefectum Apostolicum de Hinganfu in Sinis, E. P. Ioannem Soggiu, Ordinis Fratrum Minorum Conventualium.

# ACTA OFFICIORUM

## PONTIFICIA COMMISSIO PEO RUSSIA

### i.

### DECRETUM.

ERECTIONIS ORDINARIATUS HARBINENSIS IN SINIS

Fidelium Russorum per dissitas orbis partes degentium atque apostolici laboris inter dissidentes eiusdem gentis promovendi cura sibi demandata, Pontificia Commissio pro Russia nihil antiquius habuit, quam dispersos greges sub regimine Pastorum, ritu et sermone propriorum, coadunare, ne iis qui patria, Ut plurimum, pulsi, omni temporali ope destituti, in tot tantisque versabantur calamitatibus, spiritualia etiam deessent praesidia.

Itaque in plenariis comitiis die 11 Novembris anno 1927 habitis, Emi Patres ad Russorum negotia pertractanda specialiter designati, ut curae spirituali Catholicorum e gente Russica in Sinensis Imperii partibus degentium nec non revocandis ad Fidem Catholicam dissidentibus recte prospicerent, novum byzantino-sia vici ritus Ordinariatum in urbe Harbin, quam frequentiores incolunt Russi, erigendum, eique sacerdotem eiusdem ritus, qui iure ordinario clericos et fideles omnes sui ritus in spiritualibus regeret atque gubernaret, praeficiendum esse censuerunt.

• Quam Emorum Patrum resolutionem ab infrascripto Secretario, in Audientia diei 19 Novembris 1927, relatam, Ssmus D. N. Pius, div. Prov. PP. XI, ratam habere atque confirmare dignatus est. Iussit insuper eadem Sanctitas Sua, ut per hoc Decretum, perinde valiturum ac si Apostolicae Litterae super re expeditae fuerint, Pontificia Commissio pro Russia Ordinariatum Harbinensem Russorum canonice erigerei sicut de facto erigit. Fines autem sic erecti Ordinariatus erunt iidem, quibus Sinensium Imperium continetur; Ordinarii habitualis residentia erit in dicta urbe Harbin, penes ecclesiam a S. Vladimiro, ritus byzantino-slavici, quae illico, huiusce Decreti vi, in parochialem ad omnes iuris effectus evehitur pro omnibus fidelibus eiusdem ritus qui urbem Harbin et vicinia incolunt vel in posterum incolent, facta eligendo Ordinario potestate territorium paroeciale opportuno tempore definiendi.

Igitur fideles et clerici in Sinico Imperio commorantes, qui ritum byzantino-slavicum legitime profitentur, distracti a iitrisdictione Latinorum Ordinariorum, quibus hucusque subiecti manebant, iurisdictioni Ordinarii pro tempore Harbinensis Russorum suberant. Item aedificia sacra veL profana, si quae sint, in territorio Ordinariatus, quacumque ratione ad Russos spirituahter vel materialiter iuvandos exstructa, vel ad opera pietatis aut charitatis, pro eadem gente ab ecclesiastica auctoritate destinata, erunt ad normam iuris administrationi, vel inspectioni, vel visitationi Ordinarii Harbinensis Russorum obnoxia. Item collectae vel sponte oblatae ad eosdem vel similes fines pecuniae administratio et erogatio sub vigilantia Ordinarii eiusdem in posterum fiet. Acta autem et libri documentaque omnia, Ordinariatum Harbinensem Russorum quoquo modo respicientia, vel eorumdem transumpta aut authentica exemplaria, cura Ordinariorum, quamprimum mittantur ad Curiam Harbinensem, in archivo proprio iuxta sacrorum canonum praescripta custodienda.

Ad omnia haec exsecutioni mandanda eadem Pontificia Commissio R. P. D. Celsum Costantini Archiepiscopum titularem Theodosiopolitan. in Thebaide, in Sinensi dicione Apostolicum Delegatum, deputat, qui per se, vel per alium virum in ecclesiastica dignitate constitutum, mandatum explere curabit, facta eidem obligatione intra sex menses ab expeditione huius Decreti Pontificiae huic Commissioni peractae exsecutionis authenticum testimonium remittendi.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus minimeque obfuturis.

Datum Romae ex Secretaria Pontificiae Commissionis pro Russia, die 20 mensis Maii anno 1928.

ALOYSIUS CARD. SINCERO, *Praeses.*

L. © S.

Carolus Margotti, *Secretarius.*

# II

## NOMINATIO

Decreto Pont. Commissionis pro Russia, dato die 31 Man 1928, Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XI nominare dignatus est R. D. Pabianum Abrantowicz in Ordinarium Harbinensem Russorum ritus byzantino-slavici.

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

## SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO

### AVVISO

Si rende noto che le iscrizioni per la pratica amministrativa del diritto canonico presso lo *Studio* della Saera Congregazione del Concilio sono già aperte e si chiuderanno il 30 Novembre prossimo.

## SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 30 Ottobre 1928, presso l'Emo e Emo Signor Cardinale Aidano Gasquet, Ponente della Causa di Canonizzazione del Beato Boberto Cardinale Bellarmino, della Compagnia di Gesù, si è tenuta la Congregazione *Antiprepa-r ratoria* dei Sacri Biti, nella quale dai Emi Prelati Officiali e dai Consultori teologi della medesima, si è discusso il dubbio su due miracoli che si asseriscono da Dio operati per intercessione dello stesso Beato, i quali vengono proposti per la sua Canonizzazione.

## SEGRETERIA DI STATO

### ( NOMINE ;

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*9 Maggio 1928,* Il sig. avv. Agostino Schmid, *Avvocato del Sacro Concistoro.*

*9 Agosto* » L'Emo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore della Congregazione delle Suore Guardiane Adoratici dell'Eucaristia* (Orléans).

*30* » » L'Emo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore delle Suore di Carità del Buono e Perpetuo Soccorso* (Boma).

^ *3 Settembre* » L'Emo Signor Cardinale Alessio Enrico Lépicier, *Protettore delle Suore del Santo Angelo Custode* (Madrid).

*Assistente al Soglio Ponti fieio:*

*28 Settembre 1928.* Monsig. Lodovico Maria Hugo, Vescovo di Magonza.

*Protonotarii Apostolici* ad instar Participantium:

*27 Settembre 1928.* Monsig. Giacomo May, della diocesi di Magonza.
*SO* » » Monsig, Erma Pacifico Desmarais, della diocesi di Prince-Albert.
*6 Ottobre 1928.* Monsig. Luigi Meuwese, della diocesi di Harrisburg.
*23* » » Monsig. Donato Prese, della diocesi di Caserta.

*Prelati domestici di S. S.:*

*23 Maggio 1928.* Monsig. Antonio Tani, della diocesi di Montefeltro.
» » » Monsig. Germano Tomassetti, della medesima diocesi.
*27 Giugno* » Monsig. Giovanni A. Chiasson, della diocesi di Charlottetown.
*U Luglio* » Monsig. Giovanni IsTaujokas, della diocesi di Vilkavisky.
*1 Settembre* » Monsig. Patrizio Donohoe, della diocesi di Syracuse.
*4* » Monsig. Simeone Szmandray, della diocesi di Eperies dei Euteni.
*6* » » Monsig. Gabriele Martyak, dell'Ordinariato Ruteno di Podocarpazia.
*12* » » Monsig. Salvatore Fedele, dell'archidiocesi di Gaeta.
*27* » Monsig. Giuseppe Peters, della diocesi di Münster.
*28* » Monsig. Francesco Kovaciç, della diocesi di Lavant.
*29* » » Monsig. Giovanni B. Durando, dell'archidiocesi di Torino.
*4 Ottobre* Monsig. Francesco Binder, dell'archidiocesi di Vienna.
*11* » » Monsig. Alberto Levarne, della diocesi di Monaco (Principato).
*12* » Monsig. Martino S. Me Ñamara, della diocesi di Desmoines.
*13* » » Monsig. Giuseppe A. Moran Castro, dell'archidiocesi di Santiago (Cile).
» » Monsig. Esuperio Alonso Rodríguez, dell'archidiocesi di ValJadolid.
*16* » Monsig. Giovanni Schmutzer, della diocesi di Gurk.
*24* » » Monsig. Ernesto Lange, della diocesi di Breslavia.
» » Monsig. Carlo Kuhnert, della medesima diocesi.
*26* » Monsig. Carlo Royer, della diocesi di Troyes.
» » Monsig. Enrico Brusson, della medesima diocesi.

## ONOEIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

*La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*28 Luglio 1928.* Al sig. Carlo Alberto De Harenne, della diocesi di Liegi.

*La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*26 Settembre 1928.* Al sig. Ferdinando Kirnberger, della diocesi di Magonza.
» » » Al sig. Francesco Schrod, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Massimiliano Donnevert, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Gioacchino von Manteuffel, della medesima diocesi.
*2 Ottobre* » Al sig. cav. Stanislao Kostka Van Hasselt, della diocesi di Breda.
*6* » » Al sig. Edoardo Secco, dell'archidiocesi di Porto Alegre.
» » » Al sig. Antonio Chaves Barcellos, della medesima archidiocesi.
*11* » » Al sig. Giuseppe Tonnini, Boma.
*23* » » Al sig. Pietro Antonio De Franciscis, della diocesi di Caserta.

*Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*30 Luglio 1928.* Al sig. Luigi Agati, della diocesi di Siracusa.
*18 Agosto* » Al sig. Eugenio Dupont, della diocesi di Lilla.
» » » Al sig. Pietro d'Esperies de Coussemacker, della medesima diocesi.
» » » Al sig. Fernando Maria Dodin, della medesima diocesi.
*7 Settembre* » Al sig. Saffo Ponteri, del vicariato apostolico della Tripolitania.
*24* » » Al sig. Antonio Châtain, dell'archidiocesi di Lione.
*6 Ottobre* » Al sig. dott. Pietro Lacour, della medesima archidiocesi.
*9* » » Al sig. Gerardo Uberto A. Habets, della diocesi di Buremonda.
*23* » » Al sig. Giuseppe Beaumont, della diocesi di Grenoble.

*La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:*

*13 Luglio 1928.* Al sig. rag. Giulio Berni, dell'archidiocesi di Bari.
*2 Agosto* » Al sig. Costantino Cane, della diocesi di Novara.
» » » Al sig. Giuseppe Michele Cane, della medesima diocesi.
*3* » » Al sig. conte Francesco de Galen, della diocesi di Münster.
*31* » » Al sig. Antonio Spinelli (Boma).

*Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:*

*31 Maggio 1928.* Al sig. Francesco Sablik, della diocesi di Brno.
*9 Luglio* » Al sig. Stanislao Zachar, della diocesi di Neosolio.
*24* » » Al sig. Giorgio Puységur, della diocesi di,Poitiers.
*28* » » Al sig. barone Filippo d'Otreppe de Bouvette, della diocesi di Liegi.
*6 Settembre* » Al sig. Giovanni Battista Carrera, dell'archidiocesi di Torino.
*28* » » Al sig. arch. Ludovico Becker, della diocesi di Magonza.
» » » Al sig. dott. Gualtiero Heinemann, della medesima diocesi.
*1 Ottobre* » Al sig. Adolfo Quinté, dell'archidiocesi di Milano.
*3* » » Al sig. Ottorino Pedretti, della diocesi di Parma.
*4* » » Al sig. Giuseppe Ruiz Angulo, dell'archidiocesi di Guatemala.
» » » Al sig. Filippo Yurrita, della medesima archidiocesi.
*6* » » Al sig. Napoleone De Almeida (Brasile).
*19* » » Al sig. Giuseppe Allemanni, dell'archidiocesi di Genova.

## MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

### NOMINE

Con biglietti di S. E. Ema Monsig. Maggiordomo, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*Camerieri Segreti Suprannumerari di S. S. :*

*20 Settembre 1928.* Monsig. Raffaele Negro, dell'archidiocesi di Otranto.
*29* » » Monsig. Giuseppe Pretto, della diocesi di Padova.
*4 Ottobre* » Monsig. Stefano Rondini, della diocesi di Novara.
*6* » » Monsig. Giov. Batta Martins Ladeira, dell'archidiocesi di S. Paolo.

*Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:*

*1 Ottobre 1928.* Conte Salvatore Balsamo, dell'archidiocesi di Brindisi.

*Camerieri d'Onore in abito paonazzo di S. 8.:*

*6 Ottobre 1928.* Monsig. Mcola Steinhauser, della diocesi di Eottenburg.
*13* » » Monsig. Luigi Scortegagna, della diocesi di Santa Maria.

*Cameriere, d'Onore di Spada e Cappa Soprannumerario di S. 8. :*

*23 Giugno 1928.* Sig. Giovanni Gonzalez Miranda, della diocesi di Vitoria.

## NECROLOGIO

*23 Settembre 1928.* Monsig. Giovanni Keily, Vescovo di Plymouth.
*24 Ottobre* » Bolo Sig. Card. GAETANO DE LAI, Vescovo di Sabina e Poggio Mirteto, Segretario della Sacra Congregazione Concistoriale.

Annus XX - Vol. XX 3 Decembris 1928 Num* 12

# ACTA APOSTOLICAE SEDIS

## COMMENTARIUM OFFICIALE

# ACTA PII PP. XI

## CONSTITUTIO APOSTOLICA

### NULLIUS SEU NONANTULANA

DE CONFIRMATIONE SEU ERECTIONE CAPITULI ABBATIALIS

PIUS EPISCOPIS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Valde decet Eomanum Pontificem, ad divini cultus splendorem augendum, ecclesias illas, quae dignitate prae ceteris excellunt, peculiaribus praerogativis decorare, ibique canonicorum Capitula vel ex novo erigere, vel iam erecta Apostolicae confirmationis robore munire, prout pia ipsarum ecclesiarum praesulum ac fidelium vota exposcunt.

Cum itaque clerus et populus Nonantulanae abbatiae, metropolitanae Ecclesiae Mutinensi perpetuo unitae, ac in primis venerabilis frater Ioseph Antonius Ferdinandus Bussolari, hodiernus Archiepiscopus Mutinensis et eiusdem abbatiae Abbas, qui vota quoque exprimit ac prosequitur bo. me. Natalis Bruni, sui immediati antecessoris, enixas Nobis preces porrexerint, ut Capitulum abbatiale, iam recedentibus monachis institutum, a Nobis confirmaretur, vel, quatenus opus sit, cum certo non constet Apostolica auctoritate erectum esse, ex novo erigeretur: Nos, prae oculis habentes Nonantulanam abbatiam inter celebriores iure esse adnumerandam, quippe quae tantam, religionis et scientiae lucem effuderit, oblatis precibus liben-

ter annuendum censuimus. Quare, supplet o quorum interest, vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, abbatiale Capitulum Nonantulanum actu exsistens Apostolicae potestatis plenitudine confirmamus et canonice constitutum declaramus, vel, quatenus opus sit, ex novo per praesentes Litteras erigimus, ita ut ipsum verum Capitulum nuncupati et haberi possit cum omnibus iuribus et privilegiis huiusmodi Capitulis propriis sub modo tamen et legibus quae sequuntur:

I. Capitulum duabus dignitatibus, Prioratu nempe et Archipresbyteratu, et Septem Canonicis constabit, quibus addere, quum opportunum visum fuerit, aliquot beneficiatos minores seu mansionarios Archiepiscopo-Abbati fas erit. Prima autem dignitas, idest Prior, caput erit Capituli ceterosque praecedet. Archipresbyteratui vero adnexa erit cura animarum paroeciae S. Michaelis Archangeli in civitate Nonantula; haec proinde altera dignitas titulo gaudebit Arehipresbyteri-Parochi. Septem autem Canonici iuxta prioritatem possessionis praecedentiam habebunt. Ex iis, uni officium Theologi assignetur, alteri, si fieri poterit, officium Poenitentiarii.

II. Cum modo praebendae, tum pro dignitatibus, tum pro Canonicis institutae non habeantur, indulgemus ut interim Capitulares, suas praebendas non habentes, fructus tantummodo percipiant, qui èx summa sponte oblata promanant.

III. Archiepiscopo-Abbati libere tum dignitates, tum canonicatus in praesenti conferre liceat. Si quando autem praebendas constituendas fore contigerit, tunc ipsarum collatio fiat iuxta sacrorum canonum praescripta et cum reservationibus in iure statutis.

IV. Canonicis paroecias, quas in actu nominationis possideant, retinere vel alias assumere fas sit, ac pro munere suo fructus utrimque percipere.

V. Omnes et singuli capitulares parati sint ad ea officia et ministeria libenter suscipienda naviterque obeunda, quae Ordinario, suo prudenti iudicio, illis committere placuerit. Quo autem diligentius unusquisque officiis suis fungatur, Ordinarius, audito Capitulo, punctaturam aliquam praestituat in negligentes sive in suo officio adimplendo sive in chorali servitio persolvendo. Legitime impediti iuxta iuris normas praesentes habeantur. Pars autem fructuum quae a negligentius amittitur diligentibus accrescat.

VI. Usque dum haec oeconomica conditio Capituli permaneat, chorale servitium ad Horas minores et Missam conventualem tantum coarctetur, et quidem diebus festis ab Archiepiscopo-Abbate, audito Capitulo, determinandis, qui maiore solemnitate in ecclesia abbatiali celebrantur.

VII. Missa conventualis per turnum celebrabitur diebus quibus chorale servitium habebitur, reservata tamen Canonico Priori celebratione diebus solemnioribus.

VIII. Pro maiore clarissimae abbatiae decore et ornamento insignia canonicalia haec erunt: Canonici, habitu communi seu piano incedentes, gestare poterunt vestem talarem nigram cum ocellis, globulis, torulo ac subsuto violacei coloris; sericam zonam violaceam cum lacunis pariter seriéis et violaceis; insuper collare, tibialia et chordulas cum floccis ad galerum item violacei coloris. In sacris vero functionibus, quibus intersit Capitulum, usum concedimus rocheti cum manicis violaceo colore subsutis, necnon hiemali tempore cappae magnae ex tela lanea violacea cum pellibus ciñereis, tempore autem aestivo usum mozetae violaceae; palmatoiiam insuper et canonem adhibere poterunt. His omnibus et singulis insignibus Canonici uti valebunt non infra limites tantum propriae abbatiae, sed in Mutinensis quoque archidioecesis toto territorio.

IX. Capitulum Nonantulanum super alia Capitula praeter metropolitanum Mutinense praecedentiam habebit in ecclesia abbatiah eiusque territorio. Quandocumque vero metropolitanum Capitulum Mutinense et abbatiale Nonantulanum simul convenerint, metropolitanum super abbatiale praecedentiam habebit; atque idipsum erit observandum quoties duo Capitula ista fuerint insimul denominanda vel inscribenda.

X. Capitulum quamprimum sua statuta seu constitutiones ad normam iuris conficiat, quae Archiepiscopus-Abbas sua approbatione firmare debet.

Ad haec autem exsecutioni mandanda eumdem venerabilem fratrem Iosephum Antonium Ferdinandum Bussolari, Archiepiscopum Mutinensem et abbatiae Nonantulanae perpetuum Abbatem deputamus ac eidem omnes facultates necessarias et opportunas tribuimus, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, cum onere ad Sacram Congregationem Consistorialem infra sex menses, ab his Litteris datis computandos, transmittendi authenticum exemplar peractae exsecutionis. Volumus insuper ut harum Litterarum transumptis etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris Nostris tribueretur, si originaliter exhibitae vel ostensae forent. ,

Decernimus denique has Litteras Nostras validas, firmas atque efficaces iugiter exstare ac permanere, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, non obstantibus. Nemini autem quae praesentibus Litteris decreta ac statuta sunt infringere vel eis contraire liceat; si quis vero ausu temerario hoc attentare praesumpserit, indignatio-

nem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Bomae apud Sanctum Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo vigesimo octavo, die vigesimanona mensis Iunii, in festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, Pontificatus Nostri anno septimo.

FR. ANDREAS CARD. FRÜHWÍRTH, *S. B. E. Cancellarius.*

CAROLUS CARD. PEROSI, *S. C. Consistorialis Pro-Secretarius*

Ioannes Zani-Caprelli, *Protonotarius Apostolicus.*
Alfonsus Carinci, *Protonotarius Apostolicus.*

Loco Plumbi

*Beg. in Cane, Ap., vol. XXIV, n. 1.*

## , LITTERAE APOSTOLICAE

### I

INDULGENTIA PLENARIA CONCEDITUR RECITANTIBUS MARIALE ROSARIUM CORAM SSMO EUCHARISTIAE SACRAMENTO.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad Sancti Dominici, Bononiensi in civitate, proximis diebus sollemnissima Conventus eucharistici habebitur celebratio, quam ad excitandam provehendamque christifidelium pietatem erga Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum summopere profuturam confidimus. Generalis vero Magister Ordinis Praedicatorum, cum in amplissimam sui Ordinis Basilicam, in qua corpus Fundatoris religiosissime servatur, ipsius Congressionis coetus conveniant, enixis precibus Nos rogat ut peculiari de thesauro Ecclesiae indulgentia, praeclara hac faustaque occasione, christifideles donemus, qui Rosarium Beatae Mariae Virginis, a Patriarcha Sancto Dominico ad honorem Deiparae institutum, ante augustum D. N. Iesu Christi sub velis eucharisticis delitescentis Sacramentum recitaverint. Quibus supplicationibus Nos, cognitum ac perspectum habentes opportunum admodum esse ut hanc Indulgentiam concedamus, quae, cum a Sancto Dominico simul atque a pietate eucharistica suam originem repetat, Conventus eucharistici Bononiensis, cuius certo quodam modo praefata Sancti Dominici ecclesia cardo erit, pecu-

liare quoddam mnemosynon ac monumentum exsistat, adnuere statuimus, atque ita praecipua Nostrae voluntatis significatione pii eventus sollemnitatem augere. Coniatis igitur consiliis cum dilecto filio Nostro S, R. E. Cardinali Poenitentiario Maiore, de omnipotentis Dei misericordia, atque eius apostolorum beatorum Petri et Pauli auctoritate confisi, omnibus et singulis christifidelibus, qui poenitentes et confessi ac sacra Communione iuxta morem sint refecti, ante Sacratissimo Corporis Christi Sacramentum ad publicam fidelium venerationem expositum, vel etiam in Tabernaculo adservatum, tertiam Beatae Mariae Virginis Eosarii partem devote recitantibus, quotiescumque id egerint, *Plenariam Indulgentiam* et remissionem misericorditer in Domino in perpetuum concedimus. Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas, atque efficaces semper exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die TV mensis Septembris anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

P. Card. GASPARRI, *a Secretis Status.*

## II

AUCTORITATE APOSTOLICA DENUO CONFIRMANTUR CONSTITUTIONES CANONISSARUM REGULARIUM SANCTI AUGUSTINI CONGREGATIONIS A DOMINA NOSTRA.

### PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Decimo sexto reparatae salutis labente saeculo, Petrus Fourier, quem rec. memi decessor Noster Leo Pp. XIII in Sanctorum numero inscripsit, Vincentii a Paulo coaevus atque aemulator, ut puellarum, quae christianae institutionis ope destitutae essent, rectae educationi consuleret, sapienti consilio Congregationem a Nostra Domina appellatam Canonissarum Sancti Augustini constituit. Pio autem in opere sollertem adiutricem habuit Adiciam de Ledere, quae, cum iam egregiae virtutis atque extra ordinem donis inlustrata adulescentula esset, ita postea

pie sancteque vitam duxit, ut modo apud Sacrorum Rituum Congregationem eius Beatificationis causa inita sit. Ipsa igitur, nonnullis sibi adiunctis sociis, sub sancti Petri Fourier disciplina, spirituali puellarum bono totam se dedit. Fundatrix novi pro puellis educandis instituti, non minus quam primae eiusdem sociae, prorsus mirabilibus animi dotibus effulsit, tanti sub magisterio viri, qui eas prudentia singulari, doctrinae verbo ac bonorum operum exemplo ad frugiferum propositum attingendum excitabat. Ineuntis vero societatis statutis constitutionibusque triginta per annos Petrus Fourier assiduo studio adlaboravit, voluitque potissimum nt Canonissae eaedem, alumnarum eruditioni et magisterio addictae, cum exteriore vitae habitu interiorem orationis spiritum sociarent, numquam intermissa quotidiana in choro Horarum canonicarum recitatione. Duplicem hunc vitae tenorem, actionis nempe et contemplationis, iterum iterumque quoad vixit sanctus conditor ac legifer verbo scriptisque filiabus in Christo suis commendavit; idque in primis exaratae ab eodem regulae monent iubentque. Anno MDOXV praedecessor Noster Paulus Pp. V rec. mem. regulas easdem prima vice probavit; anno vero MDCXXVIII Urbanus Pp. VIII, cum nonnulla Congregationis privilegia recognoverit, statuta quoque eiusdem rata habuit; Innocentius denique Pp. X per Litteras sub plumbo datas die xxv m. Augusti an. MDCXXXXV sollemnem defmitivamque Apostolicae Sedis sanctionem Congregationis Canonissarum Regularium Sancti Augustini constitutionibus ac regulis largitus est. Mirandum autem in modum Congregatio eadem percrebuit; dum enim adhuc in vivis ageret sanctus fundator, quinquaginta fere domus in Gallia, Hollandia, ac Belgio florebant. Post vero obitum sancti Petri et in Germaniam atque in Sabáudiam, extra quoque Europam et in Americam et in alias vel longo terrarum marisque spatio seiunctas ditiones Canonissae Sancti Augustini migrarunt, atque uberrimam ubique spiritualem segetem messuerunt. At teterrima illa rerum omnium perturbatio, quae in Gallia saeculo decimo octavo exeunte exarsit, huic quoque frugiferae Religiosarum Congregationi gravia damna iacturasque intulit; sed, iisdem dolorum cruciatuumque temporibus transactis, Canonissarum earundem Institutum iterum sese extendit, ac feliciter ad hodierna nostra tempora pervenit. Nil mirum itaque si, labentibus annis, nonnulla e constitutionibus, quas sanctus Petrus Fourier exaravit, praesentium temporum necessitatibus minus apta videantur; ac propterea moniales ipsae Canonissae Regulares S. Augustini, a Nostra Domina nuncupatae, humiliter ad Nos preces admoverunt ut suae Congregationis Constitutiones, quae nuper accommodatae sunt ad normas novi iuris canonici Codicis, sanctione Apostolica denuo confirmemus. Quae quidem emendatae Constitutiones, gallico sermone exaratae, a Sacra Congregatione Religio-

sorum Sodalium praeposita negotiis, sunt recognitae, earumque tenor hic est qui sequitur, videlicet: " •'

# LA RÈGLE DE SAINT-AUGUSTIN

## DISTINGUÉE PAR CHAPITRES POUR L'USAGE DES CHANOINESSES RÉGULIÈRES DE SON ORDRE APPELÉES DE LA CONGRÉGATION DE NOTRE-DAME

### CHAPITRE I

*De la fin et esprit de VInstitut*

Avant toutes choses, mes très chères Sœurs, aimez Dieu et puis... *(et quae sunt reliqua).*

Votis itaque Monialium Canonissarum Regularium Sancti Augustini Congregationis, quam a Nostra Domina nuncupant, Nos ultro libenterque obsecundare volentes, audito etiam, uti mos est, dilecto filio Nostro Camillo Sanctae Romanae Ecclesiae Diacono Sanctae Mariae Scalaris Cardinali Laurenti, qui iam die xxn mensis Decembris anno MDCCCCXXV, qua Sacrae Congregationis pro Eeligiosorum Sodalium negotiis explendis Praefectus, rem ad Nos retulit, Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum Constitutiones Regulasque suprascriptas Monialium Canonissarum Regularium Sancti Augustini plenissime adprobamus eisdemque supremum Apostolicae sanctionis robur adiicimus.

Haec statuimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, eidemque Congregationi Canonissarum Regularium Sancti Augustini a Nostra Domina nuncupatae plenissime suffragari: sicque rite iudicandum esse ac definiendum irritumque ex nunc atque inane fieri si secus super his, a quoquam, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter, attentari contigerit. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet. Volumus autem ut praesentium Litterarum exemplis, etiam impressis, manu ahcuius notam publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate vel officio constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus si exhibitae forent vel ostensae.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxv mensis. Novembris anno MDCCCCXXVI, Pontificatus Nostri quinto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status.*

# EPISTOLAE

## I

AD EMOS PP. DD. GUTLELMUM TIT. S. CLEMENTIS S. R. E. PRESB. CARDINALEM O'CONNELL, ARCHIEPISCOPUM BOSTONIENSEM; DIONYSIUM TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI S. R. E. PRESB. CARDINALEM DOUGHERTY, ARCHIEPISCOPUM PHILADELPHIENSEM; GEORGIUM G. TIT. S. MARIAE DE POPULO S. R. E. PRESB. CARDINALEM MUNDELEIN, ARCHIEPISCOPUM CHICAGIENSEM; PATRITIUM J. TIT. S. MARIAE IN VIA S. R. E. PRESB. CARDINALEM HA YES, ARCHIEPISCOPUM NEO -EB ORACENSEM, ATQUE AD CETEROS RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS FOEDERATARUM AMERICAE CIVITATUM: DE INCREMENTIS CATHOLICAE UNIVERSITATIS STUDIORUM WASHINGTONIENSIPROMOVENDIS.

PIUS PP. XI

Dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Quoniam maximae Nobis curae est ut coepta vestra ad optatum perducantur exitum, eaque imprimis quae ad christianam iuventutis institutionem pertinent, idcirco valde Nos de profectu laetamur catholicarum scholarum, collegiorum et Seminariorum; nominatim vero de incrementis quae a vobis Washingtoniensi studiorum Universitati allata sunt; quo enim haec magis floruerit, eo felicius cetera instituta vestra vigebunt. Quae quidem incrementa ven. fratrem Thomam Shahan, Episcopum tit. Germanicopolitanum, Athenaei eiusdem Rectorem emeritum, praecipue fovisse, cum ipsi noveritis tum ii omnes fatentur quorum interest religionem coniunctis revelationis rationis que viribus defendi ac promoveri: quapropter eum, ultro munus, quo tertio egregie functus erat, deponentem, et debitis laudibus prosecuti sumus et ad Solium Nostrum Adstatorem perlibenter renuntiavimus. Itaque factum est ut, cum alius in eius locum Rector Magnificus sufficiendus esset, consilio Sacrae Congregationis de Seminariis et studiorum Universitatibus, dilectum filium Iacobum Ryan, Antistitem Urbanum, iudicio etiam vestro probatum, ad Washingtoniense Athenaeum regundum nuper eligeremus: ac fore spes est ut is, vobis quidem auctoribus ac ducibus, tantum opus cotidie magis provehere queat. Iamvero Nos, tam praeclaram occasionem nacti, nonnulla hic recolere volumus quae Apostolicae Sedis mentem voluntatemque de Athenaeo vestro vel condendo vel promovendo summatim declarent. Etenim, iam inde ab initio decessor Noster Leo XIII, patribus postulantibus Baltimorensis

Concilii tertii, consilium ab ipsis initum Universitatis studiorum constituendae omni laude dignissimum iudicavit. Cumque autem rationes quibus Episcopi Universitatem omnino necessariam esse afñrmabant, progressu temporis, usque graviores instarent, mirum non est si decessores Nostri f. r. Pius X et Benedictus XV peculiari quadam cura atque sollicitudine Athenaeum ipsum succrescens foverunt animosque Episcopis addiderunt^ optime ab ipsis iam gesta laudando. Itaque, rogantibus Episcopis, decretum est ut Washingtoniensis studiorum Universitas sub auctoritate tutelaque omnium istius regionis sacrorum Antistitum perpetuo esset; ut de alia Universitate in Foederatis septentrionalis Americae Civitatibus condenda agi non posset nisi postquam omnes facultates ordinariae in Washingtoniensi Athenaeo constitutae essent; ut, denique, ad hanc sustentandam Universitatem, pecuniae vis in unaquaque dioecesi singulis annis corrogaretur. Huc accedit quod constitutiones Universitatis - quae quidem nuper, exquisita prius Episcoporum omnium sententia, emendatae sunt - haec habent, inter alia, de Universitate provehenda: « Quotquot «igitur regunt atque administrant Universitatem vehementer solliciti « sint de eius incrementó magis magisque fovendo ». Haec autem cum eis plane cohaerent quae Leo XIII, antea ad Eminentissimum Virum Iacobum Gibbons, Archiepiscopum Baltimorensem (Litteris die x Aprilis MDCCCLXXXVii datis) et deinde ad omnes istius regionis Episcopos (Litteris die VII Martii MDCCCLXXXIX datis) - ut sequitur - scripsit: « Quoniam « vero haec magna studiorum Universitas non modo ad Patriae vestrae « decus augendum pertinet, sed uberes et salutares fructus tum ad sanae « doctrinae propagationem tum ad catholicae pietatis praesidium polli- « cetur, iure confidimus americanos fideles, pro sui magnitudine animi, suae « liberalitatis opem, ad coeptum opus splendide perficiendum, desiderari « a vobis non passuros ». Ex qua quidem Eómani Pontificis sollicitudine spes haud exigua futurae Instituti vestri prosperitatis non modo apud catholicos commota est, sed etiam apud eos omnes qui non ignorarent Ecclesiam, saeculorum decursu, studiorum generalium atque Universitatum parentem et altricem perpetuo fuisse. Quare, quemadmodum ipsimet, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, intelhgitis, dedecere Ecclesiam videretur si Universitas vestra eam, quam finis eius postulat, perfectionem non attingeret; eo magis quod tam multae istic florent studiorum Universitates vel privatorum vel societatum acatholicarum munificentia sustentatae. Neque est praetereundum plurimas sane fuisse utilitates quae, hoc quadraginta annorum spatio, ex Universitate ista in dioeceses, scholas, religiosas familias, ecclesiasticos laicosque viros prodiere: unde perspicere licet quot et quanto maiora beneficia ex ipsa proficiscerentur si rebus omni-

bus institueretur quibus, ad propositum sibi finem assequendum, affluere eam oporteret. Ad fideles autem quod attinet, dubitandum non est quin iidem hac in re, quemadmodum in ceteris quae ad religionis bonum spectant, libenter Pastoribus sacris morem gerant. Edoceantur tantummodo oportet, Washingtoniensem studiorum Universitatem natam esse cum ad sacri ordinis homines, tum ad iuvenes quoque laicos instituendos, qui altioribus ibidem disciplinis ita imbui queant, ut non modo aptiSsimi, si opus erit, praeceptores evadant quibus scholarum catholicarum alumni erudiendi committantur, sed etiam ea christianae sapientiae cognitione excellant qua et Ecclesiae iura strenue tueantur et acatholicorum existimationem sibimet reique ipsi catholicae concilient. Neque putetis, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, posse vos studiosam iuventutem vestram a frequentandis acatholicis Athenaeis arcere nisi Universitas vestra, et numero facultatum et doctorum peritia cum iis studiorum domiciliis, quae diximus, merito comparari atque certare facile possit. Ad sanctissimum igitur perficiendum opus magna, uti liquet, pecuniae vis quotannis corroganda est; cuius quidem colligendae curam non moderatoribus, nedum Universitatis Rectori, relinquatis, sed in vosmet ipsos, clero adiutore, suscipiatis oportet, cum vobis persuasissimum esse debeat, quidquid in Universitatis incrementum confertur, non id a dioecesibus vel paroeciis detrahi, sed potius reddi collatam pecuniam usuris auctam spiritualibus, quibus cleri populique profectus feliciter augeatur. Id ipsum Nos quidem vobis vel ab inito Pontificatu scripsimus: « Quod si paucis necessario Universi« tas committitur regenda atque administranda, omnibus tamen cordi «incrementum eius esse debet, cum in bonum omnium Americae dioe« cesium eadem excitata sit ». Quo in genere putamus utilissimum fore Universitati si certus quidam dominicus dies, unus et idem pro America universa, constituatur, quem *Universitatis diem* nuncupati licebit: quo quidem die clerus in omnibus templis, propositis rationibus ac necessitatibus Athenaei Washingtoniensis, populum ad maiorem quam poterit largitatem excitet et stipem, quo modo Ordinario placuerit, corrogandam curet. Idque ceteroquin per reliquum anni tempus neglegendum non erit. Quid enim vetat quominus in unaquaque dioecesi et paroecia ex ns sacerdotibus et fidelibus, qui velint Universitati aliquanto certiora et firmiora, quantum in se erit, caritatis suae beneficia impertire, consociatio quaedam coalescat in varias distincta classes seu ordines pro maiore vel minore annua pecuniae vi, quam se quisque daturum promittat ac spondeat? In qua cavendum ne suus pueris locus et ordo desit, qui, ut molliore sunt animo et ad nobilissima quaeque plerumque comparato, maximum Institutum vestrum, quod didicerint esse et fore suae religionis et patriae praesidium, facile, parenti-

bus ducibus ac suasoribus, amabunt et de suo peculiolo certatim iuvare studebunt: siquidem consentaneum plane est ut Universitati ab ipsa pueritia opituletur qui, cum adoleverit, sapientiam ibidem hauriet et omnia quae ad vitae laudem pertineant. Habetis igitur, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, quae in Athenaei Washingtoniensis bonum vobis, pro apostolico officio ac paterna solhcitudine Nostra, proponere censuimus: etsi vix quidem opus erat ut haec vos doceremus; cum in hoc etiam rerum genere - nempe in coeptis optimis corrugata stipe promovendis - magnopere ipsi excellatis. Hisce omnibus ad effectum deductis, fieri non poterit quin Rectori novensili suppetat unde, auctis magisteriis studiorumque adiumentis, fructuosius suo munere perfungatur. Rem de cetero Nobis pergratam feceritis si quae Athenaei magni profectum, iudicio cuiusque vestro, aut maturare aut retardare queunt, de iis Nos diligenter edocueritis, ut quoties res postulaverit Nostram interponere auctoritatem utiliter possimus. Interea caelestium praenuntia donorum itemque paternae benevolentiae Nostrae testis apostolica sit benedictio, quam vobis, dilecti filii Nostri et venerabiles fratres, clero et populo vigilantiae vestrae concredito usque omnibus qui quoquo modo Universitatem iuverint amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die x mensis Octobris anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

## II

## AD EMUM P. D. PETRUM, S. R. E. PRESB. CARDINALEM SEGURA Y SAENZ, ARCHIEPISCOPUM TOLETANUM: DE CONVENTU MUSICAE SACRAE PROVEHENDAE EX HISPANIA UNIVERSA.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Certiores nuper facti sumus Conventum musicae sacrae provehendae ex Hispania universa mox Victoriae actum iri, anno quidem exeunte quinto et vicesimo ex quo decessor Noster p. r. Pius X novam legem de musica in templis adhibenda motu proprio promulgavit. Optimum sane consihum vos iniistis planeque dignum eo pietatis ardore quo hispani in decore domus Dei curando tantopere enitent. Ecquid autem magis templi maiestatem decet quam sacris eis concentibus in liturgia uti, quibus commoti fideles et reli-

giosius diTina mysteria participent et animos fidentius ad Deum erigendo magnam eius gloriam concelebrent? Dent igitur operam cum Ordinarii tum curiones ut *scholae cantorum* ubique, si possibile est, constituantur gregorianum cantum, uti vocant, non neglegentes, qui quidem si rite ab universo populo efficiatur, tantam vim habet pietatem fidemque excitanda Nos vero qui eandem legem, quam Pius X motu proprio edixerat, dudum in Litteris ad dilectum filium Nostrum Cardinalem Bisleti, die xxni mensis Augusti anno MDCCCCXXHI datis, confirmavimus ratamque habuimus, id fore confidimus ut, quemadmodum ceterae liberales artes domum Dei merito condecorant, ita musica sacra, bonis omnibus adnitentibus, eam istic assequatur dignitatem quam maiestas sacri loci expostulat. Qua spe laeti, tibi imprimis, dilecte fili Noster, ceteris in episcopatu collegis iisque omnibus qui Conventui intererunt, apostolicam benedictionem, divinorum auspicem munerum paternaeque benevolentiae Nostrae testem, amantissime in Domino impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xvin mensis Octobris anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

## III

AD EMUM P. D. ADOLFUM TIT. S. AGNETIS EXTRA MOENIA S. E. E. PRESB. CARD. BERTRAM, EPISCOPUM WRATISLAVIENSEM: DE COMMUNIBUS ACTIONIS CATHOLICAE PRINCIPIIS ET FUNDAMENTIS.

PIUS PP. XI

Dilecte fili Noster, salutem et apostolicam benedictionem. — Quae Nobis haud ita pridem nuntiasti, coepisse ac fecisse te, ut Actionis Catholicae incrementa apud tuos proveheres, iis profecto non parum delectati sumus; qua quidem in re, tua quoque in Apostolicam Sedem observantia ex eo apparet, quod tibi in votis esse aperiebas, scilicet ut Nosmetipsi, dilectis e dioecesi tua filiis rescribendo, et significaremus quae in eiusmodi coeptis proiiciendi melior ratio ac via esset, et ad proficiendum animos adderemus. Causa quidem agitur aetati ipsi apostolicae non ignota, quandoquidem Paulus in epistola ad Philippenses (c. IV, v. 3) « adiutores suos » commemorat, cupitque adiuvari «illas, quae» secum ipso «laboraverunt in evangelio ». At nostris potissimum temporibus, cum fidei morumque integritas in discrimen cotidie periculosius vocatur, eamque dolemus sacer-

dotum penuriam, ut curandis animarum necessitatibus omnino impares evasisse videantur, Actioni Catholicae plus confidendum, quae tantam cleri tenuitatem, datis multiplicatisque e laicorum ordine laborum sociis, adiuvet ac suppleat. Quam quidem rei catholicae sospitandae rationem plane liquet decessores Nostros probasse atque adhibuisse, qui, quo asperiora Ecclesiae et consortioni hominum inciderunt tempora, eo impensius, veluti receptui canentes, fideles omnes hortati sunt, ut, Episcopis praeeuntibus, sancta certarent certamina aeternaeque proximorum saluti pro viribus consulerent. Nec minus Nos, iam inde ab inito pontificatu, de Actionis Catholicae incrementis solliciti fuimus, utpote qui, Litteris Encyclicis « Ubi arcano » ipsam a pastorali ministerio et a vita christiana minime disiungi publice edixerimus, declaratis deinceps eius natura et proposito, quae si recte perpendantur, apparet Actionem Catholicam alio non spectare, nisi ut laici apostolatum hierarchicum quodammodo participent. Neque enim Actio Catholica in eo tantum consistit, ut homines suae quisque christianae perfectioni studeant, quod primarium est atque praecipuum, sed etiam in verissimo apostolatu catholicis cuiusvis ordinis communi, quorum sensus atque opera cum iis quibusdam quasi centris sanae doctrinae et multiplicis actuosique laboris, cohaereant, quibus rite legitimeque constitutis Episcoporum demum adest ac suffragatur auctoritas. Christifidelibus igitur, qui sic coiverint atque in unum coaluerint, ut ad nutum hierarchiae ecclesiasticae praesto sint, sacra ipsa hierarchia quemadmodum mandatum impertit, sic incitamenta et stimulos adiieit. Iamvero, haud aliter ac mandatum Ecclesiae divinitus commissum, ipsiusque hierarchicus apostolatus, Actio eiusmodi non externa prorsus sed spiritualis, non terrena sed caelestis, non politica sed « religiosa » dicenda est. Verumtamen eam ipsam iure meritoque « socialem » dixeris, cum id sibi propositum habeat, ut Christi Domini regnum proferat, quo quidem proferendo cum summum omnium bonum societati acquiritur, tum cetera quaeruntur bona, quae ab illo proficiscuntur, ut sunt quae ad statum Civitatis pertinent et politica vocantur, scilicet bona non privata ac singulorum propria, sed civibus omnibus communia: id autem omne Actio Catholica ita potest ac debet assequi, si, Dei Ecclesiaeque legibus modeste parendo, a civilium studiis partium sit prorsus aliena. Quo quidem spiritu si imbuti animatique sint catholici, qui apostolatus hierarchici participes sint, facere non poterunt, quin promoveant, tamquam finem proximum, christifidelium ex omnibus nationibus coniunctionem in iis quae ad mores religionemque pertinent, itemque-quod praecipuum est-valeant ad fidei doctrinaeque christianae principia cum late disseminanda, tum valide tuenda, tum denique privatim publiceque promovenda. Itaque in Actione Catholica nostri universi omnes con-

cordes erunt, nullo vel aetatis, vel sexus, vel ordinis, vel civilis cultus, nullo stirpium partiumque discrimine, modo tamen huiusmodi studia evangelicae doctrinae christianaeque legi ne répugnent, modo qui ea profitentur, hoc ipso eandem doctrinam ac legem ne abdicare videantur. Nam de Actione illa dicimus, quae totum hominem complectitur cuius rectam provehit religiosam civilemque institutionem, id est solidam pietatem/ uberem sanae doctrinae cognitionem et plenam morum integritatem, quibus rebus qui careat, apostolatum hierarchicum non is fructuose exercere poterit. Facile, ceteroqui, intellectu est Actionem Catholicam, quod ad usum spectat, variam fore pro diversitate aetatis et sexus, pro varia temporum locorumque condicione, ita tamen ut qui de iuvenilibus coetibus sunt, ii ad futura rerum incepta se potissimum conforment ac comparent, firmatae vero aetatis hominibus latior pateat campus, utpote quorum sit si qua sibi liceat in societatem humanam beneficia conferre, quae cum divino Ecclesiae munere aliquo pacto cohaereant, ab nullis eorum impèrtiendis abstinere. Nec vero Actio Catholica quod habet sibi propositum, peculiari via ac ratione assequi contendit; quin imo opera et sodalicia cuiusvis generis, vel praecipue religiosa, ut quae iuventutis instituendae aut pietatis fovendae gratia instituta sunt, vel proprie civilia atque oeconomica, ad apostolatum socialem convertit ac dirigit. Atque Actio haec ob sapientem illam, quam habet, ex una concordique gubernatione sibi insitam, virium officiorumque ordinationem, qua varia totius compagis suae reguntur elementa - quae sunt coetus hominum ac mulierum itemque iuvenum ex utroque sexu - cum fruatur ipsamet utilitatibus, quas sodalicia religiosa dumtaxat et oeconomica sibi pepererint, tum ea adiuvabit fovebitque id efficiendo, ut non modo consensio ac benevolentia sed etiam adiutricis operae praesidium utrimque intercedat, eo quidem cum Ecclesiae et humanae societatis emolumento, quod facile conficitur. Hoc autem in comparando bono, quod est maxime religionis et morum, Actio Catholica non sane intercipiet suis aditum ad rem publicam, qua late eius tractatio patet; immo eos ad publica munia reddet aptiores, quippe quos ad vitae sanctimoniam christianorumque officiorum observantiam severe conformaverit. Quid, quod ad pariendos societati optimos omnium cives, religiosissimos reipublicae scitissimosque omnium magistratus nata videtur? Quis igitur affirmaverit eam vera rei publicae commoda neglegere, quae demum commoda extra christianae caritatis campum minime vagantur, cum ad caritatem pertineat publicam omne genus prosperitatem provehere? Eiusmodi quidem prosperitatem in qua proximus finis continetur societatis civilis, nonne Actio Catholica tum provehit, cum suos iubet legitimam auctoritatem vereri legibusque obtemperare, ea

servare ac tueri, quibus populorum salus ac felicitas nititur: ut morum integritatem, ut convictus domestici incolumitatem, ut civilium ordinum inter se concordiam et consensionem, id scilicet omne, quod ad societatem hominum tranquillandam tuendamque confert? Et sane id facilius assequitur, quia cum, ut diximus, partium studiis nequaquam implicetur, etsi eaedem et catholicis constant - qui profecto de controversiis liberae disceptationi relictis dissentire non prohibentur, - ultro consiliis praescriptisque obsequetur, quae sacrorum antistites daturi sunt, quamvis ea ipsa factionum disciplinae commodisque répugnent vel repugnare videantur. - Ex iis, quae adhuc memoravimus, liquido patet, dilecte fili Noster, Actionem Catholicam iure meritoque habendam esse quandam veluti viam ac rationem qua ad beneficia omne genus nationibus impertienda utitur Ecclesia: viam ac rationem, inquimus, quae videatur divino consilio ac beneficio inducta, ut ad evangelicam doctrinam ac legem illos Ecclesia alliciat ac trahat, qui, nullo cum sacerdotibus commercio usuque, facile in seditiosorum hominum fallacias pravasque artes concédèrent. Haec sunt cuivis Actioni Catholicae communia principia ac fundamenta, quamquam ex una eademque causa, pro vario populorum ingenio variaque nationum condicione, vam gignuntur effectus. Manifesto ex his apparet eam patrocinio dignam esse non modo Episcoporum et sacerdotum - qui probe norunt ipsam Nosmet in oculis Nostris ferre-sed etiam gubernatorum ac magistratuum cuiuslibet Civitatis: quodsi communi eiusmodi patrocinio fulciatur, iam mirificam fructuum ubertatem in gentes catholicas proferet, et ubivis, religionem in animis excitando, non parum ad civilem prosperitatem conducet. Quod ut auspicato eveniat vehementer cupimus. Interea, dilecte fili Noster, grati admodum tibi sumus qu«d, luculentus mentis Nostrae interpres, Actionem Catholicam in dioecesi tua propagare contendis, neque minus quod Nobis opportunitatem dedisti eius ad commune bonum denuo patefaciendae.

Caelestium vero donorum auspicem paternaeque benevolentiae testem, tibi, dilecte fili Noster, et clero populoque tuo universo apostolicam benedictionem peramanter impertimus.

Datum Eomae apud Sanctum Petrum, die xm mensis Novembris anno MDCCCCXXVIII, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XI

# ACTA SS, CONGREGATIONUM

## SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

### PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominns Noster Pins divina Providentia Papa XI successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

*19 Octobris 1928.* — Cathedrali Ecclesiae Oppidensi praefecit R. P. D. Ioannem Baptistam Peruzzo, hactenus Episcopum tit. Euracensem.

*21 Octobris.* — Titulari episcopali Ecclesiae Tiberiensi, R. P. Paulinum Ladeuze, Rectorem Magnificum catholicae Lovaniensis Studiorum Universitatis.

*30 Octobris.* — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Vimiuaciensi, R. P. D. Franciscum Hickey, hactenus Episcopum Roffensem in America.

*5 Novembris.* — Cathedrali Ecclesiae Cajamarcensi, R. P. Antonium Raphaelem Villanueva, O. Fratrum Minorum.

*9 Novembris.* — Titulari episcopali Ecclesiae Arethusensi, R. D. Feli* cianum Rocha Pizarro, quem constituit Auxiliarem Emi D. Petri S. R. E. Card. Segura y Saenz, Archiepiscopi Toletani.

*10 Novembris.* — Cathedrali Ecclesiae Isclanae, R. D. Ernestum De Laurentiis, parochum ad S. Luciae maritimae, Neapolis.

*16 Novembris.* -— Cathedrali Ecclesiae Mantuanae R. D. Dominicum Menna, Pro vicarium generalem dioecesis Brixiensis.

*17 Novembris.* -— Titulari episcopali Ecclesiae Zabiensi, R. P. Eduardum Michaud, e Societate Missionum ad Afros (vulgo *Pères Blancs),* quem constituit Vicarium Apostolicum de Tabora.

*23 Novembris.* — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Neocaesareae in Ponto, R. P. D. Iacobum Montanelli, hactenus Episcopum Cremensem, quem constituit Coadiutorem cum iure futurae successionis R. P. D. Ioannis Gamberoni, Archiepiscopi Vercellensis.

*26 Novembris.* — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Adulitanae, R. P. D. Columbanum Dreyer, hactenus Episcopum tit. Orthosiensem, quem constituit Delegatum Apostolicum in Indosinis.

*1 Decembris.* — Titulari episcopali Ecclesiae Emmausiensi, R.D. Iosephum Signore, hactenus Episcopum Thelesinum seu Cerretanum.

# SACRA CONGREGATIO CONCILII

## CANARIEN.

### COMPENSATIONIS OB RESIDENTIAM

*Die 16 Iulii 1927*

SPECIES FACTI. - Post Decretum regium die 30 Iunii 1926 publicatum in Hispania de «publicis administris qui in insulis Canariis funguntur munere», etiam ecclesiasticis Episcopus Canariensis huic Sacrae Congregationi reverenter exponebat: « In Regali Decreto a die 1 Iulii decurrentis vim obtinente, ecclesiasticis qui in Insulis Canariis suo munere funguntur atque ab Statu dotationem percipiunt, augmentum quoddam, scilicet, 30 vel 15 supra centum, pro diversitate casuum, dotationis respectivae percipient. ^At, forsan non immerito omnino, dubitant aliqui num augmentum huiusmodi canonice computare teneantur veluti partem dotationis iisdemque proin iuris, praescriptionibus obnoxium; tum ob naturam singularem augmenti praefati, quod quidem non participes omnes eodem modo afficit, illudque *indemnizationem ob residentiam* appellat Regale Decretum, tum vero ob singularem indolem adiunctorum e quibus augmentum pendet: prout nempe participes nati fuerint extra Insulas Canarias vel in eis, ac in hoc postremo casu prout per 15 annos residentiam aut vicinitatem in Archipelago habeant vel non. Ceterum haec concessio pariter ac uniformiter tam pro quibuscumque officialibus civilibus ac militaribus, servitio Status his in Insulis adscriptis, quam pro ecclesiasticis viget, qui quidem hac in re illis adsimilantur ex tenore Regalis Decreti. Ex adverso, qualificatio qua augmentum - quamvis, uti confici potest, minoris stabilitatis in se, atque etiam quoad quantitatem assignatam minus quam ipsa dotatio - veluti accessio spectetur eiusdem dotationis, seu redotatio quaedam, ac consequenter iisdem iuris praescriptionibus subiectum, scopo observantioris disciplinae videtur magis favere ac deservire. Quapropter ut ambiguitas quaelibet removeatur, sequentium dubiorum solutionem submisse rogat:

« I. *An augmentum de quo in casu sit tamquam accessio seu dotis beneficii* * *sive muneris uniuscuiusque obtenions* (canonicatus, paroeciae, vicariatus, capellaniae) *habendum, iisdemque proin iuris praescriptionibus respective obnoxium;*

« IL *An saltem pro canonicis ceterisque qui ad choralem residentiam tenentur, tertia pars augmenti in casu sit inter distributiones computanda, prout generatim de tertia parte assignationis cavetur in Codice* ».

VOTUM CONSULTORIS — 1. Solutio dubii ex eo imprimis videtur pendere quod accurate definiantur bona seu reditus ecclesiastici *dotationem* efficientes. Iamvero hic dotatio certe intelligitur esse dos beneficii aut muneris; inde quaerit Episcopus Canariensis an subsidium, nunc a Gubernio hispanico concessum Auris ecclesiasticis canariensibus sit habendum tamquam accessio seu pars illius dotis. Dos vero vocatur etiam, et maxime iure Decretalium vocabatur, praebenda itemque beneficium; unde notissima regula: *beneficium datur propter officium;* et hodie pariter in Codicis canone 1409 sic traditur notio beneficii ecclesiastici, ut dicatur constare duplici elemento, videlicet officio sacro et iure percipiendi reditus *ex dote* officio adnexos. Ergo dicamus effici dotem, vel dotationem consistere in ns bonis seu reditibus ecclesiasticis qui obtinentur *propter officium* seu *ratione aut titulo* officii; quippe qui sunt reditus aut bona ipsi officio adnexa, et competunt beneficiario ex solo titulo vel ratione officii; ex eo nempe quod ipse beneficiarius obtinet tale officium vel munus, ita ut beneficiario debeantur propter functiones ecclesiasticas seu onera, generatim et complexive sumpta, quae constituunt naturam illius officii seu muneris; non propter aliquod peculiare et determinatum opus, aut servitium a beneficiario in aliquo casu praestitum, nec propter alium titulum extrinsecum qui non pertineat ad rationem muneris vel officii. Ideo ad dotem seu dotationem non sunt dicenda pertinere, nec efficere partem dotis aut dotationis, alia emolumenta ecclesiastica vel reditus quae obveniant beneficiario occasione alicuius actualis et determinati servitii vel operis aut functionis exercitae, etsi opus vel functio exerceatur vi muneris vel officii; adeoque minus si reditus vel emolumenta tribuantur beneficiario ex causa tituli extrinseci qui cum ipsa ratione vel natura officii proprie non connectatur.

2. Vulgata proinde est distinctio quae apud canonicos et quoslibet beneficiarios capitulares fit inter fructus, proventus, reditus, vel qualicumque nomine vocentur, qui constituunt *dotem* seu *praebendam canonicalem* aut *beneficialem,* et inter obventiones seu emolumenta quae audiunt *distributiones.* De quibus haec leguntur apud Ferraris (Bibl., v. *Distributiones quotidianae):* « Distributiones huiusmodi non veniunt appellatione fructuum seu reddituum et proventuum istius vel illius beneficii, cum sint redditus casuales et incerti qui acquiruntur labore et interventu in divinis, c. *Licet,* 32 , de Praeb.; cap. unie, de Cler. non resident, in 6; cap. *Quoniam,* 8 § *In illis* de concess. Praebend. etiam in 6; Rot. part. 15 *recent.,* dec. 61, n. 1; Cassad.,

dec. 1 de Cleric. non resident; Covarr., lib. 3, *Variar, resolut.*, cap. 13, n. 1; Fagn., lib. 13, Decret, in cap. *Licet* 32 de Praeb., num. 3 etc. ».

Et Barbosa (lib. 3, *Iur. Eccles, univ.*, cap. 18, n. 8) haec tradit: «Quod adeo verum est ut appellatione reddituum beneficii non veniant distributiones, ut constat ex cap. *licet* de praeben. ibi: « proventus suos ecclesiasticos faceretis integre ministrari, nolumus tamen ut quotidianas distributiones percipiat » etc.; cap. 2 de privileg, in 6... Prout nec etiam comprehendunt appellatione fructuum, sicut colligi videtur ex Conc. Trid., *sess. 24 de ref., c. 12 vers, praeterea...',* et ideo sic docent Covarr., 1. c, Eot., decis. 330, n. 1 et 2, p. 2 *divers.*, ubi hae distributiones non dicuntur fructus beneficiorum, sed potius quod dantur ratione certo ministerii personalis... Nec denique appellatione reddituum et proventuum veniunt, cum de corpore beneficii non sunt, sed percipiuntur ratione servitii personalis cap. *licet* cum gloss., de praeben.».

3. Item penes parochos aliud ex se est dos vel praebenda beneficii aut reditus qui percipiuntur ex dote officio paroeciali adnexa, quique parocho cedunt ex solo titulo sui muneris paroecialis ; aliud sunt iura stolae, et praestationes de quibus can. 463, et taxae de quibus can. 1507, ceteraque huiusmodi, quae debentur parocho ob aliquod opus vel Servitium peculiare et determinatum. Nec refert quod hodie can. 1410 decernat *posse* dotem beneficii consistere etiam in quibusdam praestationibus, sive in certis et voluntaras fidehum oblationibus, sive in iuribus stolae; nam id intelligendum est vel cum nulli alii sint reditus, quibus dos beneficii efficiatur, vel cum certe constet partem saltem dotis constitutam esse in illis praestationibus aut oblationibus aut iuribus stolae. Ceterum vetus regula canonica, quae hodie dicenda est quoque obtinere nisi aliud certo constet, plane distinguebat iura stolae, praestationes, oblationes, taxas, etc., a praebenda vel dote paroeciali, prout distinguebat distributiones chorales a praebenda vel dote capitulari.

4. Unde pro re nostra possumus haec animadvertere. Dum Concilium Tridentinum (sess. XXI, c. 3 *de reform.)* constituit tertiam partem fructuum et quorumcumque proventuum et obventionum separari debere et in distributiones converti; itemque dum hodie can. 395, eadem verba usurpans, inquit: « Episcopi tertiam partem separent *fructuum, proventuum, obventionum* quae ex dignitatibus, canonicatibus, officiis aliisque illius ecclesiae beneficiis percipiuntur et in distributiones quotidianas convertant », tenendum certe est illos « quoscumque fructus, proventus, obventiones »? intelligendos esse eos dumtaxat qui dotem beneficiorum quacumque ratione efficiant, non vero alios qui ex aliis «titulis, praeter merum titulum officii, beneficiario adquirantur. Nam illa diversitas nominum respicit dumtaxat

diversam conditionem naturalem redituum. Nempe, tres Iri termini, qui saepe occurrunt, significant respective: *fructus,* quae solum labore exercitum producit *(i prodotti della terra coltivata)* et inde victualia; *proventus,* introitus, reditus, salaria quoque, stipendia Missarum,- *obventiones,* ii introitus seu proventus qui non praevidentur, id quod Itali vocant *incerti* (sportula, honorarium) vel, in stylo Pandectarum, reditus in agrorum fructibus non comprehensi. Tamen tres termini saepe promiscue usitantur. Quandoquidem si illorum verborum sensus extenderetur quoque ad alios reditus qui, praeter dotem seu praebendam, obvenire possunt ex quocumque titulo ecclesiastico, iam et ipsae distributiones, quae profecto sunt obventiones, proventus ecclesiastici, essent in eamdem rationem computandae. Quod si id. de ipsis distributionibus quotidianis retineatur absurdum, quoniam praecise in distributiones quotidianas sunt alii proventus, quoad tertiam partem, convertendi, saltem autumari id posset de aliis distributionibus *inter praesentes* ceterisque emolumentis incertis et eventualibus, quae beneficiariis capitularibus obvenirent.

5. Fingamus etiam alicui dignitati vel canonicatui aut beneficio capitulari adnexum esse oificium paroeciale, atque adeo canonico-parocho obvenire, sicut ceteris parochis, iura stolae, praestationes, taxas, etc., quas diximus non pertinere ad dotem beneficii: numquid ista non sunt emolumenta, reditus' ecclesiastici! et tamen nemo dixerit ex illis quoque desumendam esse tertiam partem in distributiones quotidianas convertendam. Quare? quoniam illa non acquiruntur canonico parocho *ex ratione seu titulo* dotis aut dotationis. Item in Hispania nonnullis beneficiis capitularibus, per concursum conferendis, licet adiicere peculiare onus, v. g. docendi in Seminario aliquam disciplinam ecclesiasticam; evenire autem potest ut ille beneficiarius capitularis, ob munus docendi, etsi adnexum pro illa vice suo beneficio, recipiat ex Seminario stipendium annuum, quod certe ex bonis ecclesiasticis desumitur. Sed nemo, ut reor, censuerit illud annuum, stipendium habendum esse tamquam pars vel accessio dotationis beneficialis, nec ex illo detraheretur tertia pars convertenda in distributiones quotidianas. ' ,

6. Ut ergo definiatur an nonnulli reditus vel emolumenta, beneficiariis ecclesiasticis obvenientia, rationem induant necne dotationis beneficiariae, seu efficiant partem dotis, attendendus est *titulus,* ex quo beneficiariis adquiruntur. Sed probe inspiciendum est de quo titulo agatur; non sufficit namque attendere titulum genericum et remotum, sed *specificum,* determinatum, immediatum; id est non sufficit ut dicamus illos esse reditus seu proventus ecclesiasticos, competere beneficiariis ex titulo ecclesiastico, non civili, sed inter ipsos titulos ecclesiasticos facienda est distinctio; compertum

est enim, prout innuimus, posse obvenire ecclesiasticis beneficiariis reditus aut emolumenta stricte ecclesiastica et ex titulo ecclesiastico, non tamen ex titulo *dotationis.* Ergo in causa, quam prae manibus habemus, dubium non solvitur ex eo quod dicamus generico modo subsidium, concessum viris ecclesiasticis canariensibus, esse habendum tamquam restitutam partem bonorum ecclesiasticorum, quae ohm fuerunt ab Statu occupata; vel ex eo quod dicatur Status adstringi in Concordato ad praestandam beneficiariis ecclesiasticis congruam dotationem, immo et ad augendam dotationem; vel ex eo quod omnia emolumenta et subsidia, ab Statu Ecclesiae tributa, cenr seantur habere naturam redituum ecclesiasticorum, aut quod secus illa emolumenta non tribuerentur titulo ecclesiastico, sed civili, adeo ut beneficiariis cederent tamquam officialibus Status. Haec omnia generica sunt, nec ex se definiunt titulum immediatum, quo emolumenta vel subsidia viris ecclesiasticis ab Statu tribuuntur; licet enim reditus aut emolumenta ipsa obtineant conditionem bonorum ecclesiasticorum, licet dentur ex titulo ecclesiastico, licet tribuantur ecclesiae vel viris ecclesiasticis, tamquam ministris Ecclesiae, non tamen omnia dantur ex eodem titulo peculiari et immediato, eoque minus ex titulo definito dotationis vel dotis. Etenim in Hispania, praeter reditus quos tribuit Status titulo dotationis pro clericis, confert etiam Ecclesiae vel viris ecclesiasticis alia emolumenta vel subsidia sive ad sumptus divini cultus explendos (art. 34 Concordati), sive pro Seminariis Conciliaribus (art. 35), sive pro sustentatione nonnullarum Religiosarum Familiarum (ibid.), etc. Quae nemo autumabit dicere data esse ritulo dotationis beneficiorum ecclesiasticorum. Et quamvis in ipso Concordato (aa. 36 et 38) horum quoque emolumenta erogatio appelletur dos seu dotatio pro cultu, tamen toto caelo differt ab alia redituum parte quae in iisdem articulis dicitur dos seu dotatio cleri.

7. Age iam, propius accedentes ad nervum dubiorum, quae ab Episcopo Canadensi proposita sunt, adnotemus in concordato hispano clare et distincte recenseri, sub ipso nomine dotationis, nempe dotationis ministrorum ecclesiasticorum, eos reditus, qui constituunt veram et propriam dotem beneficiorum ecclesiasticorum, quique proinde soli habendi sunt in censu proprie dictae dotationis; ceteri vero reditus aut emolumenta, quae tribuuntur Ecclesiae vel immo viris ecclesiasticis, sed ex alio diverso titulo, tametsi ecclesiastico, extra rationem dotationis beneficiariae sunt habenda. Ex. gr. sic habetur in Concordato: «Art. 31. Reditus annuus cuique Archiepiscoporum in dotem assignatus, erit ut sequitur (hic distincte recensentur reditus singulis pro dotatione attributis, et successive idem traditur de Episcopis; et postea in art. 32 cum distinctione de dignitatibus, canonicis, beneficiariis capitularibus; postremo in art. 33 de parochis et vicariis paroeciali-

bus). Haec proinde constituunt veram dotationem beneficiariorum ecclesiasticorum. Porro in iisdem articulis alia adnectuntur sub horum verborum tenore: *a)* In art. 31: « Gaudebunt insuper Archiepiscopi et Episcopi suis palatiis, pomariis, hortis aut aedibus, quae iu qualibet Dioecesis parte ipsorum usui ac solatio destinatae, et minime alienatae fuerint•»; et in art. 33: « Praeterea tum Parochi proprii tum Coadiutores fruentur aedibus eorum habitationi addictis, necnon hortis seu possessionibus, quae venditae minime fuerint, et vulgari nomine *Iglesarios, Mansos* vel alio appellari consueverunt». Iam haec extra rationem dotationis sunt habenda; quoniam nec omnibus indiscriminatim assignantur; eadem sunt pro singulis qui in eadem mensura dotationis iuxta diversitatem graduum aequiparantur, nec diversa sunt pro diversa beneficiorum conditione; sed dumtaxat relinquuntur f menda, *si et quatenus sint;* quod si in aliqua Dioecesi v. g. non habeatur palatium pro Episcopi habitatione, aut in aliqua paroecia deficiat domus paroecialis, eo quod alienata fuerint, tunc nihil Episcopo aut Parocho tamquam supplementum pro palatio aut domo paroeciali assignatur; contra debuisset assignari, si palatia episcopalia et domus paroeciales constituerent partem dotationis, nam in Concordato recepta est regula ut dotatio par esset omnibus qui in eadem conditione beneficiaria comperiatur, *b)* In art. 34: «Pro iis vero (sumptibus) qui administrationis et sacrae visitationis causa extraordinarie requiruntur, singulis Metropolitanis intra viginti millia argenteorum annua vice conferuntur ». Neque haec ad dotationem Archiepiscoporum et Episcoporum pertinere dicenda sunt; quia assignantur eis ex alio titulo, nempe causa sumptuum extraordinariorum pro administratione et visitatione pastorali, *c)* In art. 33: « Itemque parochi proprii et sui coadiutores ex iuribus stolae et oblationibus, vulgo *pie de altar,* partem cuique respondentem percipient ». Iuxta ea, quae supra diximus, pro dotatione parochorum et suorum vicariorum non sunt hoc in casu computanda haec iura stolae et oblationes; percipiuntur enim ex alio diverso titulo.

8. Iam ex his omnibus praemissis possumus directe respondere dubio proposito, an scilicet subsidium, ab Statu hispano concessum peculiariter clericis apud Insulas Canarias munus ecclesiasticum gerentibus, habeat rationem dotationis, seu nempe sit augmentum, supplementum, accessio, pars dotationis. Et responsio negativa videtur tenenda; eo quod subsidium istud non datur titulo dotationis sed titulo indemnizationis seu compensationis pro residentia in illis insulis. Plane constat eos reditus esse habendos certe ecclesiasticos, et tribui ex titulo ecclesiastico, et dari clericis tamquam ministris Ecclesiae non tamquam officialibus Status; sed titulus immediatus et proprius, ex quo conceduntur, non est titulus dotationis, est alius titu-

Ius diversus, prout diversus est titulus quo relinquitur in Concordato Episcopis usus palatiorum, Parochis vero usus domorum paroeciahum; quo assignantur Episcopis peculiares reditus pro sumptibus administrationis et visitationis; quo Parochis eorumque cooperatoribus tribuuntur iura stolae et oblationes. Nam quo titulo datur hoc subsidium clericis canariensibus? non propter rationem officii vel muneris, sed propter peculiares conditiones residentiae ipsorum in illis Insulis, nempe ob maiores et pecuhares expensas ferendas ex illa residentia, ex itineribus suscipiendis, etc. Ideo quoque fit distinctio, et *maius* vel minus subsidium conceditur prout agatur de iis qui ex iussu Superiorum aut de iis qui sponte sua ibi resident ac munus exercent, itemque de iis qui alienigenae vel indigenae sunt; nam huiusmodi distinctio non desumitur ex ipsa ratione muneris seu officii, sed ex aliis titulis extrinsecis.

9. QUae maius robur accipiunt si animadvertamus Statum hispanicum, adimpleturum promissiones in Concordato factas, concessisse anno 1920, verum augmentum dotationis, et quidem sub eo nomine, titulo et ratione, omnibus per universam Hispaniam beneficiariis capitularibus et paroecialibus; adiunxit enim singulorum *dotationi* 750 libellas annuas pro beneficiariis ecclesiarum cathedralium et collegiatarum; evexit autem ad 1000 libellas *dotationem* beneficiariorum et cooperatorum in ecclesiis collegiatis suppressis et paroecialibus, ad 1500 libellas *dotationem* parochorum ruralium, ad 1750 parochorum ingressus, ad 2000 parochorum ascensus, ad 2250 ut minimum parochorum terminos. De his augmentis non est dubitandum quin effecerint accessionem vel pinguiorem partem dotationis; quoniam id clare exprimitur in ipso tenore et ratione legis dantur enim ex sola ratione officii et tribuuntur generatim omnibus beneficiarius; contra nihil horum deprehenditur in decreto, quo clericis canariensibus subsidium conceditur ob residentiae compensationem.

10. Idipsum confirmari potest, si instituamus comparationem cum augmento nuper concesso in Italia beneficiariis ecclesiasticis, quod relate ad canonicos aliosque beneficiarios capitulares declaratum est a Sacra Congregatione augere dotationem, ideoque ex illo detrahendam esse partem tertiam, quae in distributiones quotidianas convertatur. Equidem recte, nam ipsum decretum statuebat dissertis verbis: « Art. 3. Sarà concesso dall'Amministrazione del Fondo per il Culto un assegno supplementare alle seguenti categorie del Clero, *fino a portare la congrua,* compresi i predetti casuali, alla misura rispettivamente indicata ». E converso nullum verbum occurrit in decreto Status hispanici, unde attribuamus conditionem dotationis subsidio quod conceditur clericis canariensibus; sed appeUatur peculiaris compensatio pro residentia.

11. Restat ut nonnulla declaramus quae in contrarium oggeri possunt. Sane imprimis diversa conditio et peculiaria *adiuncta locorum,* ubi resideant beneficiarii, potest esse ratio cur diversa mensura *dotationis* assignetur divers sis beneficiariis, sic nimirum ut nonnullis, non vero ceteris augeatur, quamvis omnes ad eumdem gradum beneficialem pertineant. Exemplum habetur in eodem Concordato Hispaniae, quod *pro diversitate loeorum* diversam *dotationis* mensuram attribuit praesertim Episcopis et Parochis; v. gr. legitur in art. 31 «Almeriensi (et ceteris qui residentiam habent in civitatibus capitibus provinciarum civilium) nonaginta millium; Asturicensi (et ceteris, quorum residentia est in civitate vel oppido extra capita provinciarum civilium) octoginta millium »; et art. 33: « Pro Parochis iu urbanis paroeciis annuus reditus intra tria et decem millia argenteorum constituitur; in ruralibus vero minimum reditus duo millia et biscentum attinget ». Huic tamen animadversioni respondendum videtur, ut quamvis illa vera sint, non tamen concludendum sit quaelibet peculiaria emolumenta vel subsidia, quae *ex diversitate residentiae* tribuantur viris ecclesiasticis, esse concessa titulo dotationis vel tamquam augmentum dotationis, siquidem possunt concedi ex diversis titulis. Oportet ergo in singulis casibus attendere titulum, ex quo emolumenta concedantur. Porro in casu nostro nullum adesse videtur iudicium ut dicamus subsidium, concessum clericis canariensibus sub nomine compensationis residentiae, tribui ratione seu titulo dotationis vel tamquam partem dotationis.

12. Secundo obiici potest quod mensura, qua definitur ipsum subsidium canariensibus, reponatur in quota parte dotationis, id est 30 vel 15 pro 100 dotationis, quasi nempe sit eiusdem dotationis pars. Contra tamen id ex eo dumtaxat videtur esse factum quod quaereretur certa et congrua norma ad determinandam mensuram subsidii singulis attribuendam, eaque norma censeretur recte reponi in quota parte dotationis; nam et subsidium pendendum est ab Statu qui et idem pendit dotationem, et respondere debet conditioni singulorum clericorum prout respondet dotatio. Idem ceterum est de officialibus civilibus in praefatis Insulis. At non exinde colligitur ipsum quoque subsidium esse pars dotationis aut dari titulo dotationis.

13. Tertio difficultas enasci posset ex eo quod, subsidium vel augmentum, concessum clericis canariensibus, videatur computandum in pensione adsignanda. Sed id omne incertum est; quia in Hispania numquam videtur Status adsignare clericis veram pensionem; nec etiam constat ut, si alicui, clerico adsignaretur pensio, haec mensurae dotationis coaequaretur.

lá-. Denique alia difficultas deprehendi posset in eö quod, clericus habitualiter residens in Canariis Insulis, si ad tempus rediret in patriam, tamen pergeret eo ipso tempore frui subsidio vel augmento, de quo in casu.

At vero non apparet quomodo difficultas inde ob tradatur; nam una ex causis, ob quas datur huiusmodi subsidium vel augmentum, invenitur praecise in peculiaribus expensis quas clericus ferre debet in aggrediendo itinere ut ab Insulis Canariis veniat in patriam iterumque ex patria redeat in Canarias Insulas.

15. Quae omnia cum ita sint, conclusio fluere videtur ut dicamus subsidium vel augmentum in casu concessum clericis Insularum Canariensium, nequaquam habendum esse in censu dotationis seu tamquam dotationis partem vel accessionem, immo neque obnoxium legi can. 395 praescriptae.

RESOLUTIO. - in plenariis comitiis Sacrae Congregationis Concilii, habitis in Palatio Apostolico Vaticano, die 19 Februarii et 16 Iulii 1927, Emi Patres, omnibus rerum adiunctis attente perpensis, respondendum censuerunt:

« Negative ad utrumque dubium ».

Facta autem relatione Ssmo Dno Nostro Pio Pp. XI in audientia diei subsequentis per infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium, Sanctitas Sua datam resolutionem approbare et confirmare dignata est.

t Iulius Ep. tit. Lampsacen., *Secretarius.*

# ACTA TRIBUNALIUM

## SACRA POENITENTIARIA APOSTOLICA

DE CONFESSARIIS ABSOLVENTIBTJS ADHAERENTES FACTIONI «L'ACTION FRANÇAISE ».

DECRETUM

Etsi serio dubitari nequeat, post iteratas Sacrae Poenitentiariae Apostolicae resolutiones et declarationes circa damnatam in Gallia f actionem vulgo « L'Action Française », quin mortaliter peccent confessarii sacramentalem absolutionem impertientes huius factionis sociis aut quomodocumque eidem actu adhaerentibus, nisi antea eam ex animo penitus repudiaverint; non desunt tamen ibidem sacerdotes, qui, uti ex certis fontibus constat, propriae conscientiae fucum facientes, tam gravi facinore sese foedare non vereantur.

Ad horum, ne pereant, pervicaciam frangendam, cum hortamenta, monita, minae nihil profecerint, Sancta Sedes, ecclesiasticae disciplinae custos et vindex, ad remedia graviora manus apponere, aegre quidem sed necessario, compellitur.

Quare de expresso Ssmi Domini Nostri mandato Eoque adprobante et confirmante, Sacra Poenitentiaria statuit ac decernit peccatum confessariorum sacramentaliter absolventium quos quomodocumque noverint factioni « L'Action Française » actu adhaerentes quique ab ipsis, uti tenentur, moniti, ab ea se retrahere renuant, Sanctae Apostolicae Sedi reservari.

Huius reservationis ea vis est ut in illis quoque casibus, in quibus iuxta canonicas dispositiones quaevis reservatio cessat, onus adhuc remaneat praedictis sacerdotibus ad S. Poenitentiariam recurrendi, sub poena excommunicationis specialiter Sanctae Sedi reservatae, intra mensem a die obtentae sacramentalis absolutionis, vel postquam convaluerint si aegroti, et standi eius mandatis.

Ordinariorum erit Superiorumque familiarum religiosarum, graviter onerata eorum conscientia, Decretum huiusmodi ad sacerdotum sibi Subditorum certam, ne ignorantiam in excusationem allegare audeant, notitiam, quo opportuniore modo iudicaverint, quamprimum deferre. Qui insimul sciant nihil per hoc praecedentibus hac in re declarationibus ac praescrip-

tionibus detrahi, praesertim de procedendo contra inobedientes ad canonicas sanctiones.

Datum Romae, ex Sacra Poenitentiaria Apostolica, die 16 Novembris 1928.

L. CARD. LAURI, *Poenitentiarius Maior.*

L. *rB* S.

I. Teodori, *S. P. Secretarius,*

# SACRA ROMANA ROTA

*Citatio edictalis*

## TUSCULANA

NULLITATIS MATRIMONII (PAPI-PATYEWICZ)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Annae Patyewicz, in causa conventae, eandem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in sede Tribunalis S. R. Rotae (Roma, via della Dataria, 94) die 30 Ianuarii 1929, hora 12, ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam qua habebitur Turnus rotalis pro causae definitione:

*An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis predictae Annae Patyewicz curare debent, ut de hac edictali citatione ipsa moneatur. *

L. £8 S'.

P. Parrillo, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 26 Novembris 1928.

Ioannes Ladelci, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mme Anne Patyewicz, défenderesse en cette cause, Nous la citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Via della Dataria, n. 94), 30 Janvier 1929, à 12 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessous rapporté, et fixer le jour de la cause devant la Rote.

*Conste-t-il de la nullité du mariage dans ce casf*

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence de la dite Anne Patyewicz devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

# DIARIUM ROMANAE CURIAE

Giovedì. 15 Novembre, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne udienza Sua Ecc.za il Sig. GUSTAVO GUERRERO, Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Repubblica del Salvador per la presentazione delle Lettere Credenziali.

Sabato, 24 Novembre, la Santità di Nostro Signore ha ricevuto in solenne udienza Sua Ecc.za il Sig. HENRY GETTY CHILTON Esq., Inviato Straordinario e Ministro Plenipotenziario della Gran Bretagna, per la presentazione delle Lettere Credenziali.

## SACRA CONGREGAZIONE DEI RITI

Martedì, 13 Novembre 1928, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è tenuta la Congregazione dei Sacri Biti *Particolare,* nella quale gli Eminentissimi e Reverendissimi Signori Cardinali, i Beverendissimi Prelati Officiali, componenti la medesima, hanno dato il loro voto sopra le seguenti materie:

1. Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinarii della Causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Emilia De Vialar, fondatrice dell'Istituto delle Suore di S. Giuseppe dall'Apparizione.

2. Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinarii costruiti nella Curia Ecclesiastica di Passavia per la Causa di beatificazione e canonizzazione del Ven. Servo di Dio Corrado da Parzham, laico professo dell'Ordine dei Minori Cappuccini.

3. Intorno al culto, non mai prestato ai Ven. Servi di Dio Giorgio Haydoc e Compagni martiri, uccisi in Inghilterra negli anni 1594-1679, ed in ossequio ai Decreti di Urbano VIII»

4. Intorno alla validità del Processo Apostolico costruito nel vicariato apostolico di Surinam sopra la fama di santità di vita, virtù e miracoli in genere del Ven. Servo di Dio Pietro Donders, sacerdote professo della Congregazione del Santissimo Bedentore.

5. Intorno alla validità dei Processi Apostolici ed Ordinarii della Causa di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Maria Assunta Pallotta, suora professa dell'Istituto delle Suore Francescane Missionarie di Maria.

6. Intorno al culto, in ossequio ai Decreti di Urbano VIII, non mai prestato alla Serva di Dio Maria Vittoria Teresa Couderc, confondatrice della Società di Nostra Signora nel Cenacolo.

7; Intorno alla validità del Processo Apostolico sopra il martirio ed intorno al culto, non mai prestato al Ven. Servo di Dio Giovanni Ogilvie, sacerdote professo della Compagnia di Gesù, ucciso in Scozia, in odio alla Fede, ed in ossequio ai Decreti di Urbano VIII.

8. E finalmente intorno al culto, non mai prestato alla Serva di Dio Rosa Venerini, fondatrice delle Maestre Pie, dal suo cognome chiamate Venerini, ed in ossequio ai Decreti di Urbano VILI.

Martedì, 20 Novembre 1928, nel Palazzo Apostolico Vaticano, con l'intervento degli Efni e Emi Signori Cardinali e col voto dei Emi Prelati Officiali e dei Consultori Teologi, componenti la Sacra Congregazione dei Eiti, si è tenuta la Congregazione *Preparatoria* per discutere nella Causa *Mediolanen,* il dubbio sopra l'eroismo delle virtù esercitate dal Servo di Dio Contardo Ferrini, professore secolare dell'Università di Pavia e di altri Atenei.

Martedì, 4 Dicembre 1928, nel Palazzo Apostolico Vaticano, dinanzi l'Augusta presenza del Santo Padre, si è tenuta la Congregazione *Generale* dei Sacri Eiti, nella quale gli Emi e Emi Prelati ed i Consultori teologi componenti la medesima hanno discusso e dato il loro voto sul dubbio delle virtù in grado eroico nella causa *Lueana* di beatificazione e canonizzazione della Serva di Dio Gemma Galgani, vergine.

## SEGRETERIA DI STATO

### NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*2 Luglio 1928.* Monsig. Vincenzo Santoro, *Sostituto della Sacra Congregazione Concistoriale.*

*ò Settembre* » Monsig. Amleto Giovanni Cicognini, Assessore della Sacra Congregazione per la Chiesa Orientale, *Membro della Pontificia Commissione* «pro Russia».

*16 Novembre* » Gli Emi Signori Cardinali Carlo Perosi e Enrico Alessio Lépicier, *Membri della Pontificia Commissione per V interpretazione autentica del Codice.*

*17* » » Il Revmo sac. Giuseppe Sacco, *Consultore della Saera Congregazione per la Chiesa Orientale.*

Con Brevi Apostolici, il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*1 Novembre 1928.* L'Emo Signor Cardinale Carlo Perosi, *Segretario della Saera Congregazione Concistoriale.*

*7 » »* L'Emo Signor Cardinale Camillo Laurenti, *Protettore del" l'Unione Romana dell'Ordine di Sant'Orsola.*

s

*12 » »* Monsig. Carlo Chiarlo, Arcivescovo tit. di Amida, *Nunzio' Apostolico in Bolivia.*

*25 ». »* L'Emo Cardinale Eaffaele Merry del Val, *Protettore del Collegio Scozzese in Boma.*

*Protonotarii Apostolici* ad instar participantium :

*30 Novembre 1927.* Monsig. Giuseppe Smith, della diocesi di Cleveland.

*18 Agosto 1928.* Monsig. Giacomo S. Pagan, della diocesi di Scranton.

*22 Novembre »* Monsig. Giovanni Kelly, della diocesi di Hamilton.

*27 » »* Monsig. Michele Bazeto, dell'archidiocesi di Genova.

*Prelati domestici di 8. 8.:*

*21 Luglio 1927.* Monsig. Michele E. Cassidy, della diocesi di Omaha (S. U. A.).

*30 Novembre »* Monsig. Giacono Me Fadden, della diocesi di Cleveland.

» » » Monsig. Francesco J. Hroch, della medesima diocesi.

*23 Marzo 1928.* Monsig. Vladimiro Gmytraszewycz, della diocesi di Premislia.

*26 Aprile »* Monsig. Giuseppe Alfonso Verreau, della diocesi di Bimouski.

*2 Giugno »* Monsig. Giuseppe Gironelli, dell'archidiocesi di Fermo.

*18 Agosto »* Monsig. Guglielmo P. Kealy, della diocesi di Scranton. •

» » » Monsig. Paolo A. Kelly, della medesima diocesi.

*27 Ottobre »* Monsig. Angelo Cassoni, della diocesi di Sora.

*31 » »* Monsig. Matteo Perrone, della diocesi di Guatemala.

» » » Monsig. Giuseppe Aistleitner, della diocesi di Giavarino.

*6 Novembre »* Monsig. Leone Noël, dell'archidiocesi di Malines.

*22 » »* Monsig. Guglielmo C. Gehl, della diocesi di Hamilton.

*24 » »* Monsig. Mauro Bocchietti, dell'archidiocesi di Torino.

## ONOBIFICENZE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di conferire:

*L'Ordine Supremo del Cristo:*

*10 Ottobre 1928.* A S. E. Don Augusto B. Leguia, Presidente della Repubblica del Perù.

*La Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*20 Novembre 1928.* A S. E. il sig. Pallier Vaclav (Cecoslovacchia).

*y La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*25 Ottobre 1928.* Al sig. Giovanni Battista Buglione, dell' archidiocesi di Torino.
» » Al sig. Giovanni Battista Migliori, delParchidiocesi di Milano.
*3 Novembre* Al sig. cav. Camillo Corsanego, dell'archidiocesi di Genova.
*9* » Al sig. avv. Cesare Ossicini (Eoma).
*20* » Al sig. conte Leopoldo de Sternberg, della diocesi di Königgrätz.
Al sig. conte Francesco Kinsky, della medesima diocesi.
.Al sig. conte Carlo Czernin, della medesima diocesi.

*Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno, classe civile:*

*28 Novembre 1928.* Al sig. Antonio Carlin, delia diocesi di Cleveland.
» » Al sig. Filippo Marquard, della medesima diocesi.
*25 Giugno* Al sig. Reginalde Rimmer, dell' archidiocesi di Regina.
» » Al sig. Giovanni M. TJhrich, della medesima archidiocesi.
*20 Ottobre* Al sig. Enrico Truffino, della diocesi di Harlem.
*31* » Al sig. Emilio Ponche, della diocesi di Arras.
*3 Novembre* Al sig. Alberto Lionville, dell'archidiocesi di Parigi.
• *7* » Al sig. Giovanni Van Zeebroeck, dell'archidiocesi di Malines.
» » Al sig. J. Filippo B. Casgrain, dell'archidiocesi di Montréal.
Al sig. Enrico Marek, dell'archidiocesi di Malines.
» » Al sig. Carlo Luigi Bléro, della medesima archidiocesi.
» » Al sig. Luigi Pautasso, della diocesi di Alba.
*9* » Al sig. Paolo Theillier, dell'archidiocesi di Cambrai.
» » Al sig. Giovanni Roguin, della medesima archidiocesi.
» » Al sig. Giorgio Namur, della medesima archidiocesi.
•» » Al sig. Fernando Deligue, della medesima archidiocesi.
» » Al sig. Pietro Caudron, della medesima archidiocesi.
*14* » Al sig Emilio Orfali bey (Alessandria d'Egitto).
*20* » Al sig. Francesco Giovanni Antonio Maria van der Ven, della diocesi di Harìem.
» » » Al sig. Giovanni M. Ingen-Houoz-Bootz, della diocesi di Breda.
*27* » » Al sig. Nicodemo Dietl (Ungheria).

*La Commenda dell'Ordine di San Silvestro Papa:*

*20 Novembre 1928.* Al sig. Enrico Kuypers, della diocesi di Harlem.

*Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:*

*2 Dicembre 1927.* Al sig. Giovanni Arnoldo Martens, della diocesi di Liegi.
*24 Marzo 1928.* Al sig. prof. Lodovico Cepulis, della diocesi di Vilkavi&kis.

*3 Novembre 1928.* Al sig. dott. Celso Crida, dell'archidiocesi di Torino.
*9* » » Al sig. Giuliano Courmont, deH'archidiocesi di Cambrai.
*21* » » Al sig. Ernesto Schiavoni, dell'archidiocesi di Torino.

## MAGGIORDOMATO DI SUA SANTITÀ

### NOMINE

Il Santo Padre Pio XI, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

*Gamerieri Segreti Soprannumerari di S. S.:*

*6 Ottobre 1928.* Monsig. Giuseppe Gyulai, dell'Amministrazione apostolica di Eperies.
*30* » » Monsig. Giuseppe Antonio Trunz, dell'archidiocesi di Friburgo di Brisgovia.
*13 Novembre* » Monsig. Giovanni Boni, della diocesi di Bergamo.

*Cameriere Segreto di Spada e Cappa Soprannumerario di S. S.:*

*20 Ottobre 1928.* Il Sig. Giuseppe de Mello Travassos Valdez, conte di Bom» firn, del patriarcato di Lisbona.

*Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:*

*30 Ottobre 1928.* Monsig. Giovanni Dobretsberger, della diocesi di Linz.
*10 Novembre* » Monsig. Antonino Assennato, della diocesi di Piazza Armerina.

*Cappellano d'onore* extra Urbem *di S. S.:*

*30 Ottobre 1928.* Monsig. Vincenzo Princigalli, della diocesi di Andria.

## NECROLOGIO

